rum tãquam luminaria quædam gradiuntur, simulatque in tenebris conspecti fuerint, aliorum oculos in se conuertentes. Quorum in numero cùm ipse sis, cura vt possessionem tuam retineas.

Hierio. 14.

Veri ac synceri virtutis amatores, & dũ in corpore viuunt, vrbes dirigunt: & eo deposito, amoris ac desiderij aculeum relinquunt. Quocirca & clara atque insignia eorum monumenta sunt, & in honore posteri, & perpetua memoria, idque meritò: virtutem enim adepti sunt, quæ ita natura comparata est, vt mors eam minimè attingat. Quòd si de diuino numine eadem nobiscum sẽtires, futura gloria commemorata te ad virtutis amorem vehementiùs acuissem & erexissem.

Serapioni correctori. 15.

Nihil æquè tam apud homines amplũ ac præclarum, quàm apud Deum splendidum & laude dignum aliquem reddere solet, vt ea quidem, quæ velit efficere posse, semper autem benigna atque humana, & velit, & faciat. Quoniam igitur potestas in imperio inest, cura vt humanitas ei admisceatur: quo deposito etiam magistratu, clarum ac celebrem te præbeas. Nam si iracundiæ indulgeas, ac potentia tua & authoritate abutaris, gloriam tuam extingues, atque immanitatis & feritatis opinionem referes. Etenim iis, qui peccant veniam impertire, diuina quædam res est: è vestigio autem eos implacabili animo excruciare, belluina & serpentina. Ecquis igitur omissa diuini numinis imitatione animalibus humi serpentibus similem se præbere in animum induxerit? Nemo profectò: nisi qui & diuinum metum, & humanam existimationem atque gloriam parui pendit.

Maroni. 16.

Medicus Hippocrates incurabili mor-

ρεύονται διὰ τῆς ἀρετῆς, ὥσπερ φωστῆρες ἐξαίφνης ἐν σκότῳ φανέντες, καὶ ἐπιστρέφοντες πρὸς ἑαυτοὺς τὰς τῶν ἄλλων τὰς ὄψεις. εἷς τοίνυν αὐτῶν τυγχάνων, ἔχου τοῦ κτήματος.

Ἱερίῳ. ιδ.

Οἱ γνήσιοι τῆς ἀρετῆς ἐρασταὶ, καὶ ζῶντες ἐν σώματι, ὀρθοῦσι τὰς πόλεις, καὶ ἀποθέμενοι τοῦτο, ἐγκαταλείπουσι κέντρον τοῦ πόθου. τοιγάρτοι ἐπίσημοι μὲν αὐτῶν οἱ τάφοι, ἐν τιμῇ δὲ τὰ γένη, διηνεκὴς δὲ ἡ μνήμη δικαίως. ἀρετὴν γὰρ ἐκτήσαντο, ἧς οὐ πέφυκεν ἅπτεσθαι τελευτή. εἰ δὲ καὶ ὁμογνωμονῶν ἡμῖν ἐτύγχανες ἐν τῇ περὶ τοῦ θείου δόξῃ τῆς μελλούσης δόξης μνημονεύσας, ἐπτέρωσα ἄν σε πλέον πρὸς τὸν τῆς ἀρετῆς ἔρωτα.

Σεραπίωνι κορρίκτορι. ιε.

Οὐδὲν οὕτω καὶ παρὰ ἀνθρώποις ἔνδοξον, καὶ παρὰ θεῷ εὐδόκιμον οἶδε ποιεῖν, ὡς τὸ δύνασθαι μὲν ἃ βούλεται πράττειν, ἀεὶ δὲ φιλάνθρωπα καὶ βούλεσθαι καὶ πράττειν. οὐκοῦν ἐπειδὴ τὸ δύνασθαι ἐν τῇ ἀρχῇ, πάρεστι, τὸ φιλάνθρωπον τούτῳ κιρνάσθω, ἵνα καὶ μετὰ τὴν ἀρχὴν ἀοίδιμος γένοιο. εἰ δὲ θυμῷ χαρίσαιο, καὶ τῇ ἐξουσίᾳ ἀποχρήσῃ, σβέσεις μὲν τὸ σαυτοῦ κλέος, θηριωδίας δὲ δόξαν ἀποίσῃ. τὸ μὲν γὰρ συγγνώμης ἀξιοῦν τοὺς πταίοντας θεῖον. τὸ δὲ παρὰ πόδας ἀπαραιτήτως κολάζειν, θηριοπρεπὲς καὶ ὀφιῶδες. τίς τοιγαροῦν παρεὶς τὸ μιμήσασθαι τὸ θεῖον τοῖς χαμαὶ ἕρπουσιν ἐξομοιωθῆναι βουληθείη, οὐδεὶς πλὴν εἰ μήτις καὶ τοῦ θείου φόβου καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων δόξης καταφρονήσειεν.

Μάρωνι. ιϛ.

Ὁ μὲν ἰατρικὸς Ἱπποκράτης παρήνεσε,

νεσε, ταῖς κεκρατημέναις μὴ ἐγχειρεῖν. ὧ τινὲς πειθόμενοι τῶν ἀπαγορευσάντων σε ὡς κομιδῇ ἀπηλγηκότα, μᾶλλον δὲ νενεκρωμένον, καὶ ἡμᾶς, τοὺς ἐπὶ μετάνοιαν παρακαλοῦντας κωμῳδοῦσιν, ὡς αἰθίοπα σμήχειν ἐπιχειροῦντας. ἐγὼ δὲ πολλὰς ἐν ἀνθρώποις μεταβολὰς καὶ γεγενημένας ἀκούων, καὶ γινομένας ὁρῶν, καὶ ἐσομένας προσδοκῶν, διεγείρειν σε καὶ κατευθύνειν δίκαιον ᾠήθην, ἐλπίδι χρηστῇ τρεφόμενος. εἰ δὲ καὶ, ὅπερ μὴ γένοιτο, διαμαρτήσαιμι, τὸ γοῦν ἐμαυτῷ ἐγκαλεῖν κερδανῶ, καὶ οὐκ ἔσομαι τῶν τὴν θάλατταν πλεόντων ἀπηνέστερος, οἳ ὅταν τινὰ ἴδωσιν ἐκπεσόντα νεὼς, τὰ ἱστία χαλάσαντες, πειρῶνται αὐτὸν ἀνιμήσασθαι. εἰ δὲ μὴ βουληθείη ἐκεῖνος σωθῆναι, οὐδεὶς αὐτοὺς ὡς μὴ βουληθέντας σῶσαι αἰτιάσοιτο. ἀνάνευσον τοιγαροῦν ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς κακίας· πέπαυσο τῆς ἀσελγείας· ἐννόησον τὸ ἐπίκηρον τοῦ τῆδε βίου, καὶ τὴν ἐκεῖσε ἀπαραίτητον τιμωρίαν. τί μάτην, μᾶλλον δὲ ἐπὶ κακῷ ἀναλίσκεις τὸν χρόνον; ἐννόησον, ὅτι μίαν ἔχων ψυχὴν, πᾶσιν αὐτὴν τοῖς αἰσχροῖς πάθεσι κατεμόλυνας. ἀπάλλαξον σαυτὸν μὲν κακίας καὶ αἰσχύνης καὶ κωμῳδίας καὶ κολάσεως· τὴν δὲ ἐκκλησίαν μολυσμοῦ, τὸ δὲ θυσιαστήριον κηλῖδος, τὸν δὲ χειροτονήσαντά σε ἐγκλημάτων, ἡμᾶς δὲ λύπης, τοὺς δὲ ἁγίους ἀεννάων δακρύων.

Παμπρεπίῳ διακόνῳ. ιζ.

Ἡ εἰς τὸ θεῖον ἐλπὶς, πύργος ἐστὶν ἀρραγὴς, οὐ τὴν λύσιν μόνον ἐπαγγελλόμενος τῶν δεινῶν, ἀλλ᾽ οὐδὲ παρόντων αὐτῶν ταράττεσθαι συγχωρῶν. ὁ γὰρ τῶν ἀνθρωπίνων ἀπηλλαγμένος, καὶ τῇ ἄνωθεν ἐλπίδι ἑαυτὸν ἐξαρτήσας, οὐ μόνον τάχιστα ἐπάγεται τῶν δεινῶν τὴν ἀπαλλαγὴν, ἀλλ᾽ οὐδὲ παρόντων αὐτῶν θορυβοῦνται καὶ ταράττεται.

bo correptis manum admoliri vetat cui nonnulli ex iis qui de tua salute, vt hominis ab omni doloris sensu remoti, vel potius mortui, desperarunt, nos quoque qui te ad pœnitentiam cohortamur, tanquam Æthiopẽ dealbare conantes, Comicis dicteriis insectantur. Ego verò, multas in hominibus mutationes, & iam extitisse audiens, & fieri conspiciens, & futuras expectans, rectè mihi facturus esse videor, si, bona spe fretus, te excitem ac corrigam. Quòd si (id quod vtinam ne accidat) mea me spes fefellerit, illud certè lucrabor, ne quis me criminari possit: nec iis, qui nauigant, crudeliorem me præbebo, qui cùm aliquem è naui lapsum viderint, demissis velis eum ex vndis extrahere nituntur. Quòd si ille seruari nolit, nemo iam erit, qui eos hoc nomine accuset, quòd eum, qui noluerit, minimè conseruarint. Quãobrem ex vitii fundo emerge, ac petulantiæ & lasciuiæ tuæ finem impone. Cogita quàm caduca & fragilis hæc vita sit: quàm acerbum futuræ vitæ supplicium. Quid tu incassum, vel vt rectiùs loquar in malum ac perniciem tempus consumis? veniat tibi in mentem, quemadmodum, cùm vnam duntaxat animam habeas, omni eam flagitiorum genere contaminaris. Libera quæso, & teipsum vitio, atque infamia, & suggillatione, ac cruciatu: & Ecclesiam labe: & altare macula: & eum, qui te in sacrum ordinem cooptauit, criminatione: ac denique sanctos viros lachrymis, quas sine vlla intermissione profundunt.

Pamprepio Diacono. 17.

Spes in Deum, firma turris est, non modò rerum grauium & acerbarum depulsionem pollicens, verùm ne præsentibus quidem illis animum perturbari sinens. Nam qui à rebus humanis sese exemit, ac spe cælesti suspensum animũm habet, non modò id consequitur, vt rebus molestis & grauibus quamprimum liberetur: verùm ne præsentibus quidem illis in tumultu ac

perturbatione versatur, vt qui sacræ illius anchoræ expectatione recreetur & erigatur. Hanc igitur adhibe: atque omnes molestias superabis.

Isidoro Presbytero. 18.

Hesychij, viri singulari erga Deum pietate præditi, negotio coronidem imponas velim: vt & tu nominis celebritatem adipiscaris: & ego ingenti voluptate afficiar: & ipse rursũ tua omnia prædicet. Est enim is vir, qui gratias agere norit.

Eutocio Diacono. 19.

Quòd multis rebus minimè indigere, communi omnium consensu maximum bonum sit, liquet. Quòd autem sublimiorem se præbere, quàm vt facultatibus opus sit, habeat, multò maioris virtutis ac laudis sit, id quoque extra controuersiam est. Ac proinde animæ curam maximè geramus: corporis, quantum necessitas exigit: externorum bonorum, ne tantillum quidem. Hac enim ratione hîc quoque beatitudinis arcem attingemus, quæ cælorum etiam regnum parturit. Quòd si quibusdam audientibus minimè vera hæc esse videntur, at mihi videntur. Neque enim tam sedulò id ago, vt, quę dico, veritatis fidem apud auditores nanciscantur (nisi velut obiter ac præter destinatum opus) quàm vt apud me.

Maroni. 20.

Quantum vita quieta, & à negotiis feriata, voluptatis habeat minimè scire videris: nec tu fortasse solus, verùm ij quoque qui idem, quod tu, vitæ genus susceperũt, vt qui eam nunquam purè ac syncerè degustarint. Desine itaque non modò curiosè aliena inquirere, atque calumniari: verùm etiam calumniatores comparare. Metuendum enim est, ne in stuporem prolapsus, vitium complectaris, virtutem autem probris atque ignominia afficias.

ράπτεται τῇ προσδοκίᾳ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης ἀγκύρας ὀρθούμενος. χρῶ τοίνυν αὐτῇ, καὶ πάντων ἔσῃ κρείττων τῶν λυπηρῶν.

Ἰσιδώρῳ πρεσβυτέρῳ. ιη.

Κορωνίδα ἐπιθεῖναι τῷ κατὰ τὸν θεοσεβέστατον Ἡσύχιον πράγματι καταξίωσον, ἵνα σὺ μὲν ἀοίδιμος γένοιο, ἐγὼ δὲ λίαν ἡσθείην, αὐτός τε πάλιν ἀνακηρύξῃ τὰ σὰ ἅπαντα. ἀνὴρ γάρ ἐστιν εἰδέναι χάριτας ἐπιστάμενος.

Εὐτοκίῳ διακόνῳ. ιθ.

Ὅτι μὲν τὸ μὴ δεῖσθαι πολλῶν συνωμολόγηται μέγιστον ἀγαθόν, δῆλον. ὅτι δὲ καὶ τὸ τῆς τῶν ὄντων χρείας ἀνώτερον καὶ κρείττονα εἶναι, πολλῷ μείζονος εὐπραγίας ἂν εἴη, καὶ τοῦτο συνωμολόγηται. οὐκοῦν φροντίσωμεν τῆς μὲν ψυχῆς μάλιστα, τοῦ δὲ σώματος ὅσον ἀνάγκη, τῶν δὲ ἔξω μηδ᾽ ὅσον. οὕτω γὰρ κἀνταῦθα πρὸς τὴν ἀκροτάτην μακαριότητα φθάσωμεν, τὴν καὶ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ὠδίνουσαν. εἰ δὲ τισὶν οὐ δοκεῖ ταῦτα ἀκούουσιν ἀληθῆ εἶναι, ἐμοὶ δοκεῖ. οὐ γὰρ τοσοῦτον ὅπως τοῖς ἀκούουσιν ἃ λέγω δόξῃ ἀληθῆ εἶναι προθυμοῦμαι, εἰ μὴ εἴη πάρεργον, ἀλλ᾽ ὅπως ἐμοί.

Μάρωνι. κ.

Ἔοικας ἀγνοεῖν ὅσην ὁ ἀπράγμων βίος ἔχει τὴν εὐφροσύνην. τάχα δὲ οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ οἱ τὸν αὐτόν σοι βίον ἐπανῃρημένοι, ἅτε μηδέποτε ταύτης γευσάμενοι καθαρῶς. πέπαυσο τοίνυν μὴ μόνον πολυπραγμονῶν, καὶ συκοφαντῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς συκοφάντας συγκροτῶν. κινδυνεύεις γὰρ εἰς ἀναλγησίαν ἐκπεπτωκώς, τὴν μὲν κακίαν περιέπειν, τὴν δ᾽ ἀρετὴν περιπηλακίζειν.

Ἑρμο-

Ἑρμογένει ἐπισκόπῳ. κα.

Δεινὴν ἡμῶν ὡς ἐπυθόμην ἡ σὴ θεοσέβεια ἐπὶ φίλων ἐποιήσατο τινῶν τὴν καταβοήν, ὡς ἔδει διὰ γραμμάτων παρρησιαστικωτέρων ἐλθεῖν. αἱ γὰρ χρησταὶ παραινέσεις, ἴσχυσαν οὐδὲν δυναμένων διορθώσασθαι Εὐσέβιον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ μὴ βουλόμενον. ἴσθι τοίνυν, ὦ ἱερὰ κεφαλή. χρὴ γὰρ ἀπολογήσασθαι, ὅτι πᾶσαν κεκίνηκα, ὡς οἷός τε ἦν, ἰατρείας ὁδόν, καὶ προσηνεστέραν καὶ τραχυτέραν. καὶ οὐδὲν παραλέλοιπα τῶν ὀφειλόντων ἀναμοχλεῦσαι τὴν νόσον, καὶ οὐ δεδύνημαι, τοῦ πάθους κρείττονος τῶν βοηθημάτων εὑρεθέντος, καὶ εἰς ἀναλγησίαν ἐκπεπτωκότος. δημοσιεῦσαι μὲν οὖν οὐ χρὴ τὰ λήθης ἄξια καὶ βαθείας σιγῆς. ὅμως δὲ ὀλίγα τῶν ἰδικῶς αὐτῷ μετὰ παρρησίας ἐπεσταλμένων, δηλῶ, ἵν᾽ εἰδείης ὅτι καὶ τούτου τοῦ μέρους καταπεφρόνησε, καὶ παύσαιο ἡμᾶς αἰτιώμενος. γέγραφα μὲν γὰρ αὐτῷ πολλὰ μὲν ἃ χρῆν, ὀλίγα δὲ δακρύων γράφω. ἐπιτεμοῦμαι γὰρ τὰ πλεῖστα μακρηγορεῖν δόξαι φυλαττόμενος. ἡ πόλις πᾶσα τὰ περιφανῆ σοῦ τραγῳδοῦσα δράματα, φησί, δι᾽ ἣν αἰτίαν πιπράσκεις τὰς χειροτονίας; τίνος ἕνεκεν προπίνεις τὴν ἱερωσύνην; τοῦ χάριν καπηλεύεις τὸ θεῖον; δι᾽ ἣν αἰτίαν μιαίνεις τὰ ἀνάκτορα; τίνος χάριν τὰ τῶν πενήτων σφετεριζόμενος χρηματίζῃ; διὰ τί ἐπὶ γήρως οὐδῷ νεωτερίζεις τοῖς ἀδικήμασι; τίνος ἕνεκεν οὐκ ἔμεινας ἄρχων, ἀλλ᾽ ἀρχόμενος ὑπὸ τῆς κακίας ἐφωράθης; ἴσθι τοίνυν ὅτι μείζονα δίκην δοίης ἄν, ὅτι δέδρακας αὐτὸς ἃ κωλύειν ἑτέρους ἐτάχθης.

Μάρωνι. κβ.

Δι᾽ ἣν αἰτίαν ἄσπονδός σοι καὶ ἀκήρυκτος ὁ πρὸς τὴν ἀρετὴν τυγχάνει πόλεμος, ἡδέως ἂν σου πυθοίμην

Hermogeni Episcopo. 21.

Grauibus verbis, vt ad me perlatum est, pietas tua præsentibus quibusdam amicis me accusauit, quòd liberioribus acrioribúsque literis minimè vsus sim: quandoquidem blandæ ac suaues admonitiones Episcopum Eusebium corrigere minimè potuerint. Hoc igitur scias velim, ô mihi sacrosanctum caput, (me enim purgem oportet) me nullum non medicinæ genus tam blandius, quàm asperius tentasse, nec eorum, quæ morbum reuellere debebant, quicquam omnino prætermisisse: nec tamen id potuisse: quòd videlicet morbus omnibus remediis superior ac valentior inuentus sit, atque in stuporem exciderit. Quanquam autem ea minimè diuulgare attinet, quæ obliuione atque alto silentio conterenda sunt, pauca tamen ex iis quæ priuatim ad eum adhibita verborũ libertate scripsi, tibi patefaciam, vt eum hanc quoque partem contempsisse intelligas, méque criminari desinas. Etenim multa quidem ad eum, quæ oportebat, scripsi: pauca autem lachrymas fundens scribo, pleraque enim resecabo, ne prolixitatis opinionem subeam. Vrbs vniuersa, perspicua tua flagitia tragicis verbis prosequẽs, ad hunc modum loquitur: Quam ob causam sacras initiationes vendis? Ecquid sacerdotium prodis? Quid affers, quod diuino numine ad cauponarium quæstũ abuteris? Quid causæ est, quamobrem templa contaminas? Eccur auersis pauperum bonis opes colligis? Quid est, cur in senectutis limine flagitiis & sceleribus iuuenescis? Cur nõ in imperio permansisti, verùm vitio parere deprehensus es? Hoc igitur scito, te grauiores hoc nomine pœnas daturum esse, quòd ea ipse perpetrasti, quæ ne alij committerent, pro tuo munere atque officio prohibere debuisti.

Maroni. 22.

Lubenter ex te audirem, quidnã causæ sit, quamobrem tam atrox atque inexpiabile virtuti bellum indixeris. Si enim Epi-

Q

curum admiraris, atque ad eius exemplar vitam tuam depingis, ecquid Christianum te profiteris? Si autē Christianus appellari cupis, quam ob causam Epicureo more vitam instituis?

Eutocio Diacono. 23.

Pura & numeris omnibus absoluta libertas est, nulla omnino re indigere. quod quidem vt humanæ naturæ conditione sublimius ac præstantius, diuino numini tribuatur. Secūda autē ab ea, paucis opus habere, quod quidem homines consequi, atque ad id peruenire possunt. Hanc igitur amplectamur: quoniam prima captum nostrum nunc excedit.

Olympio Diacono. 24.

Quòd omni oratione præstantiorem, nec finem vnquam habituram voluptatem, labores ac certamina proferant, quódque ærumnæ nihil sint, si cum eius gloriæ, quam virtus parit, magnitudine comparētur, non te fugit. Quonam igitur pacto, cùm hæc tibi comperta & explorata sint, Ioan.16. illud à me tibi exponi voluisti, in mundo pressuram habebitis? perspicuum enim est, certaminum ac laborum stadium hanc vitam esse: coronarum autem & præmiorum futuram.

Ausonio Correctori. 25.

Cùm certior factus fuissem, preces ab vniuersa vrbe tibi adhibitas fuisse, absurdum existimaui me huiusce deprecationis expertem esse, qui & primus, & fortasse solus, vt ea conficiatur, laborare debeam. Ac quidem quòd seriùs ad eam illa venerit (nam pro ipsa, causa mihi dicenda est) præfectorum eorum, qui huic haud facilè obtemperant, animus atque institutum in causa fuit. Etenim propter eos, qui crudeliter & inhumanè imperant, nec benignitatem, ac misericordiam integritati admiscent, vrbem quoque iam piguit, crebras

ἐγώ. εἰ μὲν γὰρ Ἐπίκουρον θαυμάζεις, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὁρῶν τὸν σαυτοῦ ζωγραφεῖς βίον, τίνος ἕνεκεν χριστιανὸς εἶναι προσποιῇ; εἰ δὲ χριστιανὸς χρηματίζειν βούλει, δι' ἣν αἰτίαν ἐπικούρειον διαζῇς βίον;

Εὐτοκίῳ διακόνῳ. κγ.

Ἡ μὲν εἰλικρινὴς καὶ ἀκριβὴς ἐλευθερία ἐστὶ, τὸ μηδενὸς ὅλως δεῖσθαι, ὅπερ κρεῖττον ὂν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, θεῖον ἔστω. ἡ δὲ μετ' ἐκείνην, τὸ ὀλίγων δεῖσθαι, ὅπερ καὶ δυνατὸν καὶ ἐφικτὸν τοῖς ἀνθρώποις καθέστηκε. ταύτην οὖν περιέπωμεν, ἐπειδήπερ ἡ πρώτη πως ἡμῖν ἀνέφικτος.

Ὀλυμπίῳ διακόνῳ. κδ.

Ὅτι τὴν ἄφραστον καὶ ἄληκτον εὐφροσύνην οἱ πόνοι καὶ οἱ ἀγῶνες φύουσι, καὶ ὅτι οὐδὲν οἱ μόχθοι πρὸς τὸ μέγεθος τῆς εὐκλείας τῆς ὑπὸ τῆς ἀρετῆς τικτομένης, οἶσθα. πῶς τοίνυν ταῦτα ἐπιστάμενος, ἐκεῖνο ἐζήτησας μαθεῖν, τὸ, θλῖψιν ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ; δῆλον μὲν γὰρ ὅτι τῶν μὲν ἀγώνων καὶ τῶν ἄθλων στάδιόν ἐστιν ὁ παρὼν βίος. τῶν δὲ στεφάνων καὶ τῶν ἐπάθλων, ὁ μέλλων.

Αὐσονίῳ κορρίκτορι. κε.

Πυθόμενος ὑπὸ τῆς πόλεως πάσης τὴν σὴν παρακεκλῆσθαι μεγαλόνοιαν, ἄτοπον ᾠήθην ἀμοιρῆσαι τῆς τοιαύτης παρακλήσεως, τὸν καὶ πρῶτον καὶ μόνον ἴσως φροντίζειν περὶ αὐτῆς ὅπως ἀνυσθείη ὀφείλοντα. τοῦ μὲν οὖν βραδέως εἰς τοῦτ' ἐληλυθέναι· χρὴ γὰρ ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ αὐτῆς, ἡ τῶν μὴ ῥᾳδίως αὐτῇ πειθομένων ἀρχόντων, αἰτία τυγχάνει προαίρεσις. διὰ γὰρ τοὺς ὠμῶς καὶ ἀπανθρώπως ἡγουμένους, καὶ μὴ κιρνῶντας τῇ καθαρότητι τὴν φιλανθρωπίαν, καὶ ἡ πόλις ἀπε-

νάρ-

νάρκησε λοιπὸν προσάγειν συνεχῶς παρακλήσεις τοῖς οὐ κατὰ τὴν σὴν σύνεσιν νομίμως καὶ φιλανθρώπως ἄρχουσι, καὶ αὐτεπαγγέλτως εὐεργετοῦσι. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. τὴν δὲ παράκλησιν τῶν δήμων, εἰς ἔργον ἐνεγκεῖν καταξίωσον. ὥσπερ γὰρ ἴσμεν ὅτι τῶν δυσκόλων διὰ τὴν σὴν πεπείραται πραγμάτων ὁ κατεχόμενος μεγαλοπρέπειαν, οὕτως ἴσμεν εὐεργετηθῆναι αὐτὸν δύνασθαι, εἰ τῆς σῆς ἐπιλάβοιτο ῥοπῆς.

Ὠρείωνι διακόνῳ. κϛ.

Χρὴ τοὺς μαθητευομένους, καὶ ὡς πατέρας φιλεῖν τοὺς ὄντως διδασκάλους, καὶ ὡς ἄρχοντας δεδοικέναι, καὶ μήτε διὰ τὴν ἀγάπην ἐκλύειν τὸν φόβον, μήτε διὰ τὸν φόβον ἀμαυροῦν τὴν ἀγάπην.

Παλλαδίῳ διακόνῳ. κζ.

Εἰ σωτηρίας ἐρᾷς. πάντα ποίει τὰ εἰς ταύτην ἄγοντα. τοῦ γὰρ ἐπιθυμοῦντός τι γενέσθαι οὐ τὸ γενέσθαι κωλύειν ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ πάντα πράττειν ὅπως ἂν γένοιτο.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ, Ἀνατολίῳ, καὶ Μάρωνι διακόν. κη.

Εἰ τοῖς φιλαρέτοις τὸ μετριοπαθεῖν πρέπει· τοῦτο γὰρ καὶ τὰ ἄλλα πλεονεκτήματα κοσμεῖ τε καὶ φαιδρύνει, καὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς τὸ ταπεινοῦσθαι δῆλον ὅτι συμφέρει. ἐπὶ τίνι γὰρ καὶ ὑψηλὰ φρονήσαιεν, ἐνταῦθα μὲν γέλωτα καὶ αἰσχύνην ὑπομένοντες, ἐκεῖσε δὲ δίκην καὶ τιμωρίαν ἀναμένοντες. οἱ μὲν γὰρ δίκαιοι καὶ ἀφορμὰς ἔχουσι τὰ κατορθώματα πρὸς τὸ καυχᾶσθαι, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ, ἀπὸ ποίων πράξεων ἐπαρθεῖεν ποτέ; τί τοίνυν τῶν πεπραγμένων ὑμῖν, οὐχ ἱκανὸν ταπεινῶσαι καὶ καθελεῖν τὸ φρόνημα. τοσαῦτα καθ' ὑμῶν ἐστὶν, ὥς φασι, τὰ πλημμελήματα, ὡς μηδὲ τῶν πολλῶν τι-

iis deprecationes offerre, qui non, pro tuæ prudentiæ more, legitimè atque humanè magistratum gerunt, nec sponte ipsi sua ad bene de hominibus merendum impelluntur. Atque hæc hactenus. Tu verò id quod precibus à te plebs petit, conficere quæso ne graueris. Quemadmodum enim hoc scimus, eum, qui detinetur, difficiles ac molestas res ob magnificentiam tuam expertum esse: eodē modo illud quoque scimus, eum iuuari ac beneficio affici posse, si opem tuam atque auxilium nanciscatur.

Orioni Diacono. 26.

Discipuli veros magistros, & vt patres amare, & vt principes timere debent: ac neque ob amorem metum discutere, neque ob metum beneuolentiam obscurare.

Palladio Diacono. 27.

Si salutis desiderio teneris, omnia, quæ ad eam ducunt, effice. Nam qui vt aliquid fiat, expetit, quò id fiat, quiduis agere debet.

Zosimo Presbytero, Anatolio & Maroni Diaconis. 28.

Si virtutis amantes modestia decet (nam ea reliquas animi dotes exornat & illustrat) peccatoribus quoque profectò summisso atque humili animo esse conducit. Quonam enim nomine sublimiter de se sentiant, qui & hîc risum atque infamiam sustinent, & illic pœnam & cruciatum expectant? Nam probi viri, ex iis quæ rectè atque cum laude gerunt, gloriandi ansam habent. Improbi autem ac scelerati, quasnam tandem actiones habent, ob quas animis efferantur? Quidnam igitur ex iis, quæ egistis, ad deprimendam & deiiciendam arrogantiam non sufficit? Tot enim ac tanta, vt aiunt, vestra scelera sunt, vt ne quisquā quidem è vulgo ea ignoret. Adeò per totam vrbem sugillantur, ac peruulga-

ta sunt. Quòd si tot flagitia perpetrantes, & superbitis, & aduersus probos viros arma induitis, virtutis eorum cursum interrumpere molientes, videte quem finem malum hoc habiturum sit. Nam cùm virtute florentem atque ornatum Pharisæum (non enim eum, vt mentientem, sed vt arrogantem accusat Scriptura) concepta ex rectè factis superbia detrimento affecerit, quid afferri potest, quin vobis, qui ne publicano quidem similes, verùm multis partibus eo improbiores estis, contracta ex sceleribus insolentia, & animi elatio detrimentum allatura, vósque in extremum exitium deiectura sit. Quamobrem huiusmodi crapulam edormite: ac maximè quidem, vt ne peccetis, studete. (Sic enim via quadam progredientes eò tandem peruenietis, vt probas quoque atque cum virtute coniunctas actiones edatis.) Sin autem (quod non credo) in flagitiis & sceleribus ad extremum vsque diem volutari constituistis, saltem ne committite, vt malum malo curetis, nimirum aduersus quos minimè fas est, arma sumentes, atque aduersus quos minimè conuenit, insolenter vos efferentes.

Luc. 18.

Iisdem. 29.

Qui nec iudicij metu tanguntur, nec regni cupiditate flagrant, verùm adsæuitiã & inhumanitatem seipsos acuunt (quorũ principes ac coryphæos nonnulli vos esse censent, ex iis, quæ perpetratis, hanc sententiam ferentes) hæc cum animis suis reputare debent, quæ, vt mihi quidem persuadeo, rationi consentanea sunt, ac lectorum calculo iudicanda permitto. Nempe quòd si Dei causa quidpiam perpeti recusent, id tamen alio quoque modo perpeti necesse habebunt. Si autem Dei causa mortem oppetierint, immortales atque ab omni labe alieni futuri sunt. Neque si ipsius causa pecunias egentibus minimè dederint, cum iis ad alteram vitam abscessuri sunt. Hæc igitur Deus hîc ab ipsis exposcit, quę, etiamsi ipse non exposcat, tamen quia mortales atque corruptioni obnoxij sunt,

τὰ αὐτῶν ἀγνοεῖν. οὕτω κωμῳδεῖται ἀνὰ πᾶσαν τὴν πόλιν καὶ περιβόητά ἐστιν. εἰ δὲ τοσαῦτα δρῶντες, καὶ μέγα φρονεῖτε, καὶ κατὰ τῶν σπουδαίων ὁπλίζεσθε, ἐκκόψαι αὐτοῖς τὸν τῆς ἀρετῆς δρόμον μηχανώμενοι, ὁρᾶτε οἷ τελευτᾷ τὸ κακόν. εἰ γὰρ τὸν ἀρετῇ κομῶντα Φαρισαῖον· οὐ γὰρ ὡς ψευσάμενον αὐτὸν, ἀλλ' ὡς ἀλαζόνα γράφεται ἡ γραφή· τὸ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν ἔβλαψεν, ὑμᾶς τοὺς μήτε κατὰ τὸν τελώνην, ἀλλὰ πολλῷ πονηροτέρους ἐκείνου, ὥς φασι, τυγχάνοντας, πῶς οὐ βλάψει τὸ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς πλάσμασι, καὶ εἰς ἔσχατον ὄλεθρον κατενέγκοι. ἀνανήψατε τοιγαροῦν ἐκ τῆς τοιαύτης μέθης, καὶ μάλιστα μὲν σπουδάζετε μὴ πλημμελεῖν. οὕτω γὰρ καὶ εἰς τὸ κατορθοῦν ὁδῷ προϊόντες ἔλθοιτε. εἰ δὲ τοῖς ἁμαρτήμασιν, ὅπερ οὐ πιστεύω μέχρι τέλους ἐγκαλινδεῖσθαι κεκρίκατε, μὴ κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶσθε, ὁπλιζόμενοι μὲν καθ' ὧν οὐ θέμις, ἐπαιρόμενοι δὲ καθ' ὧν ἥκιστα χρή.

Τοῖς αὐτοῖς. κθ.

Οἱ μήτε κρίσιν δεδιότες, μήτε βασιλείας ἐρῶντες, ἀλλ' εἰς ὠμότητα καὶ ἀπανθρωπίαν ἑαυτοὺς ἀλείφοντες, ὧν κορυφαίους ὑμᾶς τινὲς καταψηφίζουσιν, καπήγει ἐξ ὧν διαρρήδην δρᾶτε ταύτην φέροντες τὴν ψῆφον, ἐκεῖνα λογίσασθαι δίκαιον ἂν εἴεν, ἅπερ καὶ εὔλογα καὶ ἀκόλουθά ἐστιν, ὥσγε ἐμαυτὸν πείθω. κρινέσθω δὲ καὶ τῇ τῶν ἐντυγχανόντων ψήφῳ, ὅτι ἂν μὴ διὰ τὸν θεὸν ἑλόνταί τι παθεῖν, ἀνάγκη αὐτὸ καὶ ἄλλως ὑπομεῖναι. ἂν διὰ τὸν θεὸν μὴ τελευτήσωσιν, ἀθάνατοι καὶ ἀκήρατοι ἔσονται. οὔτε ἂν τὰ χρήματα δι' αὐτὸν μὴ δοῖεν τοῖς δεομένοις, ἔχοντες αὐτὰ ἐκεῖσε ἀπελεύσονται. ταῦτα ἀπαιτεῖ παρ' αὐτῶν ἐνταῦθα. ἃ καὶ μὴ ἀπαιτοῦντος, καταλείψουσι πάντως διὰ τὸ θνητοὶ εἶναι καὶ ἐπίκηροι. ταῦτα βού-

βούλεται αὐτοὺς ποιῆσαι γνώμῃ, ἃ καὶ ἀνάγκῃ δεῖ αὐτοὺς ποιῆσαι. τοσοῦτον ἂν οὖν ἀπαιτεῖ προσθεῖναι μόνον τὸ δι' αὐτὸν γίνεσθαι, ὡς τό γε συμβῆναι πάντως καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων γίνεται. τοιγαροῦν χρὴ τοὺς ἐχέφρονας ἃ πάντως ἀνάγκη παθεῖν, ἑλέσθαι παθεῖν δι' αὐτόν. τοῦτο γὰρ εἰ προσκέοιτο μὲν ἀρκοῦσαν ἕξει τὴν ὑπακοὴν, καὶ ὑπερβαλεῖ τοὺς πόνους ταῖς ἀντιδόσεσιν.

ὑπέχεσθαι.

Ἀθανασίῳ. λ.

Εἰ βασιλείας ἐρᾷς, τί χρημάτων οὐχ ὑπερορᾷς. εἰ δὲ καὶ τῆς θείας ἀμοιβῆς ἀντιποιῇ, τί τὴν ἀνθρωπίνην θηρώμενος, οὐ λήγεις;

Ἀπολλωνίῳ ἐπισκόπῳ. λα.

γράμμασι. Νῦν τοῖσδε τοῖς πράγμασιν, καθάπερ προοιμίοις ἑστιῶμεν τὸν πόθον, σκιρτῶντα μὲν ὑπὸ θείας εὐφροσύνης, καὶ πρὸς τὴν θέαν ἐπειγόμενον, ἀδυνατοῦντα δὲ πρὸς τὸν μέλλοντα χρόνον ἠρεμεῖν, εἰ μή τινα παραψυχὴν ἐκ τῆσδε τῆς ἐπιστολῆς ποιησάμενος, ἐντεῦθεν ἤδη ἐλπίδα δόξειεν καταβάλλεσθαι βεβαίαν, τῆς μελλούσης ὑποδοχίαν. φημὶ πανηγύρεως τὴν προσδοκίαν. οὐκοῦν ὅσον τάχος ἐπείχθητι, ἑορτὴν ὑμῖν διὰ τῆς παρουσίας ἀποτίκτων.

Ἡρακλείῳ ἐπισκόπῳ. λβ.

Ὅσῳ κρείττω καὶ ἀξιολογώτερα ἐχειροτονήθης οἰκονομεῖν πράγματα, τοσούτῳ μᾶλλον ἀκοίμητον καὶ διορατικώτατον εἶναί σε χρὴ, ἵνα μὴ θείων διολισθήσας ἐγχειρημάτων, μείζονα ἀπενέγκῃ τὴν γραφήν. ἀνάγκη γὰρ τὴν κατηγορίαν τοσαύτην ἔσεσθαι διαμαρτοῦντι τῶν μεγίστων, ὅσην ἂν καὶ τὴν ἀμοιβὴν, ἄμεμπτον διατηρήσαντι τὴν λειτουργίαν.

Ἰσχυρίωνι πρεσβυτέρῳ. λγ.

Λίαν ἐπῄνεσα τὴν σὴν θεοσέβειαν,

omnino relinquent. Hæc eos animi inductione ac sententia facere vult, quæ etiam inuitos ac repugnantes facere necesse est. Quapropter hoc duntaxat ab ipsis adiungi postulat, vt sua causa ea fiant. Nam vt contingant, ab ipsa quoque rerum natura prorsus efficitur. Ac proinde qui sana mẽte sunt, quæ omnino perpeti sibi necesse est, vt ea ipsius caussa perpetiantur, animũ inducere debent. Hoc enim si accesserit, sufficientem obedientiam habebit, ac labores præmiis superabit.

Athanasio. 30.

Si te regni cupiditas tenet, quin tu pecunias contemnis? Rursum si diuinam mercedem affectas, quin tu te humanam aucupari non desinis?

Apollonio Episcopo. 31.

Nunc hisce literis, velut præludiis quibusdam, cupiditatem nostram pascimus, præ diuinã quidem lætitia gestientem & exultantem, atque ad conspectum tuum properantem, verùm ad futurum tempus quiescere nequeuntem, nisi solatiũ quoddam ex hac epistola consecuta, hinc iam firmæ spei fundamenta iacere videatur, hoc est, futuræ solẽnitatis expectationem. Quocirca festum nobis per aduentũ tuũ & præsentiã quã ocyssimè parere matura.

Heraclio Episcopo. 32.

Quò præstantioribus & excellentioribus negotiis administrandis præfectus es, cõvigilantiorem ac perspicaciorem te esse pat est: ne à diuinis conatibus lapsus, maiorem criminis notam subeas. Tantam enim, si à summis virtutibus aberres, accusationem esse necesse est, quanta, si munus tuum ab omni reprehensione sartum tectúmque conseruaris, merces futura sit.

Ischyrioni Presbytero. 33.

Pietatem tuam magnoperè laudaui, qui

patris sententiam honore prosecutus sis: eique, cui vt præesset, obtigit, hoc suffragium tribueris, quòd oræstantissimè quid faciendum esset, considerarit.

Dionysio. 34.

Obliuio citra humanum vitium haudquaquam contingit: contingit tamen, quemadmodum & alij morbi. Eorum enim animos subit, à quibus memoria seiuncta est. Tum autem fugit & euanescit, cùm quispiam eam memoriæ armis profligarit. Quoniam igitur, cùm nobiscum esses, virtus tibi perpetuò in memoria versabatur, posteaquàm autem abscessisti, teipsum, vt audiuimus, obliuioni dedidisti, necessarium diximus eam Epistolarum iaculis petere, vt extinctam ac deletam memoriam reducamus. Abeat itaque in præceps obliuio, vt memoriæ gratia rursum explendescat.

Macario Episcopo. 35.

Eorum, qui duriore fortuna conflictantur, quisque misericordia & commiseratione dignus est, cùm calamitates suas deplorat. Sin autem ad alios calumniandos ipsisque obtrectandum se conuertat, miserationem quoque, quam res ipsius aduersæ atque calamitosæ aliis excitabant, vt ipse nosti, amittit. Neque enim iam misericordia, verùm odio dignus esse iudicatur, dum ad facessenda aliis negotia calamitate abutitur. Quoniam igitur curiositatis, molestiam aliis libenter exhibentis, semina exorienda euellenda sunt priusquàm pullulent, nec vi vlla comprimi possint, atque ei ipsi qui lacessiuit, periculum creent (nam qui calumniis premitur, probitatis ac morum elegantiæ nomine, cunctorum ore celebratur) eum, quem calamitas temulētia afficit, velim accersas, ipsique, vt à claro ac celebri viro abstineat, persuadeas.

Petro. 36.

Quoniam per literas à me quæris, quidnam illud sit, concident gladios suos in

τιμήσωσαν τὴν τοῦ πατρὸς γνώμην, καὶ τῷ ἡγεῖσθαι λαχόντι τὴν ἐπὶ τῷ ἄριστα διεσκέφθαι ἀπονενεμήκασι ψῆφον.

Διονυσίῳ. λδ.

Οὐκ ἐκτὸς ἀνθρωπίνου πάθους ἡ λήθη συμβαίνει. συμβαίνει δὲ ὅμως καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα. ὑπεισι γὰρ τὰς ψυχὰς ὧν ἡ μνήμη κεχώρισται. ἀλλὰ τότε φεύγει καὶ οἴχεται, ὅταν τις αὐτὴν ἰοῖς τῆς μνήμης ὅπλοις καταγωνίσηται. ἐπεὶ γοῦν ἅτε μὲν μεθ' ἡμῶν ἦσθα, μνήμην ἄληστον εἶχες τῆς ἀρετῆς. ἀποφοιτήσας δὲ λήθῃ, ὡς ἐπυθόμεθα, ἐκδέδωκας σαυτὸν, ἀναγκαῖον ᾠήθημεν ταύτην κατατοξεῦσαι γράμμασιν, ἵνα τὴν ἀφανισθεῖσαν μνήμην ἐπανάξωμεν. οἰχέσθω τοίνυν ἡ λήθη κατὰ κρημνῶν, ἵν' ἐκλάμψῃ πάλιν τῆς μνήμης ἡ χάρις.

Μακαρίῳ ἐπισκόπῳ. λε.

Τῶν δυσπραγέντων ἕκαστος, ἐλέους ἐστὶ καὶ οἴκτου ἄξιος κατοδυρόμενος τὰς ἑαυτοῦ συμφοράς. ἐὰν δὲ πρὸς τὸ συκοφαντεῖν ἑτέρους καὶ ἐπηρεάζειν τρέπηται, καὶ τὸν ἐπὶ ταῖς δυσπραγίαις ἔλεον, ὡς οἶσθα, ἀπόλλυσιν. οὐκ ἔτι γὰρ οἴκτου, μίσους δ' ἄξιος εἶναι κρίνεται, εἰς φιλοπραγμοσύνην τῇ συμφορᾷ καταχρώμενος. ἐπεὶ τοίνυν χρὴ τὰ σπέρματα τῆς φιλοπραγμοσύνης ἀρχόμενα ἐκκόπτειν πρὶν ἀναφῦναι, καὶ ἀκάθεκτα γενέσθαι, καὶ κίνδυνον τεκεῖν αὐτῷ τῷ καταρξαμένῳ. ὁ γὰρ συκοφαντούμενος παρὰ πάντων ἐπὶ καλοκἀγαθίᾳ ᾄδεται. καταξίωσον μεταπέμψασθαι τὸν ὑπὸ τῆς συμφορᾶς μεθύοντα, καὶ πεῖσαι ἀπέχεσθαι ἀοιδίμου ἀνδρός.

Πέτρῳ. λϛ.

Ἐπειδὴ γέγραφας τί ἐστι τὸ, συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα.

ἄροτρα. οἶμαι, μᾶλλον δὲ πέπεισμαι σαφῶς τοῦτο προπεφητεῦσθαι, ὅτι δὴ τὸ τῆς εἰρήνης ἄροτρον, φημὶ δὴ τὸ θεῖον περὶ τοῦ Χριστοῦ κήρυγμα, τὰς φιλοπολέμους πιθασεύσει χώρας, ὧν τὰ ἀμυντήρια τῆς κακίας, εἰς τὰ βιωφελῆ τῆς γεωργίας μετασκευασθήσεται ὄργανα.

Ἑρμίᾳ κόμητι. λζ.

Ἐπειδὴ σκανδαλιζόμενος, ὡς γέγραφας, τῷ βίῳ Ζωσίμου τοῦ πρεσβυτέρου, τοὺς βαπτιζομένους ὑπ' αὐτοῦ, εἰς τὰ χείρια καὶ ἀναισχυντότατα ἡγῇ παραβλάπτεσθαι, ἀντεπιστεῖλαι τὴν ταχίστην δίκαιον ᾠήθην, ὅτι ὁ τελούμενος οὐδὲν παραβλάπτεται εἰς τὰ σωτηριώδη σύμβολα, εἰ ὁ ἱερεὺς μὴ εὔβιος εἴη, ἀλλὰ αὐτὸς μὲν πάντη τε καὶ πάντως. χρὴ γὰρ διαβεβαιώσασθαι, ἀπολαύσει τῶν θείων ἐκείνων καὶ λόγου κρειττόνων εὐεργεσιῶν. ὁ δὲ ἱερεὺς τοῦ ἰδίου βίου ἀργαλεώτερον ὑφέξει λόγον. καὶ τοσαύτη αὐτῷ προσθήκη κολάσεως γενήσεται, ὅση καὶ τιμὴ αὐτῷ ὑπῆρχεται. ὁ γὰρ μηδὲ τῷ ἱερωσύνῃ τετιμῆσθαι γενόμενος ἀγαθὸς, μείζονος ἂν εἴη κολάσεως εἰκότως ἄξιος. μηδεὶς τοιγαροῦν τῶν μυουμένων τὴν θείαν ἐκείνην τελετὴν, ἥτις τοὺς οὐρανοὺς τοῖς μυηθεῖσιν ἀνοίγει, φροντιζέτω, ὡς ταύτῃ παραβλαπτόμενος, εἰς τὰ τῆς σωτηρίας συνθήματα, μηδ' ὅταν πταίσῃ, εὐπρόσωπον ἡγείσθω ἔχειν ἀπολογίαν τὸν τοῦ ἱερέως βίον. ταῦτα δὲ φημὶ, οὐχ ὡς πάντων τῶν ἱερέων τοιούτων ὄντων, μὴ γένοιτο. εἰ γὰρ καί τισι πρόσεστι ταῦτα τὰ ἐγκλήματα, τινῶν ἄπεστι. καὶ εἰ μή τισι πρόσεστι κατορθώματα, οὐδὲ πάντων ἄπεστιν. ἀλλὰ δεῖξαι θέλων, ὡς κἂν πάντες εἶεν τοιοῦτοι, οὐδὲν ὁ φωτιζόμενος παραβλάπτεται. εἰ δὲ λογισμοὺς οἴει ταῦτ' εἶναι ἀνθρώπων, ἀπὸ τῶν θείων σε πιστώσασθαι λογίων πειράσομαι. τί γὰρ τοῦ Βαλαὰμ γέγονε μιαρώτερον; ἀλλ' ὅμως τῇ γλώττῃ αὐτοῦ εἰς εὐλογίας κατεχρήσατο ὁ

vomeres, existimo, vel potius mihi persuadeo, apertè illud prædictum esse, quòd pacis aratrum, hoc est, diuina de Christo prædicatio regiones belli cupidas mitigabit: quarum vitij arma & præsidia in vtilia & ad vitam accommodata organa cōmutabuntur.

Hermio Comiti. 37.

Quandoquidem Zosimi Presbyteri vita offensus, vt scripsisti, eos, qui ab eo baptizantur grauissimis ac maximi momenti detrimentis mulctari existimas, rescribendum ad te quàm celerrimè duxi: nimirum quòd is qui initiatur, quantum ad salutaria symbola spectat, ex improba Sacerdotis vita nullo damno afficitur, verū ipse prorsus atque omnino (asseueratione quippe vti oportet) diuinis atque omnis dicendi facultate præstantioribus beneficiis fruetur. Sacerdos autem grauiores vitæ suæ rationes subibit, tantúsque ad ipsius pœnam atque cruciatum cumulus accedet, quantus prius in eum honor collatus est. Nam qui, ne sacerdotio quidem ornatus, probitati studuit, vt grauiùs in eum animaduertatur, haud dubiè promeretur. Quæ cùm ita sint, nemo ex iis qui diuino hoc sacramento, quod cæleste regnū initiatis aperit, imbuuntur & consecrantur, vt hinc ad salutis tesseram damno atque incommodo affectus, in cura & solicitudine versetur: nec, cùm in peccatum lapsus fuerit, speciosam excusationem se Sacerdotis vitam habere existimet. Hæc autem dico, non tanquam sacerdotes omnes tales sint (Deus enim procul id auertat: quamuis enim nonnulli his vitiis laborent, at à quibusdā tamē eadē absunt. Ac rursū quauis quibusdā virtutes desint, at non tamē omnibus desunt) verùm vt illud ostendam quod etiamsi omnes eiusmodi essent, nihil tamē hinc ad eum, qui baptizatur, detrimenti redit. Quòd si hæc hominum duntaxat ratiocinationes esse arbitraris, à diuinis oraculis fidem tibi facere conabor. Quid enim Balaam illo impurius ac *Numer. 23. & 24.*

Ioan. 11. ſcelestius extitit? Et tamen ipſius lingua Deus ad benedictiones abuſus eſt. Quid rurſum Caipha ſceleratius? Et tamen vaticinatus eſt, & gratia linguam quidē ipſius tetigit, at non item mentem tetigit. Quòd ſi quid etiam, quod magis mirandum ſit,
3.Reg.17. intelligere cupis, per coruum, hoc eſt, immundam auē, cælipetā illū Eliā paſcebat. Quocirca ne dubites, quin per flagitioſos quoſdam Sacerdotes (neque enim omnes condēnare oportet, nec æquū eſt) diuina & natura ſublimiora beneficia tribuūtur.

Zoſimo. 38.

Maiorem in modum miror, qui fiat, vt tu, nec cuiuſquam exemplo impulſus ac pertractus, nec quenquam qui te imitetur, habiturus (auertat enim Deus ne quis in tantam voraginem ruat: vtinámque etiam ipſe ex peſtifera hac temulentia emergas) Sacerdotes eos qui virtutibus ornati atque inſtructi ſunt, ac ſpiritualibus dotibus ac rectè factis abundāt, vituperes, eorúmque ſugillationem actionum tuarum excuſationem habere te exiſtimes. At non ita eſt, vir optime, non inquam ita eſt. Quin potius & hominibus ridendum atque cōdemnādum te propinas: & à Deo permultas pœnas ſuſtinebis, quòd & vitium amplexus ſis, & virtutem contempſeris, & ipſius alumnos maledictis proſcideris, & Sacerdotio per ſummam petulantiam contumeliæ notam inuſſeris: adeò vt plurimi homines, ne dicam omnes, à te offenſi, in ſalutis ſymbolis detrimentum acceperint. Vt igitur ab omnibus his malis eximaris (id enim opto) fac teipſum noſcas.

Arabiano Epiſcopo. 39.

Non modò illud exiſtima, te culpa & reprehenſione carere, verùm etiam laudibus plenum eſſe oportere. Illud enim quorumlibet etiam eſt: hoc autem ſumma virtute præditorum.

Eudæmoni Diacono. 40.

Quoniam inter plurimas neceſſitates

θεός. τί δὲ τοῦ Καϊάφα; ἀλλ' ὅμως προεφήτευσε, καὶ ἡ χάρις τῆς μὲν γλώττης ἥψατο, τῆς δὲ γνώμης οὐχ ἥψατο. εἰ δὲ καὶ παραδοξότερόν τι ἐθέλεις μαθεῖν, διὰ κόρακος, ἀκαθάρτου πτηνοῦ, τὸν οὐρανόδρομον ἔτρεφεν Ἠλίαν. μὴ τοίνυν ἀμφίβαλλε, εἰ δι' ἱερέων τινῶν ἁμαρτωλῶν, οὐδὲ γὰρ πάντων καταψηφίσασθαι χρή, οὐδὲ δίκαιον, τὰ θεῖα καὶ ὑπερφυῆ δίδοται χαρίσματα.

Ζωσίμῳ. λη.

Λίαν θαυμάζω, πῶς μήτε παραδείγματι ἐκβιασθείς, μήτε ἔχων τὸν μιμησόμενον. μὴ γὰρ δὴ γένοιτό τινα εἰς τοσοῦτον βάραθρον καταπεσεῖν, γένοιτο δὲ καὶ σὲ ἀνενεγκεῖν ἐκ τῆς ὀλεθρίου ταύτης μέθης τοὺς ἀρεταῖς κομῶντας ἱερέας, καὶ πνευματικοῖς κατορθώμασι βρύοντας κακηγορεῖς, νομίζων ἀπολογίαν ἔχειν τῶν οἰκείων πραγμάτων, τὴν τῶν ἄλλων κωμῳδίαν. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, ὦ βέλτιστε, οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ παρ' ἀνθρώποις γέλωτα ὀφλισκάνεις, καὶ κατάγνωσιν, καὶ παρὰ Θεοῦ πολλὰς ὑπομενεῖς τιμωρίας, ὅτι τε κακίαν ἠσπάσω, καὶ ὅτι τὴν ἀρετὴν ἠτίμασας, καὶ ὅτι τοὺς ταύτης τροφίμους ἐκακηγόρησας, καὶ ὅτι εἰς τὴν ἱερωσύνην παροινήσας ἐξύβρισας, ὡς τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων, ἵνα μὴ λέγω πάντας σκανδαλισθέντας ὑπὸ σοῦ, νομίσαι εἰς τὰ τῆς σωτηρίας παραβεβλάφθαι σύμβολα. ἵν' οὖν τούτων ἁπάντων ἀπαλλαγείης τῶν κακῶν, εὔχομαι γάρ, γνῶθι αὐτόν.

Ἀραβιανῷ ἐπισκόπῳ. λθ.

Μὴ μόνον μέμψεως κρείττονα οἴου δεῖν εἶναι σαυτόν, ἀλλὰ καὶ ἐπαίνων ἔμπλεων. τὸ μὲν γὰρ καὶ τῶν τυχόντων ἐστί, τὸ δὲ τῶν ἄκρων εἰς ἀρετήν.

Εὐδαίμονι διακόνῳ. μ.

Ἐπειδὴ πλείστας ἡ φύσις ἡμῶν ἀνάγ-

κας

κας ἔχουσα, μεγίστην ἔχει τὴν τῆς γαστρός. πολλὰ γὰρ ἡμῖν ἐπιτάττουσα ἥκιστα λόγῳ πεισθῆναι βούλεται, λογισμῷ τὴν τυραννίδα αὐτῆς περικόψωμεν καὶ τὸ ἀχείρωτον χειρώσασθαι μηχανησώμεθα. τοῦτο δὲ ἔσται, εἰ τῇ χρείᾳ τὴν ἀνάγκην θεραπεύσαιμεν, καὶ τῇ αὐταρκείᾳ τὴν ἀμετρίαν κολάσαιμεν.

Ζωσίμῳ. μα.

Οὐκ εἰς τὸ μὴ δοῦναι δίκην, ὦ βέλτιστε, ἀλλ' εἰς τὸ δοῦναι ἀργαλεωτέραν, εἰ μὴ γνωσιμαχήσαις, καὶ τὰς ἥττας πάσας ἀναμαχέσαιο, τὸ μηδέπω δοῦναι περιστήσεταί σοι.

Ὠφελίῳ γραμματικῷ. μβ.

Τοῦ καταπεπλῆχθαι οὐ φημὶ τοὺς ἄλλους· μικρὸν γὰρ ἴσως τοῖς πολλοῖς τοῦτο, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν Λιβάνιον τὸν ἐπ' εὐγλωττίᾳ παρὰ πᾶσι βεβοημένον, τὴν τοῦ ἀοιδίμου Ἰωάννου γλῶτταν, καὶ τὸ κάλλος τῶν νοημάτων, καὶ τὴν πυκνότητα τῶν ἐνθυμημάτων τεκμήριον, ἡ ἐπιστολή, ἐν ᾗ οὐ μόνον αὐτὸν μακαρίζει οὕτω δυνάμενον εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐγκωμιασθέντας, καὶ ταῦτα βασιλεῖς τυγχάνοντας, ὅτι δὴ τοιούτου ἐπαινέτου τετυχήκασιν. ἔστι δὲ αὕτη.

Λιβάνιος Ἰωάννῃ. Δεξάμενός σου τὸν λόγον τὸν πολὺν καὶ καλόν, ἀνέγνων ἀνδράσι λόγων καὶ αὐτοῖς δημιουργοῖς, ὧν οὐδεὶς ἦν, ὃς οὐκ ἐπήδα τε, καὶ ἐβόα, καὶ πάντα ἔδρα τὰ τῶν ἐκπεπληγμένων. ἥσθην οὖν, ὅτι τῷ δεικνύναι τὴν τέχνην ἐν δικαστηρίοις προσέθηκας τὰς ἐπιδείξεις, καὶ μακαρίζω σὲ μὲν οὕτω δυνάμενον ἐπαινεῖν. ἐπαινέτου δὲ τοιούτου τετυχηκότας, τόν τε δόντα πατέρα, καὶ τοὺς λαβόντας υἱεῖς τὴν βασιλείαν. καὶ ταῦτα μὲν Λιβάνιος γέγραφε. Πλουτάρχῳ δὲ δοκεῖ τὸ σαφὲς καὶ λεῖον, γνήσιον εἶναι ἀττικισμόν. οὕτω γάρ φησιν, ἐλάλησαν οἱ

quibus natura noſtra premitur, maxima eſt ea, qua eam venter exercet (nam cùm multa nobis imperet, rationi obtemperare minimè vult) conſiderationis ope atque auxilio ipſius tyrannidem amputemus: atque, vt quod vix omnino ſubigi poteſt, ſubigamus, rationem ineamus. Hoc autem aſſequemur, ſi eo quod opus ſit neceſſitatē leniamus, ac per frugalitatem immoderationem coërceamus.

Zoſimo. 41.

Quòd nondum pœnas dederis, vir optime, non eo tibi redigetur, vt nullas pœnas pendas, ſed vt grauiores & atrociores luas, niſi reſipiſcas, atq; acceptas clades ſarcias.

Ophelio Grammatico. 42.

Quòd, non dicam alij (paruum enim id fortaſſe pleriſque videri queat) verùm etiā ipſe Libanius, qui eloquentiæ nomine apud omnes clarus ac celebris eſt, præclari viri Ioannis linguam, ac ſententiarum pulchritudinem, & argumentorum denſitatē, ad ſtuporem vſque miratus ſit, argumento eſt ea Epiſtola, in qua non modò eum, qui tanta dicendi facultate præditus ſit, beatū prædicat: verùm etiam eos, quorum laudes oratione celebrarat, & quidem qui imperatores eſſent, quòd eiuſmodi laudū ſuarum præconem cōſecuti eſſent. Huius autem Epiſtolæ hoc exemplum eſt.

Libanius Ioanni S. Cùm pulchram tuā & elegantem orationem accepiſſem, viris quibuſdam, qui & ipſi orationum opifices & architecti ſunt, eam legi. Quorum nullus erat, qui non ſaltaret & clamorem ederet, eáque omnia faceret, quæ homines admiratione perculſi & attoniti facere ſolēt. Ego igitur eo nomine voluptate affectus ſum, quòd ad forenſem operam, in qua artis ſpecimen edis, demōſtratiuum quoque dicendi genus adiungis. Atque & te beatum duco qui ad hunc modum laudare queas, & item eos qui talem laudum ſuarum præconem nacti ſunt, hoc eſt, & patrem, qui imperium dedit, & filios qui

acceperunt. Atque hæc quidem scripsit Libanius. Plutarchus autem perspicuitatē ac facilitatem germanum Atticismum esse censet. Sic enim, inquit ille, locuti sunt oratores. At verò Leontinus Gorgias primus hunc morbum in forenses orationes inuexit, vt qui sublime ac tropicum dicēdi genus amplexus sit, ac perspicuitatem labefactarit. Hic porrò morbus, inquit ille, admirandum quoque Platonem attigit. Quamobrem si hac in re Plutarcho fides habenda est, præclarus ac celebris Ioānes omnes superat, vt qui & Atticum se verbis præbuerit, & perspicuitatem, qualē haud scio an alius quisquam, adhibuerit.

ῥήτορες. Γοργίας δὲ ὁ Λεοντῖνος, πρῶτος τὴν νόσον ταύτην εἰς τοὺς πολιτικοὺς λόγους εἰσήγαγε, τὸ ὑψηλὸν καὶ τὸ τροπικὸν ἀσπασάμενος, καὶ τῇ σαφηνείᾳ λυμηνάμενος. ἥψατο δέ φησιν ἡ νόσος αὕτη, καὶ τοῦ θαυμαστοῦ Πλάτωνος. εἰ τοίνυν χρή, χρὴ δὲ ἐν τούτῳ Πλουτάρχῳ πείθεσθαι, πλεονεκτεῖ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὁ ἀοίδιμος Ἰωάννης, καὶ κατὰ τὴν φωνὴν ἀττικίσας, καὶ σαφηνείᾳ, ὡς οὐκ οἶδ᾽ εἴ τις ἕτερος, χρησάμενος. τεχνικὸν

Eustathio Presbytero. 43.

Resurrectionis corporum sermonem, vt impossibilem, ab Ethnicis irrideri dixisti. Operæpretium est igitur, quoniā Scripturas sacras reiiciunt, ex ratiocinationibus ac demonstrationibus eiusmodi sermonem extruere, qui velut vim afferat, efficiatque, vt quod obscurum est, perspiciamus. Quapropter si sapientes & eruditi sunt, quænam Philosophi dicant, considerent. Nam illi corpoream essentiam ex quatuor elementis conflatam ac temperatam esse asserentes, mutabilem hanc esse statuunt: quippe cùm elementa facilè inter se migrent. Etenim ignis, crassitiem contrahens, ac deorsum vergens, aër efficitur, aër aqua, aqua terra. Ac rursum, terra extenuata, in aquam, aqua in aërem, aër in ignem commutatur. Quid igitur incredibile dicimus, cùm corpus hoc, quod nunc maxima ex parte terræ particeps est, cùm attenuatur, æthereum ac spirituale fieri affirmamus? Resurgere enim illud dicimus, non cuiusmodi nunc est, sed in meliorem statum immutatum & exornatum, atque ita, vt labem omnem & corruptionem, ac vitia, tanquam in fornace, deposuerit. Quocirca si sapiētes & eruditi sunt, qui hæc considerant, incredulitati suæ finem constituant. Sin autem & literarum expertes, & Dialecticæ exercitationis im-

Εὐσταθίῳ πρεσβυτέρῳ. μγ.

Τὸν τῆς ἀναστάσεως τῶν σωμάτων λόγον ἔφης, ὡς ἀδύνατον, γελᾶσθαι παρ᾽ ἕλλησιν. οὐκοῦν χρὴ ἐπειδὴ τὰς ἱερὰς παραγράφονται γραφάς, ἐκ λογισμῶν καὶ ἀποδεικτικῆς τάξεως, ἀναγκαστικὸν κατασκευάσαι λόγον παρασκευάζοντα ἡμᾶς τὸ σαφὲς συνιδεῖν. εἰ μὲν οὖν σοφοὶ εἶεν λογισάσθωσαν, ἅ φασιν οἱ φιλόσοφοι. ἐκεῖνοι γὰρ ἀπὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων τὴν οὐσίαν τὴν σωματικὴν κεκρᾶσθαι φάσκοντες, τρεπτὴν αὐτὴν ὑποτίθενται, ἅτε ῥᾳδίως τῶν στοιχείων εἰς ἄλληλα μεταχωρούντων. παχυνόμενον μὲν γὰρ τὸ πῦρ καὶ κάτω βρίσαν, ἀέρα γίνεσθαι· τὸν δὲ ἀέρα ὕδωρ· τὸ δὲ ὕδωρ, γῆν. καὶ ἀνάπαλιν λεπτυνομένην τὴν γῆν, ὕδωρ γίνεσθαι· τὸ δὲ ὕδωρ, ἀέρα· τὸν δὲ ἀέρα, πῦρ. τί τοίνυν ἄπιστον φαμέν, εἰ τὸ σῶμα τοῦτο τὸ νῦν γῆς πλεῖστον μέτοχον ἐκλεπτυνόμενον, αἰθέριον γίνεσθαι φαμὲν καὶ πνευματικόν. ἀνίστασθαι γὰρ λέγομεν αὐτό, οὐ τοιοῦτον, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ κρεῖττον μετακοσμηθέν, καὶ τὴν φθορὰν ἅπασαν καὶ τὰ πάθη, ὥσπερ ἐν χωνευτηρίῳ ἀποθέμενον. εἰ μὲν οὖν σοφοὶ εἶεν οἱ ταῦτα λογιζόμενοι, παυσάσθωσαν τῆς ἀπιστίας. εἰ δὲ καὶ λόγων ἄμοιροι, καὶ διαλεκτικῆς γυμνασίας ἄπειροι τυγχάνοντες, ἔροιντο, τί ἐστὶ τοῦτο

ἢ τὸ

periti sint, quærántque quidnam hoc aut eiusmodi sit, per exemplum oratio nostra gradietur, vt rudibus etiam & indoctis veritatem ostendat. Dicimus enim (vt declarandæ huius rei causa crassius exemplū adhibeamus) quòd quemadmodum auri spuma, si aquam assumat, lutum efficitur, si autem igni admoueatur, aurum, nec iam ea patitur quæ priùs patiebatur: sic etiam corpus, cum immortalitate atque incorruptione versatum, ab omnibus his affectionibus, quibus nūc obnoxium est, prorsus immune ac liberum erit. Quòd si vim quoque ac potentiam illius prudenti animo perpendant, qui ex nihilo corpus in ortum produxit, ne his quidem ratiocinationibus opus habebunt. Nam qui illud ex nihilo effecit, multò magis effectum ad vitam reuocabit.

ἢ τὸ τοιοῦτο δι᾽ ὑποδείγματος βαδιεῖται ὁ λόγος δεικνὺς καὶ τοῖς ἰδιώταις τὴν ἀλήθειαν. φαμὲν γὰρ ἵνα καὶ παχυτέρῳ πρὸς τὴν σαφήνειαν τοῦ λεγομένου χρησώμεθα παραδείγματι· ὅτι ὥσπερ ἡ χρυσῖτις γῆ λαμβάνουσα μὲν ὕδωρ, πηλὸς γίνεται· πυρὶ δὲ ὁμιλοῦσα χρυσός. καὶ οὐκ ἔτι πάσχει ἐκεῖνα ἃ πρώην ἔπασχεν, οὕτω καὶ τὸ σῶμα ὁμιλῆσαν τῇ ἀθανασίᾳ, καὶ τῇ ἀφθαρσίᾳ, ἀνάλωτον ἔσται καὶ ἄβατον πᾶσι τοῖς πάθεσιν, οἷς νυνὶ εὐάλωτον καθέστηκεν. εἰ δὲ καὶ τὴν δύναμιν τοῦ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος αὐτὸ πεποιηκότος εὐγνωμόνως λογίσονται, οὐδὲ λογισμῶν τοιούτων δεήσονται. ὁ γὰρ μὴ ὂν ποιήσας, πολλῷ μᾶλλον γεγενημένον ἀναστήσει.

Zosimo Presbytero. 44.

Si fieri posset, vt opes tuas post discessum è vita tecum asportares, quanquam ne sic quidem pretij cuiusquam essent, vt pote à pretiosissimis alteri[9] æui diuitiis obscuratæ, tamen vmbram quandam consolationis eæ tibi afferre viderētur. Cùm autem id fieri nequeat, possis autem eas, si in eleemosynas insumpseris, in meliores cōmutare, quin tu id facis? præsertim cùm ne filiorum quidem excusatio, quæ honesti cuiusdam prætextus speciē præ se fert, tibi suppetat, nimirum id quod necessitatis est, melius eo esse, quod voluntate animíque inductione efficitur. Quòd si largiri non vis, quin tu saltem, pauperum bona rapiens, erubescis?

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. μδ.

Εἰ μὲν δυνατὸν ἦν τὰ χρήματα μετὰ θάνατον ἀποκομίσαι μετὰ σαυτοῦ, μάλιστα μὲν οὐδ᾽ οὕτω τίμια ἦν ὑπὸ τῶν ἐκεῖσε τιμαλφεστάτων ἐπισκοτούμενα. πλήν, ἀλλ᾽ ὅμως ἐδόκει, σκιάν τινα παραμυθίας σοι φέρειν. εἰ δὲ τοῦτο μὲν ἀδύνατον, δυνατὸν δὲ ταῦτ᾽ ἀμεῖψαι εἰς ἐλεημοσύνας ἀναλώσαντα, καὶ μάλιστα μηδὲ τῆς εὐπροσώπου δοκούσης εἶναι τῶν παίδων σκήψεως σοι προσούσης. ἄμεινον τῆς προαιρέσεως γενέσθαι, ὃ τῆς ἀνάγκης ἐστίν. εἰ δ᾽ οὐ βούλει παρασχεῖν, τί καὶ τὰ τῶν πενήτων ἁρπάζων οὐκ ἐρυθριᾷς.

Ad Monachos ieiuniis immodicè deditos. 45.

Virtutis labor moderatus sit: ne immoderatus mutationis modus existat.

Πρὸς νηστεύοντας ἀσκητὰς ἄγαν. με.

Σύμμετρος ἔστω τῆς ἀρετῆς ὁ πόνος, ἵνα μὴ ἄμετρος γίνηται τῆς μεταβολῆς ὁ τρόπος.

Athanasio Presbytero. 46.

Dic ad eum qui tecum altercatus est, atque Ethnicorum dogmata profitetur, contenditque Euangelium nouam quandam, atque à veteri consuetudine dissiden-

Ἀθανασίῳ πρεσβυτέρῳ. μϛ.

Εἰπὲ τῷ διενεχθέντι πρὸς σέ, καὶ τὰ ἑλλήνων πρεσβεύοντι, φήσαντί τε, ὅτι καινήν τινα, καὶ παρὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, εἰσηγήσατο πολιτείαν τὸ εὐαγ-

tem vitæ rationem induxisse: vir sapientissime, illud ignorare videris, improbam consuetudinem nouitate sola comprimi atque extingui solere. Qua de causa Euãgelij quoque Dominus huc venit, ac cæleste vitæ genus inuexit. Et quidem si vt in pristino statu permaneremus, admoneret, nihil noui moliri necesse fuisset. Sin autem idcirco venit, vt ea, quæ minùs rectè constituta erant, reprehenderet, nouis rebus profectò erat opus, vt improbitas quæ inualuerat, frangeretur. Neque enim fieri poterat, vt eadem turpitudine vires obtinente correctio fieret: verùm ei necesse erat, qui vitia emouere ac de medio tollere cupiebat, ea quæ nondum legibus sancita erant, eorum loco, quæ in detrimentum ac perniciem inualuerant, constituere. Quapropter illud potius in contrarium admirationem haud immeritò mouere debuisset, si cùm ad res mutandas huc venisset, nihil noui legibus suis sanxisset. Oportet enim & legislatorem, & monitorem, ea quæ in rem futura sint, proloqui, nihil omninò curantem, an sententiis nouitatis aliquid insit. Quemadmodũ enim eum, qui minimè conducibilia suadet, odisse ac detestari par est, etiamsi consuetudinis vestigiis hærere videatur: sic eũ qui cum optimis atque vtilissimis consiliis accedit, laudibus ac plausu prosequi conuenit, etiamsi alioqui extra ea, quæ moribus recepta sunt, aliquid consulat. Quocirca si quid quod reprehensionem mereatur, Christi oraculis adiunctum esse perspicis, id ostende: & tibi victoriam cõcedam. Sin autẽ cùm hoc dicere nequeas, morem atque consuetudinem, tanquam firmum quoddam præsidium, retines, apparet te per speciosum consuetudinis prætextum id quod vtile est repudiare. Neque enim graue ac sceleratum est aliquid innouare, cùm vtilitas nouitati adiuncta est. Non enim noxia & vtilia vetustate perpenduntur: verùm id explorandum est, an in antiquioribus rebus vitium inueniatur: ac contrà in recentioribus virtus reperiatur. Tu porrò hac ratione videris existi-

γέλιον, ὅτι, ὦ σοφώτατε, κινδυνεύεις ἀγνοεῖν, ὅτι τὴν πονηρὰν συνήθειαν καινότης μόνη παύειν πέφυκε. διὸ καὶ δεῦρο ἐφοίτησεν ὁ τοῦ εὐαγγελίου δεσπότης, καὶ πολιτείαν οὐρανῷ πρέπουσαν εἰσηγήσατο. εἰ μὲν οὖν παρῄνει ἐμμένειν τοῖς καθεστηκόσιν, οὐδὲν ἂν ἐχρῆν καινοτομεῖν· εἰ δὲ τοῖς οὐκ ὀρθῶς διακειμένοις παρῆλθεν ἐπιτιμήσων, νεωτέρων ἔδει πραγμάτων, εἰς τὸ τὴν πονηρίαν τὴν κρατήσασαν λυθῆναι. οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν, τῆς αὐτῆς ἀκοσμίας κρατούσης, γενέσθαι τὴν ἐπανόρθωσιν, ἀλλ' ἀνάγκη τὸν ἐθέλοντα κινῆσαι καὶ ἀφανίσαι τὰ φαῦλα, τὰ μήπω νενομισμένα ἀντὶ τῶν πρότερον ἐπὶ ζημίᾳ κεκρατηκότων καταστῆσαι· ὥστε τοὐναντίον θαυμάζειν εἰκὸς ἦν, εἰ μεταβολῆς ἕνεκα πραγμάτων, δεῦρ' ἐπιφοιτήσας, μηδὲν καινὸν ἐπὶ τῶν νόμων παρεῖχε. χρῆναι γὰρ προσήκει καὶ τὸν νομοθέτην, καὶ τὸν σύμβουλον, τὰ λυσιτελοῦντα φαίνεσθαι φράζοντα μηδαμῶς ἀπολογιζόμενον, εἰ καινότητές τι πρόσεστι ταῖς γνώμαις. ὥσπερ γὰρ τὸν τὰ μὴ λυσιτελῆ πείθοντα μισεῖν ἄξιον, κἂν δοκῇ τοῖς ἔθεσιν ἀκολουθεῖν, οὕτω τὸν μετὰ τοῦ βελτίστου παριόντα δίκαιον κροτεῖν, κἂν ἔξω τῶν καθεστηκότων παραινοίη. εἰ μὲν οὖν βλάβην ἐνορᾷς τοῖς χρησμοῖς οὖσαν, δείκνυε, καὶ τὴν νικῶσαν σοὶ παραχωρήσω. εἰ δὲ τοῦτ' οὐκ ἔχων λέγειν, ὥσπερ ἰσχυροῦ τινος ἀντέχῃ τοῦ ἔθους, οὐ λανθάνεις τῇ τῶν νενομισμένων εὐπρεπείᾳ τὸ συμφέρον παραινούμενος. οὐ γὰρ δεινὸν καινοτομεῖν εἰ τοῦ λυσιτελοῦντος ἡ μερὶς τῷ καινῷ προσείη. οὐ γὰρ χρόνῳ κρίνεται τὰ βλαβερὰ καὶ τὰ μή. ἀλλ' εἰ εὑρεθείη μὲν ἐν τοῖς πρεσβυτέροις τῶν πραγμάτων κακία, εὑρεθείη δὲ ἐν τοῖς νεωτέροις ἀρετή, ἔοικας δὲ σὺ νομίζειν τῷ ἐκ νέας ἡλικίας ἐν χαμαιτυπείοις καλινδουμένῳ, μὴ δεῖν τὸν περὶ σωφροσύνης κατασπαρῆναι λόγον, μηδὲ τῷ ἀνδροφόνῳ τὸν περὶ ἐπιει-

ἐπιεικείας. εἰ γὰρ ἐκείνων ἕκαστος τὴν συνήθειαν τοῦ πρέποντος προτιμήσειεν, μυρίοις ἑαυτὸν περιπείρῃ κακοῖς.

mare, huic, qui à iuuenili ætate semper in lustris & prostibulis sese volutauit, sermonem de pudicitia minimè inserendum esse: nec sicario, de mãsuetudine ac morum lenitate. Nam si quisque illorum consuetudinem honestati anteponat, sexcentis malis seipsum inuoluet atque transfiget.

Τιμοθέῳ ἀναγνώστῃ. μζ.

Οὐ τὸ καλεῖσθαι ἁπλῶς πρωτότοκον, ὦ προφιλέστατε, ὡς ἡγῇ, παρεχώρησε τῷ Ἰακὼβ ὁ Ἡσαῦ, ἀλλὰ τὸ πατριαρχικὸν ἀξίωμα, τὸ τῇ ἀρετῇ μάλιστα, καὶ οὐ τῇ πρεσβυγενείᾳ χρεωστούμενον. ἐπειδὴ γὰρ τῷ πρωτοτόκῳ, ἢ τῷ πρεσβυτάτῳ, καὶ ἡ βασιλεία καὶ ἡ ἱερωσύνη, καὶ τὸ πατριαρχικὸν ἐχρεωστεῖτο ἀξίωμα, καὶ ὁ νόμος ὁ τῆς πρεσβυγενείας ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἐκάλει, ἔρημος δὲ ἦν οὗτος ἀρετῆς, εἰς τοιαύτην ἀνάγκην κατέστη, ὥστε καὶ ἑκὼν πωλῆσαι, ὅπερ καὶ ἄκων ἀφαιρεθῆναι δίκαιος ἦν.

Timotheo Lectori. 47.

Non hoc duntaxat Esau Iacobo concessit, quemadmodum existimas, vt primogenitus vocaretur: verùm Patriarchicam dignitatem, quæ virtuti potissimùm ac non primogenituræ debebatur. Quoniam enim primogenito, vel omnium natu maximo, & regnum, & sacerdotium, & Patriarchica dignitas debebatur, atque primigeniorum lex eum ad principatum vocabat, virtute porrò iste vacuus erat, idcirco in eam necessitatem redactus est, vt etiam sua sponte id venderet, quo etiam inuitus spoliari merebatur. Gen. 25.

Τῷ αὐτῷ. μη.

Καὶ αὐτὸ τοῦτο, ὃ ἔφης, ὦ τᾶν, συνίστησιν ἀληθὲς ὄν, τὸ πρώην σοι παρ' ἐμοῦ γραφέν. ἐπειδὴ γὰρ ἐπελύττησε τῇ πατρῴᾳ εὐνῇ ὁ Ῥουβείμ, διὰ τοῦτο οὔτε βασιλείας, οὔτε ἱερωσύνης ἠξιώθη, καίτοι πρωτότοκος ὤν, ἀλλ' ὁ μὲν Λευὶ τρίτος ὤν, οὐ μόνον διὰ τὸ ἐπαγγείλασθαι τὸν πατέρα δεκάτην ἀφιερώσειν· κάτωθεν γὰρ ἀριθμούμενος δέκατος ἦν, ἄνωθεν δὲ εἰ ἠριθμήθη, εἷς τῶν ἐκ παιδισκῶν ηὑρίσκετο, ἀλλὰ καὶ δι' ὁσιότητα, καὶ τὸ συγγενικῶν αἱμάτων διὰ τὴν εἰς τὸ θεῖον τιμήν, τὰς χεῖρας ἐμπλῆσαι ἱερωσύνης ἠξιώθη, ὅνπερ καὶ θαυμάζων ὁ Μωϋσῆς ἐν ταῖς εὐλογίαις ἔλεγεν, ὁ λέγων τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ οὐχ ἑώρακά σε, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ οὐκ ἐπέγνω, ἐφύλαξε τὰ λόγια κυρίου. ὁ δὲ Ἰούδας τέταρτος ὤν, διὰ τὴν ἀδέκαστον κρίσιν, καὶ τὴν ὀρθὴν ψῆφον, βασιλείας ἠξιώθη. ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τὰ οἰκεῖα κρύπτοντες πλημμελήματα ἑτέρους

Eidem. 48.

Hoc quoque ipsum, quod abs te commemoratum est, id quod nuper ad te scripsi, verum esse confirmat. Quoniam enim Ruben in paternum lectum rabido quodam furore insilierat, propterea, nec Regnum, nec Sacerdotium, tametsi alioqui natu primus esset, consecutus est: verùm Leui, qui tertius erat, non modò quia pater decimam consecraturum se esse promiserat (nam si ab inferiore parte numeretur, decimus erat: si autem à superiore numeratus fuisset, vnus ex ancillarum filiis inuentus esset) verùm etiam ob pietatem & sanctitatem, & quia diuini honoris causa cognatorum sanguine manus impleuerat, Sacerdotio donatus est. Quem etiam Moses in benedictionibus admirans, his verbis vtebatur: Qui dicit patri aut matri, Non vidi vos, & fratres suos non agnouit, ille Domini mandata custodiuit. At verò Iudas, qui quartus erat, propter integrum iudicium, ac rectam sententiam, regiam dignitatem obtinuit. Quoniam enim ple- Gen. 49. Exod. 32. Deut. 33.

rique, delicta sua occultantes, alios con-
Gen.38. demnant, hic autem seipsum condemna-
uit, eámque, quæ stuprum admisisse crede-
batur, supplicio & cruciatu liberauit, ob
eam causam haud iniuria regiam dignita-
tem est assecutus. Etenim qui ex Leui or-
tum trahebant, Sacerdotij munere funge-
bantur: qui autem à Iuda genus ducebant,
regnum gerebant, non tam sortitò ac for-
tuitu, quàm in virtutis præmium, istud ca-
pientes. Quamobrem cùm quidam in de-
serto, qui à Ruben genus traxerant, séque,
quòd à primogenito oriundi essent, sacer-
dotio dignos esse iudicarent, furore quo-
dam perciti, in eos qui diuino cultui con-
secrati erant, impetum fecissent: Mosem
videlicet arbitrati, fauore ductum, fratri,
& nepotibus suis sacerdotij dignitatem
prodidisse; tùm verò fulminibus ac toni-
Num.16. truis cælitus petiti atque confecti sunt: vi
nimirum vltrice sacerdotio honorem non
primigeniorum iuri, sed virtuti confirmã-
te atque asserente.

καταδικάζουσιν, οὗτος δὲ ἑαυτοῦ μὲν κατεψηφίσατο, τὴν δὲ πεπορνεῦσθαι νομισθεῖσαν ἀπήλλαξε τῆς τιμωρίας, διὰ τοῦτ' εἰκότως τῆς βασιλείας ἠξιοῦτο. ἱερῶντο γὰρ οἱ ἐκ Λευΐ, ἐβασίλευον δὲ οἱ ἐξ Ἰούδα, οὐ κατὰ ἀποκλήρωσιν, ἀλλ' ἀρετῆς γέρας εἰληφότες. ὅτε γοῦν τινὲς ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐκ τοῦ Ρουβεὶμ καταγόμενοι, καὶ νομίζοντες ἱερωσύνης ἄξιοι εἶναι, διὰ τὸ τοῦ πρωτοτόκου εἶναι ἀπόγονοι κατὰ τῶν ἱερωμένων ἐμάνησαν, Μωσέα νομίσαντες κατὰ χάριν τῷ τε ἀδελφῷ τοῖς τε ἀδελφιδοῖς τὴν ἱερωσύνην περιπεπωκέναι, τότε δὴ σκηπτοῖς καὶ κεραυνοῖς οὐρανόθεν κατετοξεύοντο τῆς δίκης οὐ τῇ πρεσβυγενείᾳ, ἀλλὰ τῇ ἀρετῇ τὸ τῆς ἱερωσύνης γέρας βεβαιούσης.

Eidem. 49.

Ne Ioseph quidem, vir optime, gratia &
fauore regnum consecutus est. Multis e-
nim virtutibus, etiam cùm adhuc adole-
scẽs esset, ornatus & instructus erat. Eóque
nomine pater quoque ipsum præ cæteris
Gen. 37. filiis amabat. Quoniam autem eum fra-
terna inuidia flagrare perspiciebat, vt eorũ
liuori mederetur, amoris causam afferc-
bat, eum nimirum non ex pueri virtute
nasci asserens, verùm quòd eum postremũ
in lucem edidisset. Quòd autem hoc pa-
tris causificatio ac prætextus esset, id agen-
tis, vt incẽsam aduersus eum inuidiam ex-
tingueret (hac enim inflammati nefarium
etiam ipsi crimen affinxerunt) hinc liqui-
dò constat. Nam si hac de causa patri cha-
rus erat, quòd tardè progenitus fuisset, Bẽ-
Gen.35. iamin, qui tardiùs in lucem prodierat, ma-
iorem patris amorem ac beneuolentiam
obtinere debuisset. Verùm, vt à me dictum
est, sapientissimum patris prætextum Mo-
ses insinuauit. Nam quòd eximiis virtutũ
dotibus etiamnum adolescens floreret, &

Τῷ αὐτῷ. μθ.

Οὐδὲ ὁ Ἰωσὴφ, ὦ βέλτιστε, κατὰ χάριν βασιλείας ἠξιώθη. πολλαῖς γὰρ ἀρεταῖς καὶ ἔτι μειράκιον ὢν ἐκόμα. διὸ καὶ ὁ πατὴρ αὐτὸν ἠγάπα παρὰ τοὺς ἄλλους αὐτοῦ υἱεῖς. ἐπειδὴ δὲ ἑώρα αὐτὸν φθονούμενον, θεραπεύων ἐκείνων τὸν φθόνον, τῆς ἀγάπης τὴν ὑπόθεσιν ἔλεγεν, οὐκ ἐκ τῆς τοῦ παιδὸς τίκτεσθαι ἀρετῆς, ἀλλ' ἐκ τῆς τελευταίας γονῆς. ὅτι δὲ τοῦτο σκῆψις ἦν τοῦ πατρὸς, βουληθέντος σβέσαι τὸν πυρσευόμενον κατ' αὐτοῦ φθόνον, ἐκ τούτου γὰρ ὑποσμυχόμενοι καὶ ψόγον πονηρὸν ἔπλασαν κατ' αὐτοῦ, δῆλον ἐκεῖθεν. εἰ γὰρ διὰ τοῦτο ἠγαπᾶτο, ὅτι ὀψίγονος ἦν, ὁ ὀψιγονώτερος, Βενιαμὶν δὲ οὗτος ἦν, δίκαιος ἦν μᾶλλον ἀγαπηθῆναι. ἀλλ' ὡς ἔφην τὴν σοφωτάτην τοῦ πατρὸς σκῆψιν ὁ Μωσῆς εἰσηγήσατο. ὅτι γὰρ ἐξαιρέτοις ἀρεταῖς, καὶ ἔτι μειράκιον ὢν, ἐκόμα, ἔδειξε καὶ ἡ νεότης, καὶ ἄλλη πᾶσα ἡλικία, οὐ τὰς ἐξ ἀρχῆς ἀρετὰς

ἀρετὰς ἀπολέσασα, ἀλλὰ καὶ αὐξήσασα, καὶ συνηβᾶν παρασκευάσασα. ποίᾳ γὰρ ἀρετῇ οὐκ ἐστέφθη; ἐπράθη δεύτερον, ἀλλ' οὐκ ἀπώλεσε τὴν εὐγένειαν. ἠγαπήθη παρὰ τοῦ δεσπότου διὰ τρόπων κοσμιότητα· καὶ οὐκ ἐπῆρεν αὐτὸν τοῦτο εἰς ἀλαζονείαν. ἐφιλήθη παρὰ τῆς δεσποίνης, καὶ οὐ προὔδωκε τὴν σωφροσύνην. ἐσυκοφαντήθη, καὶ ἤνεγκε γενναίως. δεσμώτης ἐγένετο, καὶ οὐκ ἀπέπεσε τῷ φρονήματι. ἐπὶ σοφίᾳ ἀνεκηρύχθη· ἡ ἑρμηνεία γὰρ τῶν ἐνυπνίων εἰς ἔργον ἦλθε· καὶ ἀμεληθεὶς παρὰ τῶν βασιλικῶν δούλων, οὐκ ἐδυσχέραινεν. ἐβασίλευσε, καὶ μετρίως ἤνεγκε τὴν συκοφαντήσασαν, δίκας μὴ ἀπαιτήσας. τοὺς ἀδελφοὺς ὑποχειρίους ἔσχε, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἠμύνατο ὡς ἐχθροὺς, καίτοι ἀγνοούμενος, ἀλλὰ καὶ ὡς εὐεργέτας ἠμείψατο. τὴν ἀρχὴν τὴν αἰγυπτιακὴν διεῖπε· καὶ ἐπὶ σοφίᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ ἀνεκηρύττετο, καὶ διὰ πασῶν τῶν ἡλικιῶν τρόπαια τροπαίοις συνῆπτε. μηδεὶς τοίνυν τῶν ἐν συμφοραῖς καταπιπτέτω, (ἐμφυτευέσθω.) ἐντυφέσθω δὲ σπέρμα καλοκἀγαθίας. καὶ πάντως ἢ ἐνταῦθα, ἢ ἐκεῖσε ἀναλάμψει.

iuuentus, & reliqua ætas planum fecit, vt
quæ virtutes eas, quibus ab initio præditus
erat, haudquaquam extinxerit, verùm po-
tius nouis incrementis cumularit, atque,
vt simul pubescerent, effecerit. Quodnam
enim virtutis genus est, quo non redimi-
tus atque coronatus fuerit? Semel & iterũ
venditus est: at propterea nobilitatem mi- Gen. 37.
nimè amisit. A Domino suo propter mo-
rum honestatem dilectus est: nec tamen
hoc eum in arrogantiam extulit. Domina
ipsius amore flagrauit: nec tamen pudici- Gen.39.
tiam suam prodidit. Calumniis appetitus
est: atque id forti animo tulit. In vincula
coniectus est: nec tamen animo conster-
natus est. Sapientiæ nomine prædicatus
est (siquidem somniorum interpretatio in Gen. 40.
opus prodiit:) & tamen à regiis seruis ne-
glectus, molesto & acerbo animo id mini-
mè tulit. Regnum gessit, & mulieris, quæ
calumniam in eum struxerat, scelus æquo
ac moderato animo tulit, nec pœnam vllã
ab ea expetiuit. Fratres in potestate ha-
buit: ac non modò eos, vt hostes, minimè Gen.42.
vltus est, idque cùm ipsis ignotus esset, ve-
rùm etiam vt de se præclarè meritis vicem
rependit. Ægypti imperium administra- Gen.41.
nit: atque ob sapientiam ac morum facili- 47.
tatem mirificis laudibus in cælum ferēba-
tur, ac per omnes ætates trophæa trophæis
copulabat. Quæ cùm ita sint, nemo in re-
bus acerbis & calamitosis animum deij-
ciat: verùm probitatis semen foueat at-
que excolat: atque omnino, vel in hac
vita, vel in altera, effulgebit.

Ἰωάννῃ διακόνῳ. ν.

Τῶν τοῦ πράου δεσπότου καὶ σοφοῦ διδασκάλου αὐχούντων εἶναι δούλων καὶ φοιτητῶν, καὶ τὴν τῆς ἱερωσύνης λειτουργίαν κεκληρῶσθαι ἐναβρυνομένων. τινὲς μὲν εἰς τυραννίδα ἀποχρῶνται τῷ πράγματι. τινὲς δὲ εἰς χρηματισμόν. τινὲς δὲ εἰς τρυφήν. καὶ ἄλλοι μὲν εἰς τὸ καὶ ἑαυτοὺς, καὶ φίλους ἀγνοῆσαι. ἄλλοι δὲ εἰς τὸ ἐχθροὺς ἀμύνασθαι. εἰσὶ δὲ οἳ (ἐλαύνουσι) τοὺς μὲν κοσμίως ζῶντας ἀπελαύνουσι, τοὺς δ' ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ἁλισκομένους,

Ioanni Diacono. 50.

Eorum, qui mansueti ac facilis Domi-
ni, sapientísque magistri seruos ac disci-
pulos esse iactant, sacerdotíque munus &
officium sibi obtigisse gloriantur, quidam
hac re ad tyrannidem abutuntur: quidam
ad quæstum & opes comparandas: quidã
ad luxum & delicias. Atque alij quidem
ad hoc, vt & seipsos, & amicos ignorent:
alij autem, vt hostes suos vlciscantur: Non-
nulli etiam eos, qui probè atque honestè
viuunt submoueant: eos autem, qui in tur-

pissimis flagitiis deprehensi sunt, ad altiorem quoque dignitatis gradum prouehãt. Quòd si Eusebius, vt ad me scripsisti, omnium in vnum collecta vitia exprimens, atque & eos, quos minimè oportet in sacrum ordinem allegens, & quæstui studẽs, & delictis ac voluptatibus indulgens, & seipsum atque amicos ignorans, & hostes vlciscens, & sacerdotij dignitate ad tyrannidem abutens, nulla omnino virtutis dote coornatus est: (nam ij, qui ea, quæ à me commemorata sunt, perpetrant, quibusdam haud dubiè virtutibus instructi sunt) id tibi haud mirum videatur. Nam quia nec per seipsum, id quod officij ratio poscit, perspicit, nec cuiusquam monitis atque consilio vti sustinet, eò improbitatis prouolutus est, vt eos etiam, qui omni virtutis genere florent, & Apostolicam vitam ducũt, ac Discipulorum Saluatoris notas retinent (sunt enim, sunt inquam, qui ita viuant: etiamsi nonnulli millies repugnent, omnésque in vitium prolapsos esse affirmant) non modò laudet atque imitetur, verùm etiam vituperet & eiiciat. Nam quia illorum ij vitæ rationem vitæ suæ reprehensionem esse existimant, improbitatem suam iis accusandis obtectũrum se arbitratur. Quamobrem ne propterea segniorem ac languidiorem te præbeas. Consentaneas enim ille suis peccatis pœnas luet.

Hermogeni Episcopo. 51.

Synceris amicis, atque ob summam virtutem amicitias amplexantibus nunquam carebis, quamdiu talis fueris, qualis nunc es. callidum enim ac peritum huius rei venatorem te præbes, vt qui pro retibus mores habeas. His igitur vtere: atque omnes quibus virtus curæ est, amicum te habituri sunt.

Theodosio Episcopo. 52.

Diuina quædam res est sacerdotium, ac rerum omnium præstantissima. In illud

καὶ μείζονος βαθμοῦ ἀξιοῦσιν. εἰ δὲ Εὐσέβιος ὡς γεγράφηκας τὰ πάντων ὁμοῦ ἐλαττώματα ἀπομαξάμενος, καὶ ἐγκρίνων μὲν οὓς οὐ χρή, χρηματιζόμενος δὲ καὶ τρυφῶν, καὶ ἑαυτὸν καὶ φίλους ἀγνοῶν, ἐχθρούς τε ἀμυνόμενος, καὶ εἰς τυραννίδα τῇ ἱερωσύνῃ ἀποχρώμενος, οὐδενὶ πλεονεκτήματι κεκόσμηται, οἱ γὰρ τὰ εἰρημένα δρῶντες, καὶ κατορθώμασί τισι πάντως εἰσὶ κεκοσμημένοι, μὴ θαυμάσῃς· τὸ γὰρ μήτε ἀφ' ἑαυτοῦ συνορᾶν τὸ δέον, μήτε συμβουλεύοντος ἀνέχεσθαι, εἰς τοιαύτην ἐξώκειλε κακίαν, ὅς γε καὶ τοὺς πάσῃ ἀρετῇ κομῶντας, καὶ κατὰ τὸν ἀποστολικὸν ζῶντας βίον, καὶ τῶν μαθητῶν τοῦ σωτῆρος διασώζοντας τὸν χαρακτῆρα. εἰσὶ γὰρ εἰσί, κἂν μυριάκις τινὲς μάχωνται, πάντας εἰς κακίαν ἐκπεπτωκέναι διαβεβαιούμενοι, οὐ μόνον οὐκ ἀποδέχεται, οὐδὲ ζηλοῖ, ἀλλὰ καὶ κακίζει, καὶ ἐξοστρακίζει. ἔλεγχον γὰρ τοῦ οἰκείου βίου τὴν ἐκείνων πολιτείαν ἡγούμενος, διὰ τὸ ἐκείνους αἰτιᾶσθαι, τὴν οἰκείαν κακίαν περιστέλλειν οἴεται. μὴ τοίνυν ὀλιγώρει. ἀναλογοῦσαν γὰρ τοῖς πλάσμασι τὴν τιμωρίαν ὑφέξει.

Ἑρμογένει ἐπισκόπῳ. να.

Φίλων γνησίων καὶ δι' ἄκραν ἀρετὴν τὰς φιλίας ἀσπαζομένων ἔρημος οὐκ ἂν εἴης ἕως ἂν εἴης τοιοῦτος, οἷός περ εἶ. δεινὸς γὰρ εἶ θηρατὴς τοῦ πράγματος ἀντὶ ἀρκύων ἔχων τοὺς τρόπους. χρῶ τοίνυν αὐτοῖς καὶ πάντες, οἷς ἀρετῆς λόγος, ἕξουσί σε φίλον.

Θεοδοσίῳ ἐπισκόπῳ. νβ.

Θεῖον μέν τοι χρῆμα ἡ ἱερωσύνη· καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων τὸ τιμιώτατον.

ὑβρί-

ὑβρίζουσι δὲ εἰς αὐτὴν μάλιστα πάντων οἱ κακῶς αὐτὴν μεταχειριζόμενοι, οὓς ἱερᾶσθαι παντάπασιν οὐκ ἐχρῆν, ἵνα μὴ οἱ ἀνόητοι τὰ τῶν κακῶς αὐτὴν μετιόντων ἐγκλήματα εἰς αὐτὴν τρέπειν τολμῷεν. τῶν γὰρ καθυβριζόντων αὐτὴν ἀφέμενοι, εἰς αὐτὴν τρέπουσι τὰς αἰτίας, ἣν ἐχρῆν καὶ ἐκδικίας τυχεῖν, ὡς παροινουμένην παρὰ ἀνδρῶν μιαρῶν, καὶ οἷς οὐ θέμις αὐτῆς προσάπτεσθαι. εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν κοσμικῶν ἀρχῶν, ἄλλο μέν τοί ἐστι τὸ πρᾶγμα, ἄλλος δὲ ὁ οὐ δεόντως αὐτὸ μετιών. καὶ τῆς ἀρχῆς τὴν οἰκείαν ἐχούσης τάξιν τε καὶ ἀξίαν, ὁ παροινήσας εἰς αὐτὴν δίκην δίδωσι τὴν ἐσχάτην, δι' ἣν αἰτίαν ἐπὶ τῆς ἱερωσύνης συγχέουσι τὰ πράγματα. καὶ τὰ τῶν οὐ δεόντως αὐτὴν μεταχειριζομένων ἁμαρτήματα εἰς αὐτὴν ἀναφέρειν πειρῶνται. παυέσθωσαν οὖν οἱ δι' Εὐσέβιον καὶ Ζώσιμον, Παλλάδιόν τε, καὶ Μάρωνα τὴν ἱερωσύνην ἐξευτελίζοντες, καὶ μὴ καθ' ἑαυτῶν τὸ τῆς δίκης ξίφος ἀκονάτωσαν· ἀλλ' ἐκείνους μὲν εἰ φιλοσοφεῖν οὐκ ἀνέχονται, κακιζέτωσαν ὡς ἀλάστορας, καὶ τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς ἀρετῆς ἐχθρούς. ταύτην δὲ ἀνυμνείτωσαν καὶ στεφανούτωσαν, ὡς πρυτανεύουσαν πᾶσι τὰ πρέποντα. δι' αὐτῆς γὰρ καὶ ἀναγεννώμεθα, καὶ τῶν θείων μετέχομεν μυστηρίων, ὧν ἄνευ, τῶν οὐρανίων μετασχεῖν οὐχ οἷόν τε γερῶν, κατὰ τοὺς ἀψευδεῖς τῆς ἀληθείας χρησμούς, ποτὲ μὲν λεγούσης, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ποτὲ δέ, ἐὰν μή τις φάγῃ μου τὴν σάρκα, καὶ πίῃ μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔχει μέρος μετ' ἐμοῦ. εἰ τοίνυν ἄνευ τούτων οὐχ οἷόν τε τῆς θείας ἀξιωθῆναι λήξεως, ταῦτα δὲ δι' οὐδενὸς ἑτέρου ἢ τῆς ἱερωσύνης ἐπιτελεῖται, πῶς ἐστί τινα αὐτῆς καταφρονοῦντα μὴ εἰς τὰ θεῖα παροινῆσαι καὶ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς καταφρονῆσαι. οὐκοῦν ἵνα μὴ ταῦτα γένηται τὴν μὲν ἐκθειάζωμεν, τοὺς δὲ ἀναξίως αὐτὴν με-

autem ij omnium maximè contumeliosi sunt, qui malè illud ac scelerate administrant. Quos etiam sacerdotio fungi omnino non oportebat, ne stulti atque amẽtes homines, eorum qui improbè ac flagitiosè id muneris gerunt, crimina in sacerdotium conuertere auderẽt. Siquidem ijs, qui contumelia illud afficiunt, omissis, culpam in illud conferunt: cùm contrà ipsũ vltionem cõsequi par esset, vt pote ab impuris & scelestis hominibus, quibúsque illud attingere nefas est, indignè ac petulanter exagitatum. Nam cùm in mundanis imperiis ac præfecturis aliud est ipsa res, aliud is, qui non vt conuenit, eam tractat, imperioque ordinem suum ac dignitatem obtinente, is qui contumeliam ipsi intulit, extremo supplicio afficitur, quidnam causæ est, quamobrem in sacerdotio res confundunt, eorúmque, qui non, vt officij ratio postulat, illud administrant, scelera in illud conferre nituntur? Quamobrem desinant ij, qui ob Eusebium, & Zosimum, & Palladium, & Maronem sacerdotium paruipendunt, nec vindicem Dei gladium in seipsos acuant: verùm illos quidem, si sapienter se gerere non sustinent, vt impios & execrandos homines, ac pietatis & virtutis hostes insectentur: sacerdotium autem laudibus efferant, & corona donent, vt quod omnibus, quæ cõgrua sunt, tribuat. Illius enim opera, & regeneramur, & diuinorum mysteriorum participes efficimur: quibus sublatis nemo cælestia præmia consequi potest: quemadmodum ex ipsius veritatis oraculis ab omni mendacio alienis constat, primò quidẽ his verbis vtentis, Nisi quis regeneratus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum: nunc autem, Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit partem mecum. Quocirca si his remotis sempiternam sedem consequi non possumus, hæc autem non alia ratione quàm per sacerdotium perficiuntur, qui tandem fieri potest, quin is qui illud contemnit, contumeliam rebus diuinis inferat, ani-

mámque ipse suam aspernetur? Ac proinde, ne hæc contingant, sacerdotium diuinam quandam rem esse existimemus: eos autem, qui indignè illud obeunt, lachrymis prosequamur, nec eorum errata, ei cui vindicta debetur, ascribamus.

περχομένους δακρύσωμεν, καὶ μὴ τὰ τούτων πταίσματα τῇ ἐκδικηθῆναι ὀφειλούσῃ ἐπιγράφωμεν.

Hieraci Presbytero. 53.

Mulieres eæ, quæ muliebres morbos occultare nequeunt, si formosæ sunt atque opibus circunfluunt, splendidis ac summi pretij lapillis auro intextis gloriãtur: si autem deformes & inopes, fucis quibusdam & oculorum pigmentis, ascititiam pulchritudinem comminiscuntur. Quæ autem honestatis ac pudicitiæ existimationem habere cupiunt, naturæ quidem pulchritudine contentæ sunt: eam autem in melius excolere non repudiant. At verò eæ, quæ verè pudicæ sunt, in animæ cura studium omne suum positum habentes, corpus quidem, vt animæ organum, mediocriter curare minimè defugiunt: at ipsum exornare ac delinire haudquaquam dignantur (ne quod natura seruum est, aduersus animam, cui principatus attributus est, impudenter insurgat) verùm illud ordinem suum agnoscere docent, nec libidinis igniculum ac materiã, tanquam escam, proponunt. Quin potius ignis huiusce materias, quoad eius fieri potest, eximunt. Quo in genere, commemorandam, ac memoria dignam historiam à quodam viro minimè mendaci accepi: quam etiam vxori tuæ narrare operæpretium esse existimaui. Cùm aliquando iuuenis quidam ad libidinem propensus, ac mulierum seruus, pulcherrimam virginem conspexisset, eiúsque amore captus fuisset, atque, quò cupiditate sua frueretur, nullam non machinam mouisset, illa principij quidem eius postulatum repudiauit. Nam & nobilis, & casta erat, séque & animum & corpus ab omni libidine intactum seruaturam esse Christo promiserat. Vt autem certior facta est, eum propterea furore ac rabie præcipitem agi, rationem excogitauit, per quam & pudici-

Ἱέρακι πρεσβυτέρῳ. μγ.

Τῶν γυναικῶν αἱ μὲν μὴ καρτεροῦσαι κρύψαι τὰς γυναικείας νόσους, εἰ μὲν εὔμορφοι εἶεν, καὶ πλούτῳ κομῶσαι, λίθων παμφαεστάτων αὐγαῖς πρὸς χρυσὸν κεκραμέναις ἐναβρύνονται. εἰ δὲ καὶ δύσμορφοι καὶ πενιχραὶ, χρίσμασι καὶ ὑπογραφαῖς ὀφθαλμῶν τὸ ἐπίκτητον σοφίζονται κάλλος. αἱ δὲ σεμνότητος δόξαν ἔχειν βουλόμεναι, τῷ αὐτοφυεῖ μὲν ἀρκοῦνται κάλλει, ἀσκεῖν δ' αὐτὸ ἐπὶ τὸ βέλτιον οὐ παραιτοῦνται. αἱ δ' ὄντως σώφρονες περὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν πᾶσαν σπουδὴν ἔχουσαι, θεραπεύειν μὲν μετρίως τὸ σῶμα ὡς ὄργανον τῆς ψυχῆς οὐ παραιτοῦνται· κοσμεῖν δ' αὐτὸ καὶ ἐναβρύνειν, οὐ καταξιοῦσιν, ἵνα μὴ φύσει δοῦλον ὑπάρχον, τῆς τὴν ἡγεμονίαν ἐμπεπιστευμένης ψυχῆς καταθρασύνηται, ἀλλὰ παιδεύουσιν αὐτὸ τὴν οἰκείαν ἐπιγινώσκειν τάξιν, οὐδ' ὑπέκκαυμα καὶ ἀσελγείας ὑπόθεσιν αὐτὸ καθάπερ δέλεαρ προτιθέασιν. ἀλλὰ καὶ τὰς τοῦ πυρὸς τούτου ὡς ἐνδέχεται, ὑπεξαιροῦσιν ὕλας. ἤκουσα τοίνυν παρά τινος φιλαλήθους ἀνδρὸς διήγημα λόγου καὶ μνήμης ἄξιον, ὃ καὶ τῇ σῇ γυναικὶ δηλῶσαι ἐδικαίωσα. ὅτι ποτὲ νεανίσκου καταφεροῦς καὶ γυναικοδούλου ἑωρακότος εὐειδεστάτην παρθένον, καὶ κατακράτος ἁλόντος, καὶ πᾶσαν μηχανὴν κεκινηκότος ὥστε ἀπολαῦσαι τῆς ἐπιθυμίας, ἐκείνη παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἀπηγόρευσεν. ἦν γὰρ καὶ εὐγενὴς, καὶ σώφρων, καὶ ἀνέπαφον καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα διατηρεῖν τῷ Χριστῷ ἐπηγγελμένη. ὡς δ' ἤκουσεν αὐτὸν τὰ μαινομένων δρῶντα καὶ λυττῶντα, εὗρε μηχανὴν, δι' ἧς καὶ αὐτὴ ἀκέ-

ραιος διατηρηθείη, κἀκείνου σβέσει τὸ πῦρ. ἀποκειραμένη γὰρ, μᾶλλον δὲ πᾶσαν τὴν τριχῶν ξυρήσασα τὴν εὐκοσμίαν, καὶ σποδῷ ὕδατι μεμιγμένῃ τὸ πρόσωπον χρίσασα, ἐκέλευσεν ἐκεῖνον πρὸς αὐτὴν εἰσελθεῖν. εἶτα εἰσελθόντι ἔφη. ταύτης τῆς ἀκοσμίας ἐρᾷς; ὁ δὲ ὥσπερ ἐκ μανίας ἀνενεγκὼν, οὐ μόνον ἔσβεσε τῆς ἐπιθυμίας τὸ πῦρ, ἀλλὰ καὶ σωφροσύνης γέγονε θερμὸς ἐραστής. συμβουλεύεται τοίνυν καὶ αὐτός. ἄμεινον γὰρ τῶν μελλόντων κακῶν ἀποτροπὴν εὑρεῖν, ἢ τῶν ἤδη γεγενημένων δίκην λαβεῖν. μὴ κόσμῳ ἐπεισάκτῳ χρῆσθαι· μηδὲ τῷ πυρὶ τῷ ἐμφύτῳ, τὴν ἀπὸ τοῦ καλλωπισμοῦ προστιθέναι ὕλην, ἵνα μὴ πτωμάτων ἐξαισίων πρόξενοι γένωνται.

tiam suam incolumem retineret, & ipsius ignem extingueret. Attonso enim, vel, vt rectiùs loquar, abraso vniuerso crinium suorum ornatu & elegantia, facieque sua cinere aqua permixto delibuta, eum ad se acciuit: eique, cùm ingressus esset, dixit: Túne hanc deformitatem amas? Ille verò tanquam ex furore reuocatus, non modò libidinis ignem extinxit, verùm etiam ingenti postea castitatis amore flagrauit. Itaque ipse quoque admonetur (præstat enim futurorum malorum auersionem inuenire quàm eorum, quæ iam acciderint, supplicium sumere) ascititio ornatu minimè vti, nec igni vi naturæ insito fuci ac præposteri ornamenti materiam adiungere, ne grauissimorum lapsuum causæ sint.

Ἀπολλωνίῳ. νδ.

Ὥσπερ οἱ Ἀπόστολοι ἀνδρείᾳ καὶ μεγαλοψυχίᾳ φραξάμενοι, καὶ τῇ θείᾳ συμμαχίᾳ θωρακισθέντες, τοσούτοις πολέμοις συρραγέντες ἀρκοῦσαν εἶχον παράκλησιν τὴν τῶν ἀγώνων ὑπόθεσιν. οὐ γὰρ ὑπὲρ οἰκείας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δεσποτικῆς δόξης ἔπασχον, ἅπερ ἔπασχον. διὸ οὐδὲ φθόνος ὁ τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ ἐπωδίνων αὐτοὺς ἠδίκησεν, οὕτω καὶ ἡμεῖς ὅταν μὴ δι' οἰκείαν σκαιότητα, ἀλλὰ διὰ τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν δικαιοσύνην πάσχωμεν, ἀλύειν οὐκ ὀφείλομεν. ἀρκεῖ γὰρ ἡμῖν πρὸς κόσμον, καὶ πρὸ τῶν μελλόντων στεφάνων, ἡ τῶν ἀγώνων ὑπόθεσις.

Apollonio. 54.

Quemadmodum Apostoli, fortitudine animíque magnitudine septi, diuinóque auxilio instructi atque armati, tot bellis exagitati, ex certaminum causa satis amplam consolationem capiebant (non enim suæ, sed Dominicæ gloriæ causa ea patiebantur, quæ patiebantur. Ac proinde nec liuor, qui proborum virorum successibus discruciari solet, eos læsit:) eodem modo nos quoque, cùm non ob improbitatem nostram, sed pietatis ac iustitiæ causa malo aliquo afficimur, animis consternari minimè debemus. Nobis enim, etiã ante futuras coronas, ipsa certaminum causa sufficit.

Ὠφελίῳ γραμματικῷ. νε.

Χρὴ, ὦ φίλε, καὶ πρὸς πολεμίους ἱκετεύοντας σπένδεσθαι. ὁ γὰρ μὴ σπενδόμενος, ἀλλ' ἀνθρώπους ἱκέτας τὰς τῆς ἀνάγκης ἀφιέντας φωνὰς, καὶ μηκέτι ἐκ τοῦ ἴσου μαχομένους τιμωρούμενος, καὶ μήτε οἴκτῳ καταιδέσας τὸν θυμόν, μήτε ἐπὶ τὸ τῆς φύσεως χωρήσας συγγενές τε καὶ οἰκεῖον, καὶ τὸ τῆς νίκης διαφθερεῖ καλόν, καὶ παρὰ πάντων, ὡς

Ophelio Grammatico. 55.

Cum hostibus quoque supplicantibus, O amice, pacisci atque in gratiam redire oportet. Nam qui non paciscitur, verùm supplices homines, ac voces eas, quas necessitas exprimit, emittentes, nec iam ex æquo pugnantes vlciscitur, ac neque iracundiam misericordia comprimit, neque naturæ cognatione ac propinquitate mouetur, tum victoriæ laudem labefactabit, tum ab omnibus, vt immanis & effera

bellua, vituperabitur, ac propterea diuinam vltionem haud effugiet.

ἀπίθασον κακισθήσεται θηρίον, καὶ τὴν θείαν οὐ διαφεύξεται δίκην.

Alphio Subdiacono. 56.

1.Cor.13. Nunc cognosco ex parte, inquit Apostolus: illud videlicet exploratum habens, Deum hîc quoque exuberantem sapientiæ suæ copiam demonstraturum fuisse, si id, quod acceptum erat, cognitionem eam, quæ nunc percipi non potest: percipietur autem, quantum fas erit, in futuro æuo, accipere potuisset.

Ἀλφείῳ ὑποδιακόνῳ. νς.

Ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, ἔφη ὁ ἱερὸς ἀπόστολος, γινώσκων ὅτι τὸ θεῖον κἀνταῦθα τὴν περιουσίαν τῆς οἰκείας σοφίας ἔδειξεν ἄν, εἰ τὸ δεξόμενον ἱκανὸν ἦν δέξασθαι τὴν νυνὶ μὲν ἀχώρητον γνῶσιν, χωρηθησομένην δὲ κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

Palladio. 57.

Corpus, vir optime, alimento non deliciis, paucitate non saturitate, sufficientia non magnificentia sumptuúmque profusione opus habet. Illæ enim & animo & corpori vtilitatem afferunt, vt quæ & sanitatem & robur, & optimam habitudinẽ concilient: hæ autẽ vtrique parti obsunt. Neque enim duntaxat sanitatem labefactant, verùm etiam graues morbos parturiunt. Argumento perspicuo illud est, quòd ij, qui ita viuunt, vt paucis rebus egeant, eos qui molle ac luxu diffluens vitæ genus sequuntur, & ingenij acumine, & prudẽtia, & corporis valitudine superãt.

Παλλαδίῳ. νζ.

Τὸ σῶμα, ὦ βέλτιστε, τροφῆς δεῖται οὐ τρυφῆς, ὀλιγοδείας, οὐ πλησμονῆς· αὐταρκείας, οὐ πολυτελείας. αἱ μὲν γὰρ καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ὠφελοῦσιν, ὑγείαν καὶ ῥώμην καὶ εὐεξίαν τίκτουσαι. αἱ δὲ ἄμφω καταβλάπτουσιν, οὐ μόνον τὴν ὑγείαν διαφθείρουσαι, ἀλλὰ καὶ νοσήματα ἀργαλεώτατα ὠδίνουσαι· ἀπόδειξις δὲ σαφής, τὸ τοὺς τῆς ὀλιγοδείας ἀσκητὰς τῶν τὸν ἁβροδίαιτον ἑλομένων βίον, καὶ συνετωτέρους καὶ σωφρονεστέρους καὶ ὑγιεινοτέρους εἶναι.

Ischyrioni. 58.

Videris, pro abiecto ac vitioso animi tui affectu, nec animi magnitudinem omni miraculo sublimiorem, nec nouum & ab hominum sensibus remotum, ac cælos omnes superantem Apostolicum amorem comprobare. Nam si nunc quoque obscurum tibi esse videtur id quod dictum est, illud equidem probè scio, fore, vt cùm apertioribus ac dilucidioribus id extulero, tum rursum incredibile id tibi videatur, quod nunc obscurum esse videtur: quòd
Rom.9. videlicet ita vitiosè affectus sis. Ille enim abalienationem à Christo libenti animo laturum se dicebat, dum hac ratione ipsius Christi gloriam omnes celebrarent.

Ἰσχυρίωνι. νη.

Ἔοικας ἀπὸ ταπεινοῦ καὶ φαύλου φρονήματος, μήτε τὴν μεγαλόνοιαν τὴν παντὸς ἐπέκεινα θαύματος, μήτε τὸν καινὸν καὶ παράδοξον, καὶ πάντας τοὺς οὐρανοὺς ὑπερβάντα ἀποστολικὸν ἔρωτα καταδέχεσθαι. εἰ γὰρ καὶ νῦν ἀσαφὲς εἶναί σοι δοκεῖ τὸ λεχθέν, εὖ οἶδ' ὅτι ὅταν αὐτὸ σαφέστερον φράσω, τότε πάλιν ἄπιστον εἶναί σοι δόξει, ὃ πρότερον ἀσαφές, διὰ τὸ οὕτως φαύλως διακεῖσθαι. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἔλεγεν ἀσμένως ἂν εἰ οἷόν τε ἦν καὶ ἀλλοτριωθῆναι τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τοῦ αὐτὸν τὸν Χριστὸν παρὰ πάντων δοξάζεσθαι. σὺ δ' εἰς τοσαύτην ταπεινότητα κατάγειν τολ-

Tu verò Apostolicam exuperantiam vsque adeò deprimere ac deiicere conaris, vt quædam dicas, quæ etiam meminisse me pudet. Neque enim thesaurum se esse optauit, vt ais (ecquis enim tam segnis atque ignauus est, qui non hoc in votis habeat?) nec rursum corporeã mortem prouocabat, qui quotidie moriebatur: nec tãquam fidem nemini facturus, tot asseuerationibus vsus fuisset, si quod mente conceperat, tenue quiddam & exile fuisset. Verùm quoniam vim omnem ac robur superabat, idcirco multos testes adhibuit, ne mentiri ac se insolenter iactare videretur. Veritatem enim dico in Christo, inquit, Rom.9.
non mentior, testimonium mihi perhibẽte conscientia in Spiritu sancto. Cùm igitur, & veritatem, & Christum, & non mẽtiri, & consciẽtiam, & Spiritum sanctum, eorum, quæ dicturus erat, testes produxerit, quis illud credat, eum vile quiddam & abiectum animo agitantem ad tantam asseuerationis magnitudinem progressum fuisse? Quòd si abiectum quoddam adhuc sentis, atque humi prouolutus, nihil magni ac generosi animo concipere vis, pio viro Mose misso facto, qui vt de diuino libro Exod.32.
expungeretur, rogauit, si ij qui sub ipsius imperio erant, internecione delerentur (Maius enim est quod Apostolus fecit. Nã ille simul perire cupiebat: hic autem perire, vt alij salutem consequerentur) ab egregia & strenua fœmina (vt quispiam rei magnæ coniecturam per exiguam faciat) istud demonstrare conabor. Rebecca, Apostolica, vt sic loquar, animi magnitudine prædita, imprecationem suscipere minimè dubitauit, vt ipsius filius benedictionem con- Gen.27.
sequeretur. Atque bonis quidem ipsi cedebat: mala autem ipsa sola sufferre parata erat. Ac tanta animi promptitudine tantóque studio hanc fabulam præparabat, vt cunctationem iniquo animo ferret, celeritate autem lætaretur, ac filium ad maturandum facinus vrgeret: idque tanto periculo proposito. Omissis enim his verbis, Pater tuus senectute iam longè processit, sensuúmque integritatem ac perspicuitatẽ

μᾷς τὴν ἀποστολικὴν ὑπεροχήν, ὥς τινα φράζειν, ὧν καὶ μνησθῆναι αἰσχύνομαι. οὐ γὰρ κειμήλιον, ὡς φής, ηὔξατο εἶναι. τίς γὰρ καὶ τῶν σφόδρα ῥαθύμων οὐκ ἂν εὔξαιτο τοῦτο. οὐδὲ θάνατον σωματικὸν προὐκαλεῖτο ὁ καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκων. οὐδὲ τοσαῦτα ἂν διεβεβαιώσατο, ὡς μέλλων ἀπιστεῖσθαι, εἴ γε εὐτελές τι ἦν καὶ φαῦλον τὸ νοούμενον αὐτῷ. ἀλλ' ἐπειδὴ κρεῖττον ἦν ἁπάσης δυνάμεως καὶ ῥώμης, πολλοὺς μάρτυρας παρέστησε, τοῦ μὴ ψεύδεσθαι, καὶ κομπάζειν. καὶ γὰρ ἀλήθειαν λέγω, φησὶν, ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεως ἐν πνεύματι ἁγίῳ. εἰ τοίνυν καὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸν Χριστὸν, καὶ τὸ μὴ ψεύδεσθαι, καὶ τὴν συνείδησιν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μάρτυρας τῶν λεχθησομένων παρέστησε, τίς ἂν πιστεύσειεν, ὅτι ταπεινόν τι ἐννοῶν καὶ οὐδαμινὸν, εἰς τοσαύτην ἐξηνέχθη διαβεβαιώσεως ὑπερβολήν; εἰ δ' ἔτι μικρὰ φρονεῖς, καὶ περὶ γῆν ἰλυσπώμενος, οὐδὲν μέγα καὶ νεανικὸν ἐννοῆσαι βούλει, παρεὶς τὸν θεοφιλῆ Μωσέα, εὐξάμενον ἐκ τῆς θείας βίβλου ἐξαλειφθῆναι, εἰ οἱ ὑπ' αὐτῷ τελοῦντες πανωλεθρίᾳ παραδοθεῖεν. μεῖζον γάρ ἐστι τὸ τοῦ ἀποστόλου. ὁ μὲν γὰρ συναπολέσθαι, ὁ δ' ἀπολέσθαι, ἵνα ἄλλοι σωθῶσιν ηὔξατο, ἀπὸ γυναικὸς γενναίας, ὡς ἄν τις μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσῃ, τοῦτ' ἀποδεῖξαι πειράσομαι. ἡ Ῥεβέκκα ἀποστολικὴν, ὡς ἄν τις εἴποι, ἔχουσα μεγαλοψυχίαν, εἵλετο κατάραν ὑποστῆναι, ἵν' ὁ παῖς εὐλογίαν κληρονομήσῃ, καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν ἐκείνῳ παρεχώρει. οὐ γὰρ δὴ μετ' ἐκείνου εὐλογεῖσθαι ἔμελλε. τὰ δὲ κακὰ αὐτὴ μόνη παρεσκευάζετο ὑπομένειν. καὶ οὕτω προθύμως παρεσκεύαζε τὸ δρᾶμα, ὡς καὶ τῇ μελλήσει δυσχεραίνειν, καὶ τῇ ταχυτῆτι χαίρειν, καὶ κατεπείγειν τὸν παῖδα. καὶ ταῦτα κινδύνου μεγίστου παρεστῶτος. ἀφεῖσα γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ὁ πατήρ σου εἰς γῆρας βαθὺ ἐλήλακε, καὶ τὸ τρανὸν τῆς αἰσθήσεως ἀφῄρη-

amisit, nec fraudem deprehendet, his inquam omnibus verbis incisis, ad filium detrectantem ac metuentem dixit, in me sit, ô fili, ista maledictio. Tantùm ne fabulam à me structam labefactes: nec volucrem prædam amittas: nec huiusmodi thesaurū prodas. Cùm igitur mulier, quæ ne mulieris quidem fortitudinem animique magnitudinem habebat, diris deuoueri non recusarit, vt alius benedictionem obtineret, quid? an tantus ac talis Apostolus non idem perpeti optasset, vt Iudæi ad fidem accederent, nec Deus contumeliosis verbis configi videretur, vt qui, cùm aliis promisisset, alios tamen ad tantum honoris gradum euexisset. Ac quidem certè non eò hæc dicebat, quòd re vera pollicitatio excidisset (dixit enim, non quòd promissio exciderit, ea nimirum, quæ ad patres facta est:) nam in eorum posteris, qui fidem amplexi sunt, & in Ethnicis qui per Baptismū ad similitudinem Isaac accesserunt, euentum habuit. Idque etiam Apostolorum antesignanus Petrus his verbis confirmat:
Act. 2. Hanc promissionem impleuit Deus ipsorū filiis, hoc est nobis, suscitato Iesu. Quocirca, non tanquam promissio excidisset, his verbis vsus est: verùm vt effrenatum suum erga Christum amorem demonstraret. Ac si locum hunc Apostoli accuratè peruoluas, eum hoc confirmantē reperies.

Zosimo Presbytero. 59.

Audio te, iis, qui optima cōsilia tibi subministrant, valere iussis, atque omnibus pudoris vinculis effractis, ad infame ac detestandum vitium præcipitem rapi. Ac vellim quidem id minimè verum esse. Sin autem ita est, da operam, vt priusquàm te huiusmodi temulentia prorsus oppresserit, ex ea emergas: ne alioqui, & hîc probrum atque infamiā, & illic pœnā subeas.

Palladio & Maroni. 60.

Multus sermo fluit, ac multorum fide di-

θη, καὶ οὐ φωράσῃ τὸν δόλον. ταῦτα πάντα σιωπῶσα, ἔφη τῷ παιδὶ ἀναδυομένῳ καὶ δεδοικότι, ἐπ' ἐμὲ ἡ κατάρα σου τέκνον. μόνον μὴ διαφθείρῃς τὸ κατασκευασθὲν παρ' ἐμοῦ δρᾶμα. μηδ' ἀπολέσῃς ὀξύτατον ὂν τὸ θήραμα, μηδὲ προδῷς τὸν θησαυρόν. εἰ τοίνυν γυνή, ἡ μηδὲ γυναικὸς ἔχουσα ἀνδρίαν μηδὲ μεγαλοψυχίαν, εἵλετο καταραθῆναι, ἵνα ἄλλος εὐλογηθῇ, ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος Ἀπόστολος οὐκ ἂν ηὔξατο τοιοῦτόν τι παθεῖν, ἵν' οἱ Ἰουδαῖοι πιστεύσωσι, καὶ μὴ δόξῃ βλασφημεῖσθαι ὁ θεός, ὡς ἄλλοις μὲν ἐπαγγειλάμενος, ἄλλους δὲ εἰς τοσαύτην ἀξίαν ἀναγαγών. πάνυ μὲν οὖν ταῦτα ἔλεγεν, οὐχ ὡς τῷ ὄντι τῆς ἐπαγγελίας διαπεσούσης. ἔφη γάρ, οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, ὁ πρὸς τοὺς πατέρας δηλονότι γεγενημένος. ἐξέβη γὰρ ἡ ἐπαγγελία ἐν τοῖς ἐξ αὐτῶν πιστεύσασι, καὶ ἐν τοῖς ὁμοίοις τῷ Ἰσαὰκ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐξ ἐθνῶν τεχθεῖσι. καὶ τοῦτ' ἐγγυᾶται καὶ ὁ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος Πέτρος, λέγων ταύτην τὴν ἐπαγγελίαν ἐκπεπλήρωκεν ὁ θεὸς τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν, ἀναστήσας Ἰησοῦν. οὐ τοίνυν, ὡς διαπεσούσης τῆς ἐπαγγελίας, τοῦτ' ἔφη, ἀλλ' ἵνα δείξῃ τὸν ἀκάθεκτον ἑαυτοῦ περὶ τὸν Χριστὸν πόθον. καὶ εἰ ἀκριβῶς διέλθοις τὸ χωρίον τὸ ἀποστολικόν, τοῦτο αὐτὸν κατασκευάζοντα εὑρήσεις. αὐτὸ

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. νθ.

Πυνθάνομαι ὡς ἐρρῶσθαι φράσας τοῖς τὰ κάλλιστα συμβουλεύουσι, καὶ πάντας τοὺς τῆς αἰδοῦς διαρρήξας δεσμοὺς οἴχῃ φερόμενος ἐπὶ τὴν δυσκλεᾶ καὶ δυσώνυμον κακίαν. βουλοίμην μὲν οὖν μὴ εἶναι ταῦτα ἀληθῆ. εἰ δ' ἐστί, σπεῦσον πρὶν σφόδρα ὑπὸ τῆς τοιαύτης καταποθῆναι μέθης ἀνενεγκεῖν, ἵνα μὴ κἀνταῦθα αἰσχύνην ἕξῃς, κἀκεῖ σε δίκην ὑφέξεις.

Παλλαδίῳ καὶ Μάρωνι. ξ.

Πολὺς λόγος ῥεῖ, καὶ δι' ἀξιοπίστων

προ-

προσώπων βεβαιοῦται, ὅτι μάλ' ἀκριβῶς ἐπιστάμενος ἐκ πολλῶν τεκμηρίων ὁ ἡγεῖσθαι ὑμῶν λαχὼν διὰ τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον, οὐ διὰ τὸ λυσιτελοῦν
ὑμᾶς ἀγαπήσοντας. ὑμῖν ἀγαπήσας, οὐχ ὅτι τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας συνοίσει σκεψάμενος, συνεργοὺς ὑμᾶς τῆς ἑαυτοῦ ἐχειροτόνησε πλεονεξίας. εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, παύσασθε εἰς οὐρανὸν τὰ τόξα τείνοντες, καὶ τῷ τῆς ἀκτημοσύνης πολεμοῦντες νομοθέτῃ, δι' ὧν τὰς ἀλλοτρίας πραγματεύεσθε συμφοράς.

Ἀφροδισίῳ μονάζοντι. ξα.

Ὅτι τὸ μὲν ἐφ' ἑαυτοῖς ἀπολώλαμεν, τὸ δ' ἐπὶ τῷ Χριστῷ ἐσώθημεν, δῆλόν ἐστιν ἅπασι. δίκην γὰρ ὀφείλοντας διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐδικαίωσε, καὶ οὐρανίοις χαρίσμασιν ἐκόσμησεν. ὅτι δὲ εἰ τὰ παρ' ἡμῶν μὴ ἕποιτο, οὐδὲν ἐκ τῆς τοιαύτης πραγματείας, καὶ χάριτος κερδανοῦμεν, ἀλλὰ καὶ μείζονα δώσομεν δίκην, ἅτε μηδὲ τοσαύτῃ εὐεργεσίᾳ βελτιωθέντες, καὶ τοῦτο δῆλον.

Παύλῳ πρεσβυτέρῳ. ξβ.

Ἐγὼ μὲν εὐαγὲς ἡγοῦμαι τὸ τοῖς θείοις πιστεύειν χρησμοῖς, καὶ τούτοις ἕπεσθαι μετὰ σπουδῆς, καὶ μὴ τὴν ἄκαιρον φιλοτιμίαν τῆς δεσποτικῆς ἀσφαλείας προκρίνειν. ἄγροικον. εἰ δέ τις ἑαυτῷ τοσαύτην μαρτυρήσοι σωφροσύνην, ὡς μηδὲ συνεχῶς ὁρῶν βλάπτεσθαι, μανθανέτω τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν, καὶ τῶν θείων χρησμῶν τὴν ἀσφάλειαν. τοὺς μὲν οὖν ἁλόντας, ἵνα μὴ δόξω διενοχλεῖν, παραλείψω· πᾶσαι γὰρ αἱ ἱεραὶ γραφαί, καὶ αἱ ἔξωθεν τραγῳδίαι, καὶ τὰ καθ' ἡμέραν δράματα, τούτων γέμουσι τῶν παραδειγμάτων· τοὺς δὲ προμηθείᾳ τινὶ χρησαμένους καὶ περιγενομένους τοῦ πάθους, οὐ γάρ ἐστιν ἀπραγμόνως κατορθῶσαι σωφροσύνην, τούτους εἰς μέσον ἀγαγεῖν πειράσομαι. εἰ μὲν οὖν τινὲς

fide dignorum hominum authoritate cōfirmatur, Antistitem nostrum ex multis argumentis id compertissimum habētem, commodi sui causa, non autem vtilitati nostræ consulentem, nec quid publicè profuturum esset, spectātem, vos auaritiæ suæ socios & adiutores in sacrum ordinem asciuisse. Quòd si ita est, in cælū iaculari, ac, dum ex alienis calamitatibus commoda vestra comparatis, paupertatis legislatori bellum indicere desinite.

Aphrodisio Monacho. 61.

Quòd quantum in nobis fuit, periimus, quantum autem in Christo, salutem consecuti sumus, omnibus perspicuum est. Nam cùm supplicium mereremur, ipse per Baptismum iustitia nos donauit, ac cælestibus gratiis auxit & exornauit. Quòd autem nisi ea, quæ nostrarum partium sunt, præstiterimus, nihil ex huiusmodi questu & gratia cōmodi capiemus, imò grauioribus potius suppliciis afficiemur (vtquos tantū beneficiū nihilo meliores reddiderit) id quoque perspicuū est.

Paulo Presbytero. 62.

Equidem illud pium ac sanctum esse existimo diuinis oraculis fidem adhibere, eáque studiosè sequi, nec simplicem minimèque callidam ambitionem Dominicæ cautioni anteferre. Quòd si quis tantam sibi ipsi pudicitiæ laudem arroget, vt ne continenter quidem fœminas continens quicquam inde detrimenti ferat, discat illæ humanæ naturæ imbecillitatem, ac diuinorum oraculorum cautionem ac præmunitionem. Atque eos quidem, qui capti ac subacti sunt, ne grauis ac molestus esse videar, silentio prætermittam (nam & omnes sacræ literæ, & externæ tragœdiæ, & quotidianæ fabulæ his exemplis refertę sunt:) eos autem qui cura quadam & prouidentia vsi sunt, atque hunc affectum superarunt, (neque enim sine labore ac negotio quisquam pudicitiam consequi po-

test) in medium proferre conabor. Ac siquidem nonnullos ex iis, qui à fide abhorruerunt, cura quadam & cautione ac non seipsos in ignem proiiciendo, hoc ipsum consecutos esse ostendero, eos fortasse, vt qui nihil magni præstiterint, submouebũt ac reiicient. Si autem diuinum Paulum testem laudauero, his verbis vtentem, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè, cùm aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar, omnis profectò ipsis defensionis ratio præclusa erit: ac fortasse pudore commouebuntur, suæque cautioni ac securitati consulendum putabunt. Quanquam autem nos Apostolico testimonio contentos esse oportebat: tamen quoniam ea quoque, quæ ab exteris præstita sunt, ad pudicitiam acuunt, ne hæc quidem obliuione prætereibo. Lectione igitur didici, regem quendam, cùm Ephesiam sacerdotem, cuius incredibilis quædam ac singularis pulchritudo erat, conspexisset, statim ex Ephesina vrbe digressum esse, illud videlicet metuentem, ne præter voluntatem nefarij aliquid admittere cogeretur. Atque item Persarum regem Cyrum, Pantheam, quæ admiranda quadam & incomparabili formæ elegantia esse ferebatur, ne videre quidem sustinuisse. Cùm igitur, & res ipsæ, & externi authores salutari oraculo, vt recto ac securo, testimonium dicant (siquidem assiduus conspectus viam ad facinus munit, atque vt etiam in opus minimè exeat, mẽtem tamen contaminat, eúmque qui captus est, adulterum efficit) quis tanta audacia est, vt cum aliena pulchritudine oculos assiduè pascat, se tamen hinc nihil omnino detrimenti capere contendat? Quòd si hoc difficile est, maximè quidem illud curandum est, vt crebros & assiduos mulierum congressus fugiamus: si autem necessitas nos traxerit, vt saltem oculos tanquam iniecto fræno coërceamus.

1. Cor. 9.

τῶν ἔξω τῆς πίστεως τοῦτ' αὐτὸ κατορθώσαντας ἐπιδείξαιμι προνοίᾳ τινὶ καὶ ἀσφαλείᾳ, καὶ οὐ τῷ ἑαυτοὺς ἐπιῤῥίπτειν τῷ πυρὶ, ἴσως ἂν αὐτοὺς παραγράψοιντο, ὡς οὐδὲν μέγα ἀνύσαντας. εἰ δὲ καὶ τὸν θεσπέσιον Παῦλον μάρτυρα καλέσω, λέγοντα, ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι, πᾶσα αὐτοῖς ἀποκέκλεισται ἀπολογία. καὶ ἴσως ἂν δυσωπηθεῖεν, καὶ τῆς οἰκείας ἀσφαλείας πρόνοιαν ποιήσονται. ἐχρῆν μὲν οὖν ἀρκεσθῆναι τῇ ἀποστολικῇ μαρτυρίᾳ. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τὰ τοῖς ἔξωθεν κατορθωθέντα ἀλείφει εἰς σωφροσύνην, οὐδὲ τούτων ἀμνημονήσω. οἶδα τοιγαροῦν ἀναγνοὺς, ὅτι βασιλεύς τις Ἐφεσίαν ἱέρειαν ἰδὼν ὑπερβολῇ καλὴν φανεῖσαν, ἀνέζευξεν εὐθὺς ἐξ Ἐφέσου, φοβούμενος μὴ παρὰ γνώμην ἐκβιασθῇ πρᾶξαί τι τῶν οὐχ ὁσίων. καὶ Κῦρος δ' ὁ Πέρσης οὐδ' ἰδεῖν τὴν Πάνθειαν ἐτόλμησε, θαυμαστόν τι καὶ ἀμήχανον κάλλος ἔχειν μαρτυρουμένην. εἰ τοίνυν καὶ τὰ πράγματα καὶ οἱ ἔξωθεν τῷ σωτηρίῳ χρησμῷ μαρτυροῦσιν, ὡς ὀρθῶς καὶ ἀσφαλῶς ἔχοντι· ἡ γὰρ συνεχὴς θέα ὁδός ἐστιν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἄγουσα. εἰ δὲ καὶ εἰς ἔργον μὴ ἐκβαίη, μολύνει τὸν λογισμὸν, καὶ μοιχὸν ἀποφαίνει τὸν ἁλόντα. τίς τοσοῦτόν ἐστι τολμηρὸς ὅστις ἀλλοτρίοις συνεχῶς ἑστιώμενος κάλλεσι, λέγοι μηδὲν τὸ παράπαν παραβλάπτεσθαι; εἰ δὲ τοῦτο δύσκολον, χρὴ μάλιστα μὲν φεύγειν τὰς συνεχεῖς τῶν γυναικῶν ἐντεύξεις. εἰ δ' ἀνάγκη εἴη, χαλινοῦν τοὺς ὀφθαλμούς.

Timotheo Lectori. 63.

Diuina illa, & ab omni labe aliena potẽtia, ille sapiẽtiæ fons, illa prudentiæ ac vir-

Τιμοθέῳ ἀναγνώστῃ. ξγ.

Ἡ θεία καὶ ἀκήρατος δύναμις, ἡ τῆς σοφίας πηγὴ, ἡ τῆς συνέσεως καὶ πάσης

πάσης ἀρετῆς ἀρχή τε καὶ αἰτία καὶ ῥίζα, βουληθεῖσα τὰς τῶν μελλόντων προῤῥήσεις ταῖς ἀρχαιοτέραις ἐνυφῆναι γραφαῖς, σοφῶς, καὶ ὑπὲρ πάντα λόγον καὶ ἔπαινον, τὸ πρᾶγμα μετῆλθεν. εἴ ποτε γοῦν πρᾶγμα ὑπέπιπτε δυνάμενον χωρῆσαι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τὴν εἰκόνα, ἐν αὐτῷ τὰ μὲν ἐσκιογράφει, τὰ δὲ διὰ χρωμάτων ἐτράνου, καὶ λαμπρὸν καὶ ζῶντα ἐπεδείκνυτο τῆς εἰκόνος τὸν χαρακτῆρα. δύο γὰρ ἐκ τούτου συνέβαινε μέγιστα. τόν τε τοὺς ἀρχαιοτέρους μὴ ξενίζεσθαι, μήτε διαχλευάζειν τὰ λεγόμενα, ἔχοντάς τι καρποῦσθαι ἐκ τῶν λεγομένων ὠφέλιμον. τόν τε τοὺς ἐσομένους τὸ τῆς προφητείας θηρεύειν ἀδιάπτωτον. ἐφ' ᾧ δὴ τὴν θείαν χάριν προσκυνητέον, καὶ θαυμαστέον, ὅπως τοσαύτην δυσκολίαν πράγματος ῥᾳδίως μετῆλθε. χρὴ τοιγαροῦν τοὺς ἑρμηνεύοντας, εἰ μὲν ἀβιάστως οἷόν τε εἴη διὰ πάντων διεξελθεῖν, προθύμως τοῦτο ποιεῖν. εἰ δὲ μὴ, μὴ ἐκβιάζεσθαι τὰ μὴ προσήκοντα. ἵνα μὴ καὶ τοῖς προσοῦσιν ὑποψίαν παραποιήσεως τίκτωσι καὶ Ἰουδαίοις μὲν καὶ Ἕλλησι καὶ αἱρετικοῖς λαβὰς παράσχωσιν. εἰς δὲ τὸν Χριστὸν ταπεινά τινα, καὶ τῆς ἀξίας αὐτοῦ ἐλάττονα ἀναφέροιεν. ἀλλὰ τὰ μὲν ταπεινὰ παρατρέχειν, ἢ τῇ ἐνανθρωπήσει προσήκοντα ἡγεῖσθαι, εἰ πρεπόντως δέχοιτο τὸν χαρακτῆρα. τὰ δ' ὑψηλὰ τῆς ἀξίας μόνης ἕνεκα εἰρῆσθαι συγχωρεῖν. εἰ δέ τι τῶν τότε γεγενημένων ἕνεκα ἐρρέθη, τοῦτο συγχωρεῖν δι' ἐκεῖνα εἰρῆσθαι, καὶ μὴ εἰς τὸ ἀπρεπὲς ἐκβιάζεσθαι.

tutis omnis origo & causa, & radix, futurarum rerum vaticinia vetustioribus scripturis intexere volens, sapiẽter, atque omni sermone ac laude præstantiùs huiusmodi rem administrauit. Etenim si quando aliquid accidebat, quod futurorum bonorum imaginem ac simulachrum cõplecti posset, in eo quædam deliniabat, quædam coloribus adhibitis declarabat, splendidámque ac viuam imaginis notam ostendebat. Hinc enim duo maxima commoda contingebant, alterũ, quòd hac ratione veteres tanquam nouis & inusitatis rebus minimè offendebãtur, nec ea, quæ dicebantur, irridebant, vt qui ex his, quæ dicerentur, vtilitatis aliquid percipere possent. Alterum, quòd posteri vaticinij veritatem indagarent. Quo quidem nomine diuinam gratiam adorare atque admirari conuenit, quæ rem vsqueadeò arduam ad difficilem facilè persecuta sit. Ac proinde ita se gerere interpretes debent, vt si commodè ac nulla vi adhibita omnia peragrare possint, id impigrè ac sedulò faciant: sin autem id fieri nequeat, ne iis, quibus minimè opus est, vim afferant (vt ne alioqui iis locis, qui id requirãt, depravationis ac præposteræ expositionis suspicionem pariant: atque Iudæis quidẽ & Gentilibus, & hæreticis ansas præbeant, ad Christum autem abiecta quædã atque ipsius dignitate inferiora referant:) verùm hanc rationem ineant, vt humilia & abiecta prætereant, aut, si congruentem notam accipiant, assumptæ humanitati conuenire existimẽt, sublimia autem & excelsa dignitatis duntaxat causa picta esse cõcedant: quòd si quid eorum, quæ tum cõtigerunt, causa dictum est, illud ob ea dictum esse fateantur: ac non in eum sensum, qui minimè conueniat, velut obtorto collo trahant.

Θεοφίλῳ. ξδ.

Ἐκεῖνοί εἰσιν οἱ θεὸν μὲν ὁμολογοῦντες εἰδέναι, τοῖς δ' ἔργοις ἀρνούμενοι, οἱ ἐπὶ μὲν τῇ ὡραιότητι τῶν δογμάτων ἐναβρυνόμενοι· διὰ δὲ τοῦ μὴ συμ-

Theophilo. 64.

Qui se Deum nosse confitentur, factis autem negant, ij demum sunt, qui ob dogmatum quidem pulchritudinem gloriantur, verùm quia fidei minimè consentaneã Tit. 1.

vitam exhibent, Deum, quantum in ipsis situm est, dedecore atque ignominia afficiunt. Dum enim, & diuina iussa aspernantur, & alios adducunt, vt eum blasphemis verbis lacessant, quem etiam benedicere non cuiuslibet est, verùm hominum summa virtute præditorum, hinc scilicet spurios sese atque adulterinos esse cōuincūt.

Zosimo Presbytero. 65.

Clamores eos, qui ob vitam tuam ab omnibus excitantur, ferre nequeo. Aiunt enim, sermonem in te, tanquam in album dirigentes, Quonam pacto aliis sanctitatē impertis, prophanus ipse ac nefarius? Quonam pacto alios purgas, qui impurus es? Quonam pacto filios Dei efficis, qui seruili animo es? Purgari priùs debes, atque ita purgare: priùs à sacrilegij crimine purum esse, ac tum sacerdotis munus subire. Hæc audiens, animi cruciatu afficior, tum quia hæc de te loquuntur, tum quia eos, qui ad diuinam religionem accedunt, in mysticis symbolis detrimentum perpeti arbitrantur. Desine itaque, non modò tuam animam, sed etiam multas alias, pro quibus Christus mortem oppetiit, demergere. Cogita quónam hoc malum tendat, cùm eos, quos ipse non auro, sed pretioso suo cruore donato redemit, tu per vitæ tuæ improbitatem perdis.

1. Pet. 1.

Epiphanio Diacono. 66.

Quoniam per literas ex me sciscitatus es, quidnam significet id quod Psalmo 73. scriptum est, Tu siccasti fluuios Ethā (quod quidem cùm in veteribus Psalteriis situm sit, in quibusdam recentioribus codicibus, fortasse vt quod intelligi minimè posset, haudquaquam inscriptum est, eóque etiā nomine nonnulli superuacanea quædam, & quæ demonstrari nequeant, sacris literis contineri asserunt) idcirco rescribendū ad te duxi. Ethan igitur locus erat in Palæstina, fluuiis irriguus, atque arboribus & fructibus abundans, & ob ingentem animantium ac piscium copiam ad venandū

βαίνουσαι τῇ πίστει τὴν πολιτείαν ἐπιδείκνυσθαι, τὸ γε ἧκον εἰς αὐτοὺς, τὸν θεὸν ἀτιμάζοντες. τῷ τε γὰρ διαπτύειν τὰ παρ' αὐτοῦ κελευσθέντα, τῷ τε ἑτέρους παρασκευάζειν βλασφημεῖν τοῦτον, ὃν καὶ εὐλογεῖν οὐ πάντων ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν ἄκρων εἰς ἀρετὴν, τούτων, νόθους ἑαυτοὺς ἀπελέγχουσι. (πάντα.)

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. ξε.

Οὐ φέρω τὴν διὰ τὸν σὸν βίον γινομένην παρὰ πάντων καταβοήν. φασὶ γὰρ εἰς σὲ ὥσπερ ἐπὶ σκοπὸν τὸν λόγον τείνοντες, πῶς ἄλλους ἁγιάζεις ὁ ἐναγής; πῶς καθαίρεις ὁ ἀκάθαρτος; πῶς υἱοὺς θεοῦ κατασκευάζεις ὁ δουλοπρεπής. καθαρθῆναι ὀφείλεις, καὶ οὕτω καθᾶραι. μὴ ἱεροσυλεῖν, καὶ τότε ἱερᾶσθαι. ταῦτ' ἀκούων, ἀλγῶ τὴν ψυχὴν, ὅτι τε ταῦτα περὶ σοῦ φράζουσι, καὶ ὅτι καὶ εἰς τὰ μυστικὰ σύμβολα παραβλάπτεσθαι τοὺς προσιόντας τῇ θείᾳ θρησκείᾳ νομίζουσι. στῆθι τοίνυν καταποντίζων μὴ μόνον τὴν σαυτοῦ ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ ἄλλας πολλὰς, ὑπὲρ ὧν ὁ Χριστὸς ἀπέθανεν. ἐννόησον γὰρ οἱ τείνει τὸ κακὸν, ὅταν οὓς αὐτὸς ἐξηγόρασεν οὐ χρυσίον, ἀλλὰ τὸ τίμιον ἑαυτοῦ αἷμα δεδωκὼς, σὺ διὰ τὸν σαυτοῦ βίον ἀπολέσῃς.

Ἐπιφανίῳ διακόνῳ. ξϛ.

Ἐπειδὴ γέγραφας τί ἐστι τὸ ἐν τῷ ογ. ψαλμῷ γεγραμμένον, σὺ ἐξήρανας ποταμοὺς ἠθάμ. ὅπερ ἐν τοῖς παλαιοῖς ψαλτηρίοις κείμενον, ἔν τισι τῶν νέων ὡς ἀπεινόητον ἴσως οὐκ ἐνεγράφη. διὸ καί τινες νομίζουσι περιττά τινα καὶ ἀναπόδεικτα ἐν ταῖς γραφαῖς γεγράφθαι, ἀντεπιστεῖλαι δίκαιον ᾠήθην. χῶρος ἦν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ποταμοῖς κατάρρυτος, καὶ δένδροις καὶ καρποῖς κατάκομος, ζώων τε πλήθει καὶ ἰχθύων εὔθηρος. ἐπεὶ τοίνυν τὸ θεῖον νεῦμα εὔυδρον καὶ εὔενδρον καὶ εὔθηρον αὐτὸν ὄντα, (ἀδικία) δι' ἐπιπολάζουσαν τῶν οἰκητόρων ἀσέβειαν

ἀσέβειαν ἐξήρανε. καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων θαυμάτων ἀνακηρύττει ὁ μελοποιός. ἐπειδὴ δὲ οὐ χρὴ ἀποφαίνεσθαι, ἀλλ' ἀποδιδόναι μαρτυρίας, Ἰώσηππον παράγωμεν ἐν ταῖς ἀρχαιολογίαις γράφοντα. ἦν δέ τι χωρίον ἀπὸ δύο σχοινίων ἱεροσολύμων, ὃ καλεῖται μὲν ἠθάμ, παραδείσοις τε καὶ ναμάτων ἐπιρροαῖς ἐπιτερπέστατον, καὶ πλούσιον, ἐν ᾧ ὁ Σολομὼν συνεχῶς ἐξῄει, γυμνασθησόμενος καὶ θηράσων. τοῦ μὲν εἶναι χῶρον τοιοῦτον, καὶ Ἰώσηππον, καὶ τὸν μελῳδὸν τὸν θαυμάσαντα ὅτι ἐξηράνθη, παρέχομαι μάρτυρας. οὐ γὰρ ἂν ἐν θαύμασι τὸ ἐξηράνθαι αὐτὸν, κατηριθμεῖ, εἰ μὴ λίαν εὔυδρος ἦν. τοῦ δὲ ἐξηράνθαι, αὐτὸν τὸν μελῳδόν. ὥσπερ γὰρ χορείαν τινὰ ἀνελίττων, καὶ διὰ τῆς ὁρωμένης κτίσεως χωρῶν τῷ λόγῳ, καὶ εἰς τοῦτον τὸν χῶρον ἔφθασεν ἑβραίοις. ἐκεῖσε γὰρ ἐμελῴδει ἀφ' ὧν ᾔδεσαν, τὴν ἄττητον τοῦ θεοῦ δύναμιν ἑρμηνεύων.

(χορεία.)

Θεοφίλῳ. ξζ.

Ὅτι μὲν τὸ ἀμύνασθαι ἄδικον οὐκ ἔστι, συνθήσομαι, ὅτι δὲ οὐδὲ φιλόσοφον, συνθέσθαι δίκαιος ἂν εἴης. πλὴν ἀλλ' εἰ μὲν ῥᾳδίως ἐγίνετο, καὶ ἄνευ πολλῆς περιπετείας, λόγον εἶχέ σου ὁ λόγος. εἰ δὲ περὶ τοῦ μέλλοντος διδόναι δίκας ὁ ἀπαιτῶν ἑαυτὸν μυρίαις περιπείρῃ συμφοραῖς, ἄμεινον, τὸ μὴ μετὰ τὸ ἠδικῆσθαι, καὶ ἄλλων κακῶν πειραθῆναι. εἰ δ' αἴνιγμά σοι εἶναι δοκεῖ τὸ ῥηθὲν, σαφὲς αὐτὸ ποιῆσαι πειράσομαι. σκόπει γὰρ, εἰ θελήσειέ τις ἀμύνασθαι, πόσα ὑπομένει δεινά. πρῶτον πληροῦται θυμοῦ, δεύτερον διακόπτεται ὑπὸ ὀργῆς. πρῶτον γὰρ ἀναθυμιᾶται τὸ πάθος. εἶτα ὀργᾷ, καὶ

accommodus. Quoniam igitur diuina voluntas irriguum hunc locum ac nemorosum atque ad venationem perquàm appositum ob exuberantem incolarum improbitatem exarefecit, idcirco hoc quoque vnà cum aliis miraculis vates prædicat. Quoniam autem pronunciare atque asseuerare non oportet, verùm testimonia ferre, Iosephum in medium producamus, in antiquitatum libro his verbis vtentem: Erat autem locus quidam duobus passuum millibus ab vrbe Hierosolymitana dissitus, qui Ethan vocabatur, pratis & hortis, ac laticibus perquàm amœnus & copiosus, ad quem Salomon, exercitationis ac venationis causa, subinde commeabat. En quòd hic locus eiusmodi esset, & Iosephū, & Psalmistam, qui eum exaruisse miratus est, testes profero. Neque enim hanc exsiccationem inter miracula recensuisset, nisi aquis admodum irriguus extitisset: Quòd autem exsiccatus fuerit, ipsum Psalmistam testem adhibeo. Siquidem velut orbem quendam & choream versans, ac per res creatas atque in oculorum sensum cadentes, sermone progrediens, ad hunc quoque locum peruenit, Hebræis (illic enim Psalmos condebat) ab iis rebus, quas cognitas & perspectas habebant, inuictam Dei potentiam exponens.

Theophilo. 67.

Quòd acceptam iniuriam vlcisci minimè iniustum sit, assentiar. Quòd autem ne philosophicum quidem sit, concedi abs te æquum fuerit. Quanquam si id facilè ac sine multis molestiis fieri posset, sermo tuus ratione aliqua niteretur. Cùm autem ante eum qui pœnas daturus est, is qui eas exposcit, sexcentis seipsum calamitatibus cōuulneret, satius fuerit minimè committere, vt cum eo quòd læsus ipse sis, alia quoque mala experiaris. Quòd si obscurum tibi videtur quod dictum est, id perspicuum reddere conabor. Considera enim, si quis illatam sibi iniuriam vlcisci velit, quotnam acerbitates perferat. Primùm furore perfunditur. Deinde ab ira interrumpitur.

(Primùm enim obulit affectus: deinde ad vindictæ cupiditatem extimulatur.) Tertiò infinitos fluctus excitat. Quartò mille cogitationum vias ingreditur. Quintò metus subit, ac tremor, animique angor, iracundia nimirum eum interrumpente, ac metu concutiente, dum illud secum agitat, quonam pacto quod cupit assequatur, acceptámque iniuriam vindicet. An non tibi huiusmodi homo ante eum, qui pœnas daturus est, ipsemet pœnas dare? At qui patientiam adhibet, ab his omnibus rebus exemptus est. Ac sanè meritò. Nam hoc in ipsius arbitrio situm est: atque ipse totum absoluit. Ille autem alter, non item. Verùm & temporis commoditate opus est, & loco, & fraude, & versuta improbitate, & armis, & machinis, & adulatione, & seruitute, & hypocrisi. Vidésne quemadmodum difficilis quædã res sit vitium, facilis autem virtus? atque illud quidem tumultibus scateat, hæc autem ab omnibus perturbationibus remota sit? vt enim vir nequam & improbus tot ac tanta perpetitur: ita probus ac virtutis studiosus trãquillitatem obtinet. Atque is quidem qui vlciscendæ iniuriæ studet, infinitam inimicitiam reddit: qui autem patientia vtitur, eam quàm ocyssimè opprimit & extinguit. Vnde importunum etiam ac sæuum hominẽ mitigat, atque ad amicitiã allicit.

ἐπιθυμεῖ τῆς ἀμύνης. τέταρτον μυρία κύματα κινεῖ· πέμπτον, λογισμῶν ὁδοὺς ἔρχεται μυρίας. πέμπτον, δέος ἔπεισι καὶ τρόμος, καὶ ἀγωνία τοῦ θυμοῦ διακόπτοντος, τοῦ φόβου κατασείοντος, πῶς ἐπιτύχῃ; πῶς ἐπεξέλθῃ. ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι ὁ τοιοῦτος πρὸ τοῦ μέλλοντος δίκας διδόναι, δίκας ἀπαιτεῖσθαι; ὁ δὲ φιλοσοφῶν, ἀπήλλακται. καὶ μάλα εἰκότως. τούτου γὰρ κύριός ἐστι, καὶ τὸ πᾶν ἀπήρτισε. ἐκεῖνος δὲ οὐκέτι, ἀλλὰ καὶ καιροῦ χρεία καὶ τόπου, καὶ δόλου, καὶ κακουργίας, ὅπλων τε καὶ μηχανημάτων, κολακείας τε καὶ δουλείας καὶ ὑποκρίσεως. ὁρᾷς πῶς δύσκολον μὲν ἡ κακία, εὔκολον δ' ἡ ἀρετή; πῶς ἡ μὲν θορύβων γέμει, ἡ δ' ἀτάραχός ἐστι; ὥσπερ γὰρ ὁ πονηρὸς τοσαῦτα πάσχει. οὕτως ὁ φιλάρετος γαλήνης ἀπολαύει. καὶ ὁ μὲν ἀμυνόμενος ἀπέραντον κατασκευάζει τὴν ἔχθραν, ὁ δὲ φιλοσοφήσας ταχίστην ἐπάγει τὴν τελευτήν. διὸ καὶ τὸν ἠλίθιον ἐξημεροῖ. καὶ εἰς φιλίαν ἐκκαλεῖται.

Timotheo Lectori. 68.

Amplissimum, & tibiipsi, & mihi beneficium dederis, si teipso melior fias, atque ad ipsum virtutis fastigium ascendas, à fluxis & fragilibus bonis, imò ne bonis quidem, ad vera & stabilia bona transiens.

Τιμοθέῳ ἀναγνώστῃ. ξη.

Μεγίστην καὶ σαυτῷ κἀμοὶ δοίης ἂν χάριν, εἰ ἀμείνων σαυτοῦ γένοιο, καὶ εἰς αὐτὴν τῆς ἀρετῆς τὴν κορυφὴν ἀναδράμοις, ἀπὸ τῶν ῥεόντων. μᾶλλον δὲ οὐδὲ ὄντων ἀγαθῶν ἐπὶ τὰ ὄντα καὶ μένοντα διαβαίης.

Athanasio. 69.

Antistites quosdam noui, ac fortasse vos quoque, qui cùm intemperantes ipsi atque in sumptibus profusi sint, tamẽ, propterea quòd graues iis, qui peccãt, pœnas constituunt, subditos coërcent atque in officio continent. Alios contrà, qui cùm in victus ratione temperantes ac moderati sint, iis tamen, quas ipsi in imperio ac potestate tenent, vitiosis affectionibus, eos, quibus præsunt, totos inficiunt, quòd videlicet in peccantes haudquaquam animaduertant, verùm immodicam leuitatem prę se ferãt. Peccant autem vtrique, illi nimirum, vt qui legibus suis deteriores sint: hi autem, quòd subditos suos peiores reddant. Nam eos hæc facere docent, quæ ipsi facere nolũt, & luxui ac deliciis indulgere, cùm ipsi à luxu abhorreant: & messem ex alienis calamitatibus facere, quas ipsi leuant & corrigunt. Quamobrem & illi monendi sunt, vt sermonibus suis immaneant, nec, quæ cum iis pugnent, faciant: & isti, vt, non omnibus quæ velint concedendo, flagitia reprimant. Opus est enim iis quidem veniam tribuere, qui benignitate meliores fiunt: eos autem, quibus facilitas & clementia detrimentum affert, obiurgare atque castigare.

Ἀθανασίῳ. ξθ.

Οἶδά τινας τῶν ἡγουμένων, ἴσως δὲ καὶ ὑμεῖς, οἵτινες ἀκόλαστοι ὄντες καὶ πολυτελεῖς, τῷ μεγάλας τοῖς πταίουσιν ὁρίζειν τὰς τιμωρίας σωφρονίζοντας τοὺς ὑπηκόους. ἄλλους δὲ κεκολασμένην μὲν καὶ σώφρονα δίαιταν ἔχοντας,

ὅσοι δ' αὐτοὶ κρατοῦσι παθῶν ἐμπιπλῶντας τοὺς ἀρχομένους, τῷ μὴ ἐπεξιέναι, ἀλλὰ πραότητα πέρα τοῦ μέτρου ἐπιδείκνυσθαι. ὡς ἁμαρτάνειν τοὺς μὲν χείρους ὄντας τῶν ἰδίων νόμων· τοὺς δὲ, χείρονας ἀπεργαζομένους τοὺς ὑποτεταγμένους. δρᾶν γὰρ διδάσκουσιν αὐτούς, ἃ αὐτοὶ δρᾶν οὐκ ἀξιοῦσι καὶ τρυφᾶν τρυφῆς πόῤῥω καθεστηκότες. καὶ γεωργεῖν τὰς ἀλλοτρίας συμφοράς, ἃς αὐτοὶ ἐπανορθοῦνται. χρὴ τοιγαροῦν ἐκείνοις μὲν παραινεῖν, ἐμμένειν τοῖς οἰκείοις λόγοις, καὶ μὴ τἀναντία πράττειν. τούτοις δὲ διὰ τοῦ μὴ πᾶσι συγχωρεῖν ἃ βούλονται, παραναστέλλειν τὰ πλημμελήματα. χρὴ γὰρ συγγνώμην μὲν νέμειν τοῖς διὰ χρηστότητος ὠφελουμένοις, ἐπιτιμᾷν δὲ τοῖς δι' αὐτῆς βλαπτομένοις.

Ἐπιμάχῳ ἀναγνώστῃ. ο.

Οἶμαι μὴ ἁπλῶς τὰ χαρίσματα δίδοσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὴν προπαρασκευὴν τῆς διανοίας τῶν δεχομένων. καὶ εἰ δοκεῖ τὰ κατὰ Μωσέα τὸν ἱεροφάντην σκοπήσωμεν. ἐκεῖνος γὰρ ἐπειδὴ τὸν μὲν ἀδικοῦντα αἰγύπτιον ἠμύνατο, τοὺς δ' ὁμοφύλους διαμαχομένους εἰς φιλίαν συνήλλαξεν, ἐχειροτονήθη παρὰ τοῦ θεοῦ, τῶν μὲν αἰγυπτίων κολαστής, τῶν δ' ὁμοφύλων νομοθέτης.

Epimacho Lectori. 70.

Diuina beneficia non simpliciter ac citra vllam causam dari existimo, verùm prout ij, qui ea excipiunt, animos suos antè præpararint. Ac, si placet, illum sacrorũ antistitem Mosem cõsideremus. Ille enim, quoniam Ægyptium, qui iniuriam inferebat, vltus est, ac rursum populares suos inter se rixantes ad amicitiam compulit, idcirco à Deo, Ægyptiorum quidem excruciator, popularium autem suorũ Legislator, institutus est. Exod. 2.

Λαμπετίῳ ἐπισκόπῳ. οα.

Ἐπειδὴ γέγραφας ὅτι Εὐσέβιος ὁ ἐπίσκοπος, οὐ τῷ ἀποστῆναι τῶν συγγνώμης μειζόνων πλημμελημάτων γνωσιμαχεῖ, ἀλλὰ τῷ δοκεῖν ἀπολογεῖσθαι, ἀναισχύντῳ φάσκων· τίνος ὢν ἐνδεὴς ἐπιπράσκω τὰς χειροτονίας; ὧν γὰρ εὔξαιτ' ἂν ἕκαστος, εἰ μὴ καὶ ὑπὲρ εὐχὴν, ἀπολαύω καὶ δόξης καὶ τιμῆς, παρών τις φίλος τῶν μισοπονηρίας ἕνεκεν διαβοήτων ἔφη· ὅτι μὲν τῆς ἐπισκο-

Lampetio Episcopo. 71.

Quoniam ex literis tuis intellexi, Eusebium Episcopum, non à criminibus omni venia grauioribus abstinendo rectiùs sibi cõsulere, verùm, quòd defẽsionem aliquã habere se putet, impudenter his verbis vti, cuiusnã rei penuria laboro, vt sacras ordinationes vendã? quæ enim quisque optare queat, ne dicã quæ vota superãt, his fruor, hoc est, gloria, & honore: audi quid amicus quidam, ob improborũ odium clarus ac

celebris, qui tum aderat, locutus sit. Quòd quidē Episcopatus munus, quod indignè cōsecutus est, eorū omnium quæ inter homines exoptātur, velut extrema meta sit, scio atque assentior. At iis, qui ad vitium propensi quæstuíque addicti sunt, nihil satis est. Neque ex præfectis & antistitibus improbi ac facinorosi vlli essent, si iis, quæ præstò habent, contenti essent, ac rebus suis secundis moderari scirent. Verùm plures ex istis, quàm ex inferiori hominum gradu, improbos persæpe fieri puto. Nam quo aliis sublimiores & excelsiores sunt, fastúque inturgescunt, ac supra vulgus sentire volunt, moneríque contumeliam ducunt, eò etiam magis arrogantia, & plurium rerum cupiditas, & fiducia, qua, ne si in scelere quidem deprehensi fuerint, pœnam daturos se esse confidunt, in eorum animos ingreditur. Resipiscat igitur, nec insulso cuidam aliquid, quod ad se purgādum faciat, afferre videatur. Neque enim crimina diluit: verū ridiculum insuper se præbet.

πῆς ἡ λειτουργία, ἧς παρὰ τὴν ἀξίαν ἀπέλαυσε, πάντων ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις εὐκταίων ὅρος, οἶδα καὶ σύμφημι. τοῖς δὲ πρὸς κακίαν ῥέπουσι, καὶ λήμματος ἡττωμένοις, οὐδὲν ἐστὶν αὔταρκες. οὐδ' ἂν ἐγίνοντο ἐκ τῶν ἡγεμόνων τινὲς μοχθηροὶ καὶ κακοῦργοι, εἰ τοῖς ὑπάρχουσιν ἠρκοῦντο, καὶ συμμετρεῖσθαι τὰς εὐημερίας ᾔδεσαν. ἀλλ' οἶμαι πολλάκις γίνεσθαι καὶ πλείους ἀπὸ τούτων, ἢ τῶν καταδεεστέρων. ὅσῳ γὰρ καὶ ἐπηρμένοι παρὰ τοὺς ἄλλους εἰσί, καὶ φλεγμαίνουσι τῷ τύφῳ, καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς φρονεῖν ἀξιοῦσι, καὶ τὸ συμβουλεύεσθαι ὕβριν ἡγοῦνται· τοσούτῳ καὶ αὐθάδεια, καὶ ἐπιθυμία πλειόνων, καὶ θάρσος τοῦ μηδ' ἂν ἁλῶσι δίκην ὑφέξειν αὐτοῖς εἰσέρχεται. γνωσιμαχείτω τοιγαροῦν, καὶ μὴ δοκείτω ἀπιθάνῳ ἀπολογεῖσθαι. οὐ γὰρ ἀπολύεται τὰ ἐγκλήματα, ἀλλὰ καὶ γέλωτα προσοφλισκάνει. ἀπίθαν.

Strategio Monacho. 72.

Στρατηγίῳ μονάζοντι. οβ.

Maximè quidem nec naturam nec substantiam substantiæ, sed qualitatem qualitati (quæ, vt philosophorum verbis vtar, hanc naturam habet, vt accedere ac recedere possit. Nam substantiam qualitatis vehiculum esse statuunt: que nisi existat, qualitatem minimè existere posse asserūt) comparauit scriptura, his verbis vtens,
Ierem. 13. An mutabit Æthiops pellem suam, & pardus varietates suas? Et quonam pacto vos poteritis benefacere, cùm mala didiceritis? verùm ne quid de his rebus subtilius discutiamus, illud ipsum dictū, quod proferunt, eam vim habere, vt quod ab ipsis astruitur, euertat, planum facere aggrediar. Per id enim quod dixit, cùm didiceri-
Ierem. 13. tis mala, dogma illud, quod irrefutabile esse arbitrantur, subuertit. Quonam enim pacto si hoc à natura insitum haberent, vt mala nossent, diceret Propheta, cū didiceritis mala? Quòd si didicerunt, dediscere quoque profectò poterunt. Atque ad eun-

Μάλιστα μὲν οὐδὲ φύσιν, οὐδ' οὐσίαν οὐσίᾳ, ἀλλὰ ποιότητα ποιότητι, ἣ κατὰ τὸν τῶν φιλοσόφων λόγον πέφυκε καὶ συμβαίνειν καὶ ἀποσυμβαίνειν. ὄχημα γὰρ εἶναι τὴν οὐσίαν τῆς ποιότητος ὁρίζονται, ἧς μὴ ὑπαρχούσης, ἀνύπαρκτον εἶναι τὴν ποιότητά φασι· παρέβαλεν ἡ γραφή, λέγουσα, εἰ ἀλλάξεται αἰθίοψ τὸ δέρμα αὐτοῦ, καὶ πάρδαλις τὰ ποικίλματα αὐτῆς· καὶ πῶς ὑμεῖς δυνήσεσθε εὖ ποιεῖν, μεμαθηκότες τὰ κακά; πλὴν ἵνα μηδὲν περὶ τούτων ἀκριβολογήσωμεν, αὐτὴν τὴν ῥῆσιν, ἣν προφέρουσιν, ἀνατρεπτικὴν οὖσαν τῶν παρ' αὐτῶν κατασκευαζομένων, ἐπιδεῖξαι πειράσομαι. τῷ γὰρ εἰπεῖν μεμαθηκότες τὰ κακά, τὸ δόγμα, ὃ δοκοῦσιν ἀναντίρρητον εἶναι, ἀνατρέπουσι. πῶς γὰρ εἰ ἐκ φύσεως εἶχον τὸ εἰδέναι τὰ κακά, ἔφασκε τὸ μεμαθηκότες τὰ κακά. εἰ δὲ μεμαθήκασαν, καὶ ἀπομαθεῖν δυνήσονται. οὕτω καὶ

τὰ ἄλλα πάντα τὰ δοκοῦντα τοῖς ἀπαιδεύτοις συμπράττειν ἀνατραπήσεται. εἰ γὰρ καὶ ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δύναται δέξασθαι τὰ τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ δυνήσεται. καὶ εἰ δένδρον πονηρὸν οὐ δύναται ποιεῖν καρπὸν καλόν, ἀλλὰ δυνήσεται. οὐ γὰρ ταὐτὸν τὸ μὴ δύνασθαι τῷ μὴ δυνήσεσθαι, ἀλλὰ τὸ μὲν τὸν ἐνεστῶτα μηνύει χρόνον, καθ' ὃν ὁ ῥάθυμος, ῥάθυμος· τὸ δὲ τὸν μέλλοντα, καθ' ὃν ἐνδέχεται τὸν πρώην φαῦλον, σπουδαῖον γενήσεσθαι. καὶ βοᾷ μὲν τοῦτο τὰ πράγματα καθ' ἑκάστην ἀμειβόμενα τὴν ἡμέραν. ἐγγυῶνται δὲ καὶ αἱ γραφαί. πῶς γὰρ ὁ μελῳδὸς πεσὼν ἀνέστη; πῶς δ' ὁ Παῦλος διώκτης ὢν ἀνεμαχέσατο, καὶ κήρυξ τοῦ διωχθέντος κατέστη; πῶς δὲ Πέτρος ἀρνησάμενος ἀπετρίψατο τὴν κηλῖδα; πῶς δὲ ἡ ἀγριέλαιος εἰς τὴν καλλιέλαιον ἀνεκεντρίσθη; πῶς οἱ Νινευῖται ἐσώθησαν; πῶς δ' ὁ λῃστὴς εἰς τὸν παράδεισον ἐπέμφθη; μαθὼν τοίνυν ὅτι τῆς ἄνωθεν προηγουμένης ῥοπῆς, ὁ βουλόμενος καὶ πονῶν καὶ πάντα κινῶν· οὐ γὰρ ἀρκεῖ ψιλὸν τὸ θέλειν· καὶ μανθάνει, καὶ καρποφορεῖ, καὶ σώζεται· πάντα τὰ παρὰ σαυτοῦ ποίει, τὰ πρὸς τὴν τῶν πταιόντων διόρθωσιν βλέποντα.

dem modum alia etiam omnia, quæ impetitis hominibus astipulari videntur, ob-
terentur. Quanquam enim animalis ho- 1. Cor. 2.
mo non percipiat quæ sunt Spiritus: at
percipere poterit. Eodémque modo quā- Matt. 7.
quam arbor mala fructum bonum ferre nequit: at ferre poterit. Neque enim idem sunt, non posse, & potestatem habiturum non esse: verùm illud præsens tempus significat, in quo ignauus, est ignauus: hoc autem futurum, in quo fieri potest vt qui paulò antè improbus erat, probus efficiatur. Atque hoc cùm res ipsæ clamant, mutationem singulis diebus subeūtes: & Scri-
pturæ ipse confirmant. Quonam enim 2. Re. 12.
modo Dauid lapsus sese erexit? Quonam Act. 9.
modo Paulus, cùm persecutor esset, hanc culpam sarciuit, atque eius, quem insectatus fuerat, præco institutus est? Quonam
pacto, Petrus, posteaquàm Christum ab- Mat. 26.
iurauit, huiusmodi labem abstersit? Quo-
nam pacto oleaster in bonam oliuam in- Rom. 11.
sertus est? Quonam pacto Niniuitæ salutē Ion. 3.
consecuti sunt? Quonam pacto latro, in Luc. 23.
paradiso missus est? cognita igitur præeuntis diuini auxilij facultate, quisquis vult, & laborat, atque omnia mouet (neque enim nuda voluntas sufficit) tum addiscit tum fructum edit, tū salutem assequitur. Quocirca ea omnia, quæ tuarum partium sunt, quæque ad peccātium correctionem pertinent, effice.

Παύλῳ πρεσβυτέρῳ. ογ.

Τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἱερῶν γραφῶν, ἐφόδιον ἡγοῦ τῆς σωτηρίας, τρέφουσαν παραδείγμασιν εὐδοκίμοις τὸ φιλόκαλον καὶ ἀνδρῶδες τῶν μετὰ σπουδῆς ἀκροωμένων.

Paulo Presbytero. 73.

Sacrarum Scripturarum lectionem salutis viaticum esse existima, vt quæ, eorū, qui eā studiosè ac diligenter audiunt, probitatis amorem ac virile robur præclaris & illustribus exemplis pascat.

Ἡρακλείδῃ ἐπισκόπῳ. οδ.

Ὅτι Ἐζεκίου βασιλεύοντος, πᾶσαν τὴν περσίδα ἄγων ἐπῆλθε τῇ Ἱερουσαλὴμ ὁ βάρβαρος, καὶ τρόπαιον ἔστη θαυμαστὸν καὶ θεῖον, καὶ τῶν πώποτε γενομένων ἐπισημότερον. τότε δὴ φυσηθέντι τῷ Ἐζεκίᾳ, καὶ ὑπὸ τῆς χαρᾶς

Heraclidæ Episcopo. 74.

Cùm regiam dignitatem obtinente Eze-
chia Barbarus Persiam vniuersam ducēs, 4. Re. 18. 19.
Hierosolymam aggressus fuisset, rexque admirandum ac diuinum, atque omnium, quæ vnquam contigerant, illustrissimum trophæum erexisset, tum verò ipsi ex hoc

successu tumore affecto, ac præ lætitia su-
2.Par.32 blimiùs de se, quàm hominis conditio postularet, sentienti, aduersæ valetudinis frænum iniectum est, vt altos ipsius spiritus deprimeret, humanæq; naturæ fragilitatē coargueret, animique morbo ex lætitia contracto mederetur. Nam quòd mortalium animi gaudio magis efferri soleant, ostenderunt Iudæi. Posteàquam enim
Exod.14. Ægyptij defuncti sunt, eósque mare pro
Exod.32. sepulchro habere conspexerunt, tum verò ad idolorum cultum sese conuerterunt. Nam cùm mare transissent, nec periculi quicquam subiissent, vbi terram attigerunt, naufragium pertulerunt. Quod quidem Thebanorum Imperator Epaminondas optimè perspiciens, parta de Lacedæmoniis victoria, statutóque trophæo, postridie tristem se ac mœstum amicis ostendit. Iis autem percunctantibus ecquid molesti accidisset, Minimè, inquit, verùm hesterno die altiores, quàm par esset spiritus gessisse me sensi. Ac proinde hodie immoderatā hanc voluptatē coërceo. Quocirca ne tu quoque mœrore cōsterneris, si cùm animi bonis abundes, corporis morbis edomeris. Verùm illud tibi in mentē veniat, hanc rem, vel coronas tibi parturire, vel arrogantiam reprimere.

μεῖζον ἢ κατὰ ἄνθρωπον φρονήσαντι, ἐπετέθη ὁ τῆς ἀρρωστίας χαλινὸς, τὸ φρόνημα αὐτοῦ καταστέλλων, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν ἐλέγχων φύσιν, καὶ τὴν ἐκ τῆς χαρᾶς ἐγγενομένην τῇ ψυχῇ νόσον ἰώμενος. ὅτι γὰρ ὑπὸ χαρᾶς μᾶλλον αἴρονται αἱ ψυχαὶ, ἔδειξαν οἱ Ἰουδαῖοι. ὅτε γὰρ ἀπηλλάγησαν τῶν αἰγυπτίων, καὶ εἶδον τὸν βυθὸν τάφον αὐτῶν γεγενημένον, τότε εἰς εἰδωλολατρείαν ἐξετράπησαν. διαβάντες γὰρ τὴν θάλασσαν καὶ μηδὲν κινδυνῶδες ὑπομείναντες, ἐλθόντες εἰς τὴν γῆν ἐναυάγησαν. ὅπερ Ἐπαμινώνδας ὁ Θηβαίων στρατηγὸς ἄριστα συνιδὼν, λακεδαιμονίους νικήσας, καὶ τρόπαιον κατ᾽ αὐτῶν στήσας, τῇ ἑξῆς ὤφθη τοῖς φίλοις κατηφὴς καὶ στυγνός. τῶν δὲ ἐρωτησάντων μή τι λυπηρὸν συνέβη, οὐχί φησιν, ἀλλ᾽ ἐχθὲς ᾐσθόμην ἐμαυτοῦ μεῖζον ἢ καλῶς ἔχει φρονήσαντος. διὸ σήμερον κολάζω τὴν ἀμετρίαν τῆς χαρᾶς. μὴ τοίνυν μηδ᾽ αὐτὸς ἄλυε, εἰ τοῖς τῆς ψυχῆς κομῶν ἀγαθοῖς, ταῖς τοῦ σώματος δαμάζῃ ἀρρωστίαις, ἀλλ᾽ ἐννόει ὅπως σοι τοῦτο, ἢ στεφάνους ὠδίνει, ἢ τὸ φρόνημα καταστέλλει.

Zosimo Presbytero. 75.

Magna quidem, vt aiunt, ætatis tuæ iuuenilis flagitia fuerunt, quidni enim? At senectutis crimina tanta sunt, vt ad eorum magnitudinem nihil possit accedere. Etenim in senectute iuuenes eos, quorum ob libidinem ac petulantiam celebre nomen est, obscurare, omnem absurditatem superat. Ac planè constat te Epicuri morbo laborare, nec, quid animi habeas, premere ac continere posse, verùm ipsius dogmata per opera confirmare. Quamobrem interdic, inquam, tibi ipsi diuino altari: ne fortè in tuum caput fulmen grassetur.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. οε.

Μεγάλα μὲν σου τὰ τῆς νεότητος ὥς φασι πλημμελήματα. πῶς γὰρ οὔ; τὰ δὲ τοῦ γήρως ὑπερβολὴν οὐκ ἔχει. τὸ γὰρ ἐν γήρᾳ τοὺς νέους τοὺς ἐπ᾽ ἀσελγείᾳ βεβοημένους ἀποκρύπτειν, ἅπασαν ὑπερβάλλει ἀτοπίαν. καὶ δῆλος εἶ, τὰ Ἐπικούρου νοσῶν, καὶ τὴν γνώμην κατέχειν μὴ δυνάμενος. ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων τὰ ἐκείνου δόγματα βεβαιῶν. εἶργε τοίνυν, εἶργε σαυτοῦ τοῦ θείου θυσιαστηρίου, μή ποτε σκηπτὸς κατὰ τῆς σῆς χωρήσῃ κεφαλῆς.

Pamprepio Diacono. 76.

Nulla, ô amice, ratio inueniri potest, perquam quispiam à calamitatibus liber at-

Παμπρεπίῳ διακόνῳ. ος.

Οὐκ ἔστιν, ὦ φίλη κεφαλὴ, μηχανὴν εὑρεῖν, δι᾽ ἧς ἄν τις γένοιτο συμφορῶν ἐλεύθε-

ἐλεύθερος. ἀλλὰ θᾶττον ἄν τις ἐν μεγίστῳ κλύδωνι κυβερνήτου καὶ οἰάκων χωρὶς διασωθείη, ἢ τὸν κλύδωνα τοῦ βίου τούτου διαφύγοι, πειρασμῷ μὴ περιπεσών. εἰ γὰρ πειρατήριόν ἐστιν ὁ βίος ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς, πῶς ἐστιν ἐν τῷ πειρατηρίῳ ὄντας μὴ πειράζεσθαι; τὸ γὰρ παρὰ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον, γρηγορεῖτε, καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν, τὸ μὴ καταποθῆναι ὑπ᾽ αὐτοῦ ᾐνίξατο. εἰ γὰρ τοῦτο ὅπερ ἄλλοι νομίζουσιν ἔφη ὁ σωτὴρ, τῷ μηδαμῶς πειρασμῷ περιπεσεῖν, οὐκ ἂν ἔχοι λόγον. καὶ τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν μάλιστα εὐδοκιμηκότων ἀνδρῶν, πολλοῖς καὶ μεγίστοις περιπεπτωκότων. ἀλλὰ τὸ μὲν μὴ περιπεσεῖν, ἴσως ἀδύνατον, τὸ δὲ μὴ ἡττηθῆναι, δυνατόν. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀμαθίᾳ βεβαπτισμένοι πρὸς τὰς συμφορὰς ἔχουσι τὰς ψυχὰς ἀπαραμυθήτους. οἱ δὲ λογισμῷ σώφρονι κυβερνώμενοι, ἀπωθοῦνται ταύτας, οὐ τῷ γενναίως ἐνεγκεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ στεφάνους ὀνειροπολεῖν.

que immunis sit. Verùm citiùs quispiam in maxima tempestate citra gubernatoris & claui opem salutem consequeretur, quā huius vitæ procellas, nullius tentationis periculo facto, effugeret. Nam cùm tenta-
tio sit vita hominis super terram, qui fieri Iob.7.
potest, vt qui in tentationis loco sit, minimè tentetur? Nam quod à Saluatore dictū
est, Vigilate & orate, vt nō intretis in ten- Matt.26
tationem, perinde est ac si dixisset, ne ab ea opprimamini. Nam si his verbis (quemadmodum aliis placet) hoc intellexit Saluator, ne vllo modo in tentationem prolabamur, rationi parum consentaneū hoc esset, cùm & Prophetæ, & Apostoli, & ij viri, qui virtute maximè excelluerunt, in multas & maximas tentationes inciderint: verùm in tentationem quidem non incidere, fortasse impossibile est: ei autem minimè succumbere, possibile. Ac quidē plerique mortaliū imperitia obruti, ita in calamitatibus afficiuntur, vt eorum animi consolationem omnem respuant. Qui autem prudenti iudicio gubernantur, eas propulsant non modo fortiter ferendo, sed etiam coronas animo & cogitatione versando.

Εὐλογίῳ ἀναγνώστῃ. οζ.

Ἐκ τῶν περὶ τὸν θάνατον τῷ βασιλεῖ Ἀχαὰμ συμβεβηκότων ἔστι θαυμάσαι, πῶς τὸ χρεὼν οὐδὲ προμηνυόμενον διαφυγεῖν οἷόν τε. ὑπέρχεται γὰρ τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς, ἐλπίσι θωπεύων χρησταῖς, καὶ περιάγει αὐτὰς ἐκεῖσε, ὅθεν αὐτῶν βεβαίως κρατήσει καὶ περιέσται.

Eulogio Lectori. 77.

Ex his quæ regi Achab in morte conti- 3.Re.22.
gerunt, admirari licet, quemadmodum ne prædictum quidem fatum effugi possit. Animos enim humanos callidè subit, spe læta iis blandiens, eósque illuc circunducit, vbi eos certò superabit.

Χρύσῃ λαμπροτάτῳ. οη.

Εἰ καὶ περὶ τοὺς οἰκείους τὴν μεγαλοψυχίαν ταύτην ἐπεδείξατο ἡ σὴ μεγαλόνοια, ἦν μὲν οὐδ᾽ οὕτω μικρὸν, κοινὰ τὰ ὄντα τῷ γένει κεκτῆσθαι. ἀφῄρει δ᾽ ἄν τι τῆς φιλοτιμίας ἴσως, τὸ δοκεῖν ἀνάγκην τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως προσεῖναι. νῦν δὲ τῆς ἐκεῖθεν αἰτίας περικεκομμένης. οἱ γὰρ υἱεῖς τοῦ τεθνεῶτος οἱ καὶ εὐεργετηθέντες, οὐδ᾽ ἐγγε-

Chrysæ clarissimo. 78.

Etiam si hac liberalitate in propinquos ac necessarios tuos vsus fuisses, ne sic quidem paruæ laudis esset, bona tua cum iis, qui genere tecum coniuncti essent, communia habere, sed tamen illud fortasse aliquid ex munificentiæ laude detraxisset, quòd naturæ quoque necessitas accedere videretur. Nunc autem, præcisa illa causa (nam hominis defuncti filij, quos

tū beneficio affecisti, ne tibi quidem noti erant, nisi eos calamitas commendasset) mens planè laudē gloriāque sibi vendicat.

ειζοντό σοι, εἰ μὴ συμφορὰ αὐτοὺς συνέστησεν, ἡ γνώμη καθαρῶς ἐνδοκιμεῖ.

Lampetio Episcopo. 79.

Superbiæ te arcesso, quoniam Zosimo Presbytero obuius factus, vt audio, ipsius morbis, velut abhibitis quibusdam fomentis, minimè mederis: verùm Hippocrati morem gerens, vt incurabili morbo laboranti manum haudquaquam admoues. Quamuis enim in corporibus verum hoc esse quidam existiment (etsi alioqui persæpe falsum inuentum est: & complures enim medici, admota manu iis, qui incurabili morbo affecti esse videbantur, rem ex sententia gesserunt) in animis tamen hoc magis adhuc falsum esse reperitur. Nonnullos enim nouimus, qui ex profundo vitij gurgite ad ipsam virtutis arcē ascenderint. Corpora quippe naturæ necessitate, tanquam vinculis quibusdam constringuntur: animæ autem voluntatis atque arbitrij potestate ornatæ sunt. Quāobrem quò facilior est voluntas quàm natura, eò quoque facilius ac procliuius est animum è morbo recreare. Ac proinde submota omni desperatione, illud cura & enitere, vt eum sanitati restituas. Neque enim parua tibi apud Deum gloria futura est, siue istud perfeceris, siue secus. Nam id omne, quod tuarum partium est, cumulatè præstiteris. Quare, vt omnino laudem & gloriam consecuturus, si eum, vt ex improba vitæ ratione emergat monueris, sic affectus esto: nec te, aut noctu aut interdiu, hæc cura deserat. Fortasse ipse quoque salutem obtinebit: & qui eius vitiis offenduntur, erigentur: & qui eum suggillant compescentur: & tu sempiternam gloriam adipisceris.

Λαμπετίῳ ἐπισκόπῳ. οθ.

Γράφομαί σε γραφὴν ὑπεροψίας, ὅτι Ζωσίμῳ περιτυγχάνων, ὡς μανθάνω, τῷ πρεσβυτέρῳ, οὐ καταντλεῖς αὐτοῦ τὰ πάθη. ἀλλ' Ἱπποκράτει πεισθεὶς ὡς κεκρατημένῳ οὐκ ἐγχειρεῖς. εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων τοῦτ' ἔδοξέ τισιν ἀληθὲς εἶναι, καί τοι πολλάκις ἐλεγχθέν. ἐγχειρήσαντες γὰρ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν τοῖς κεκρατημένοις κατώρθωσαν. ἀλλ' ὅμως ἐπὶ τῶν ψυχῶν πλέον ἐλέγχεται. οἴδαμεν γάρ τινας ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς κακίας εἰς αὐτὴν ἀναβεβηκότας τῆς ἀρετῆς τὴν κορυφήν. τὰ μὲν γὰρ σώματα τῇ τῆς φύσεως ἀνάγκῃ δέδεται· αἱ δὲ ψυχαὶ τῇ τῆς προαιρέσεως ἐξουσίᾳ τετίμηνται. ὅσον τοίνυν εὐκολώτερον προαίρεσις φύσεως, τοσοῦτον εὐχερέστερον, τὸ ἀνενεγκεῖν τὴν ψυχήν. μηδὲν τοίνυν ἀπογινώσκων, πειρῶ αὐτὸν κατευθύνειν. οὐ μικρὰ ἔσται σοι εὔκλεια παρὰ τῷ θεῷ, εἴτ' ἀνύσῃς, εἴτε καὶ μή. τὸ γὰρ ἑαυτοῦ πᾶν πληρώσῃς. ὡς πάντως τοίνυν εὐδοκιμήσων, εἰ προτρέψαιο αὐτὸν ἀνενεγκεῖν, οὕτω διάκεισο. καὶ μήτε νύκτωρ, μήτε μεθ' ἡμέραν, αὕτη ἀπολειπέτω σε ἡ φροντίς. τάχα καὶ αὐτός που σωθείη, καὶ οἱ σκανδαλιζόμενοι διορθωθεῖεν. καὶ οἱ κωμῳδοῦντες αὐτὸν ἐπιστομισθεῖεν, καὶ σὺ ἀθανάτου εὐκλείας ἐπιτύχοις.

Zosimo Presbytero. 80.

Nuper ad te scribebam, sperans fore, vt à vitio te subduceres, atque ad puram & integram sanitatem redires. Nunc autem ea de causa sermonem habere periclitor, vt ne alij quoque in improbitatis voraginem abs te coniiciantur. Quocirca si tuæ ipse saluti consulere recusas, quid aliis etiam labem & exitium affers? quid aliorum etiam cruciatus in miserum tuū caput trahis? dum hinnientes cupiditates non tantisper restringis, quoad earum ora cruentaris, verùm iis, quo velint, impetum faciendi potestatem facis. Has itaque restringe atque coërce: ne alioqui contrà, ac Niniuitis, tibi accidat: vt enim illi verbis perterrefacti, reipsa suppliciū minimè sustinuerunt: sic tu quoque verborum minas nihili pendens, reipsa pœnam subibis. Ion.3.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. π.

Πρώην μὲν ἔγραφον, ἐλπίζων σε τῆς κακίας ἀπαλλαγήσεσθαι, καὶ πρὸς καθαρὰν ὑγείαν ἀναδραμεῖσθαι· νῦν δὲ κινδυνεύω, ὑπὲρ τοῦ μὴ καὶ ἄλλους εἰς

τὸ βάραθρον τῆς πονηρίας ὑπὸ σοῦ ἐμβληθῆναι, ποιεῖσθαι τὸν λόγον. εἰ τοίνυν μὴ βούλει σῶσαι σαυτόν, τί καὶ ἑτέροις λυμαίνῃ; τί καὶ τὰς ἄλλων τιμωρίας ἕλκεις ἐπὶ τὴν ἀθλίαν σαυτοῦ κεφαλήν; τὰς χρεμετιζούσας ἐπιθυμίας μὴ ἀνασφράζων, ἕως ἂν αὐτῶν αἱμάξῃς τὰ στόματα, ἀλλ' ἄδειαν αὐταῖς διδοὺς ὁρμᾶν ἔνθα βούλονται. ἀνασείραζε τοίνυν αὐτάς, ἵνα μὴ τἀναντία τῶν Νινευιτῶν ὑπομείνῃς. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι φοβηθέντες τὰ ῥήματα, οὐχ ὑπέμειναν τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων τιμωρίαν. οὕτω καὶ σὺ τῆς ἀπὸ τῶν ῥημάτων καταφρονῶν ἀπειλῆς, τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ὑποστήσῃ κόλασιν.

Ἀθανασίῳ πρεσβυτέρῳ. πα.

Ἐπειδὴ τοὺς τὰς θεωρίας ἀποφαίνοντας, καὶ τὸ γράμμα εἰς τὸ πνεῦμα μεταρρυθμίζοντας, οὐκ οἶδ' ὅπως αἰτιασάμενος, καίτοι πολλάκις ὠφέλιμά τινα τοῖς ἀκροωμένοις λέγοντας, αὐτὰ τὰ πράγματα ἑρμηνευθῆναί σοι λιπαρῶς παρεκάλεσας, καὶ περιεβάλλου δι' ἣν αἰτίαν ὁ λεπρὸς καὶ ὁ γονορρυής, οἵ τε τὰ ἄλλα νοσοῦντες ἀκούσια νοσήματα, ἀπείρχθησαν τῶν ἱερῶν περιβόλων, ἐβουλόμην μὲν σιγῆσαι· οὔτε γὰρ ῥᾴδιον, οὔτ' εἰ ῥᾴδιον ἦν, ἔπρεπε τὰ τῆς φύσεως ἐκπομπεύειν μυστήρια. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ δευτέροις ἐξεβιάσω με γράμμασιν, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνεσταλμένως φράσω. ἐπειδὴ γὰρ τεθέσπιστο, καὶ διὰ τὴν τῶν ἀνδρῶν σεμνότητα, καὶ διὰ τὴν τῶν γυναικῶν τιμήν, καὶ δι' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ὁσιότητος γὰρ τὸ τοιοῦτο πνεῖ, καὶ πρὸς γυναῖκα ἐν καθαρισμῷ ἀκαθαρσίας αὐτῆς οὐκ εἰσελεύσῃ· πολλοὶ δὲ ἐν ἀφέδρῳ οὔσαις καὶ καθαιρομέναις ταῖς γυναιξίν, ἢ καὶ ἐγκύοις τυγχανούσαις, δι' οἶστρον καὶ ἀκολασίαν, μᾶλλον δὲ μανίαν, ὁμιλοῦσι, κἀκεῖναι οὐκ οἶδ' ὅπως ἀνέχονται. καί τοι τῶν ἀλόγων ζώων μετὰ τὴν σύλληψιν εἰς κοινωνίαν μὴ ἀπαντώντων. διὸ καὶ θηλυτέραι φα-

Athanasio Presbytero. 81.

Quoniam eos, qui mysticos sensus indicant, literāmque in Spiritum commutant, etiamsi vtilia quædam auditoribus dicant, nescio qua de causa reprehendēs, res ipsas tibi explicari obnixis precibus à me contendisti, illúdque proposuisti, quidnam causæ sit, quamobrem leprosus, seminísque profluuio laborans, aliique item qui morbis minimè voluntariis tenebantur, sacrosancto templi ambitu prohibebātur, silentio quidem lubenter vterer. (Leuit.13. & 22. Num.5.) Nam nec facile est, nec si facile esset, conueniret naturæ arcana diuulgare. Quoniam autē iterum iam per literas vim mihi attulisti, quò breuissimè potero istud expediam. Quandoquidem enim, tum ob virorum honestatem & grauitatem, tum ob mulierum honorem, tum ob rem ipsam (sanctitatem enim res hæc redolet) lege cautum erat ne vir ad vxorem suam, quo tempore (Leuit.20) ab impuritate sua se repurgabat, ingrederetur: multi autem cum vxoribus, dum in menstruo sunt, aut sese perpurgant, aut etiam prægnantes sunt, libidinis œstro vel potius furore perciti congrediuntur; atque illæ nescio quonam pacto id ferunt (quamuis animātes rationis expertes post conceptum ad venereum congressum minimè occurrant. Qua etiam ratione non-

nullis placet, fœminam θηλυτέραν dictam esse, habita comparatione cum fœminis animantibus: propterea quòd hæ ob generis duntaxat propagationem coitum admittant, mulieres autem fortasse ob salacitatem & impudicitiam, tametsi alioqui muliebris libido atque appetentia extinguatur. Natura enim vel in effingendo atque efformando fœtu recens nato, vel in corporis purgatione occupatur) porrò sæpenumero contingebat, vt viri semen cum impuro mulieris semine permixtum, corpus haud purum ac probè temperatum, verùm variis ac multiplicibus morbis obnoxium effingeret. his malis vt occurreret Legislator, eos, qui ex huiusmodi concubitu nati essent, à templi aditu hoc loco proscripsit, atque à sacris conuentibus submouit: vt ne in posterum huiusmodi flagitia perpetrare auderēt. Quòd autem hęc causa sit, ex iis, quæ apud Ezechielem scripta
Eze. 18. sunt liquidò apparet. Illic enim Deus probum virum laudibus efferens, peccatorem autem insectans, illum cum muliere menstruata consuetudinem minimè habuisse ait, hunc autem habuisse. Quòd si illud dixeris, iis, qui hæc flagitia admisissent, pœnā constitui oportuisse, hoc ego respōderim; Et quod tandem grauius supplicium excogitari potest? Nam cùm eos, quos in lucem ediderint, quósque multo etiā, quàm se, clariores ac celebriores videre optabāt, nec precationum, nec solemnitatum, nec vrbium, nec sacrorum conuentuum participes esse, perspiciunt, cogites velim quo doloris cruciatu afficiantur. Ac propterea illud quoque, ni opinione fallor, lege sancitum est, Et erit, omnis anima, quæ non
Gene. 17. circuncisa fuerit die octauo, exterminabitur è populo suo. Quod quidem nonnulli ex iis, qui hoc dictum ad animæ circuncisionem transtulerunt, tanquam à ratione alienum reiecerunt. Dicendū enim erat, inquiebant, eum qui non circuncideret, exterminatum iri, non autem immaturæ ætatis infantem. Ego verò etsi ad animam propriè spectat hic sermo, tamen ne literalem quidem sensum improbo ac reiicio.

οἵ τινες κεκλῆσθαι τὴν γυναῖκα, κατὰ σύγκρισιν τῶν θηλέων ζώων, ὡς τούτων μὲν διὰ τὴν διαδοχὴν τοῦ γένους καταδεχομένων τὴν κοινωνίαν· τῶν δὲ γυναικῶν ἴσως, δι' οἶστρον καὶ ἀκολασίαν, καίτοι τότε σβεννυμένης τῆς γυναικείας ἐπιθυμίας· καὶ γὰρ φύσις, ἢ περὶ τὴν διάπλασιν τοῦ ζώου ἀσχολεῖται, ἢ περὶ τὴν κάθαρσιν. συνέβαινε δὲ πολλάκις τὸ τοῦ ἀνδρὸς σπέρμα τῷ ἀκαθάρτῳ τῆς θηλείας αἵματι μιγνύμενον, σῶμα ἀναπλάττειν οὐ καθαρὸν, οὐδὲ εὔκρατον, ἀλλὰ ποικίλοις πάθεσιν εὐάλωτον, ταῦτα βουλόμενος ὁ νομοθέτης περιαστεῖλαι τὰ κακὰ, τοὺς ἐκ τοιούτων συνουσιῶν τεχθέντας, ἀπεκήρυξεν ἐνταῦθα, καὶ τῶν ἱερῶν συνόδων ἀφώρισεν, ἵνα μηκέτι τολμήσαιεν τοιαῦτα δρᾶν. ὅτι δὲ αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, δῆλον ἐκ τῶν ἐν τῷ Ιεζεκιὴλ ἀναγεγραμμένων. ἐκεῖσε γὰρ τὸν μὲν δίκαιον ἀνακηρύττων ὁ θεὸς, τὸν δὲ ἁμαρτωλὸν ἀποκηρύττων, τὸν μὲν ἔφησε γυναικὶ ἐν ἀφέδρῳ οὔσῃ μὴ προσεληλυθέναι, τὸν δὲ προσεληλυθέναι. εἰ δὲ φαίης τοῖς δρῶσι τὴν τιμωρίαν ὁρίσαι ἐχρῆν, φαίην καὶ ποία ταύτης τιμωρία χαλεπωτέρα; ὅταν γὰρ ἴδοιεν τοὺς ἐξ αὐτῶν τεχθέντας, οὓς ηὔχοντο πολλῷ ἑαυτῶν δοκιμωτέρους ἰδεῖν, μήτε εὐχῶν, μήτε πανηγύρεων, μήτε πόλεων, μήτε ἱερῶν συνόδων μετέχοντας, σκόπει τίσιν ὑποστήσονται βάσανον. διὰ γὰρ τοῦτο, κἀκεῖνο, ὡς οἶμαι, νενομοθέτηται· καὶ ἔσται πᾶσα ψυχὴ, ἥτις ἂν μὴ περιτμηθῇ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. ὅπερ τινὲς ὡς ἄλογον παρεγράψαντο, τῶν εἰς τὴν τῆς ψυχῆς περιτομὴν τὸ ῥητὸν μετακομισάντων. ἐχρῆν γὰρ, ἔφασαν, ῥηθῆναι, τὸν μὴ περιτέμνοντα τὸ παιδίον αὐτοῦ ἐξολοθρευθῆναι, μὴ μὴν τὸ ἄωρον νήπιον. ἐγὼ δὲ, εἰ καὶ πρὸς τὴν ψυχὴν βλέπει κυρίως ὁ λόγος, οὐδὲ τὸ γράμμα παραγράφομαι. κἀνταῦθα γὰρ ἡ αὐτὴ ἔννοια σωθήσεται. τοῖς γὰρ πατρά-

πατράσιν, ἀργαλεωτέρα ἐστὶν ἡ τιμωρία, ὅταν τὰ παιδία ἐξολοθρευθεῖεν. ἐκεῖνα μὲν γὰρ τυχὸν, εἰ καὶ πρὸ τῆς διαγνωστικῆς τῶν καλῶν καὶ τῶν οὐ τοιούτων ἡλικίας τελευτήσοιεν, οὐδ' εἰ ἐν τιμωρίᾳ γεγόνασιν, εἴσονται. εἰ δὲ καὶ ἔλθοιεν εἰς τὴν διαγνωστικὴν ἡλικίαν, οὐ πάνυ χαλεπῶς ἐνέγκοιεν τὸ πρᾶγμα, τῆς συνηθείας τὴν τιμωρίαν ἐξευμαριζούσης. καὶ μάλιστα, ὅτε οὐδὲ ἑκούσιον ἐστὶ τὸ ἔγκλημα. οἱ δὲ γονεῖς ἀνυπόστατον ὑπομένουσι τὴν τιμωρίαν. εἰ τοίνυν νενόηταί σοι τὸ εἰρημένον περὶ τῶν ἀκουσίων παθῶν, περὶ γὰρ τῶν ἑκουσίων οὐκ ἂν οἶμαί σε ζητήσειν, οἶσθα γὰρ ὡς Οζίας τῇ ἱερωσύνῃ οὐ δεόντως ἐπιπηδήσας, καίτοι βασιλεὺς ὤν, ἐλεπρώθη, τῷ θεῷ χάριν ἴσθι. εἰ δὲ μὴ ἀποδοχῆς ἂν εἴην δίκαιος
τυχεῖν. παρὰ τῶν νοούντων τυχεῖν, ὅτι τὸ πρέπον καὶ τὸ σεμνὸν τῆς σαφηνείας ἐνταῦθα προετίμησα, τὰ τῆς φύσεως μὴ ἐκπομπεύσας μυστήρια.

Nam hîc quoque eadem sententia seruabitur. Siquidem parentibus acerbius est suppliciū, cū pueri exitio dantur. Nā pueri fortasse, si antequā ad eam ætatem peruenerint, quæ bona & mala internoscendi facultatem habet, è vita discesserint, ne id quidē sciēt, an pœnam aliquā pertulerint: quòd si etiam ad eam ætatem accesserint, ne grauiter quidem & acerbè hanc rem fortasse tulerint, consuetudine nimirum pœnam leuiorem reddente: ac præsertim cùm ne voluntaria quidem culpa est. At parentes intolerādum cruciatum sustinebunt. Quocirca si illud abs te intellectum est, quod de minimè voluntariis vitiis dictum est (nam de voluntariis te quæsiturū haud reor. Nec enim te fugit, Osiam, propterea quòd contra ius fásque in sacerdotij munus insiliisset, quamuis etiam rex esset, lepram tamen contraxisse) Deo gratiam habe. Sin secùs, hoc certè nomine à prudentibus viris mea ratio comprobari debeat, quòd hoc loco decori atque honesti maiorem rationem habui, quàm perspicuitatis, naturæ videlicet arcanis haudquaquam euulgatis.

Ἰωάννῃ σχολαστικῷ. πβ.

Οὐδεὶς, ὡς ἔγωγε οἶμαι, ἀνδρεῖον ἔχων φρόνημα, καὶ τῆς ἀνδρὸς προσηγορίας ἄξιος, τῇ τῶν ἀνδρογύνων θέᾳ ἁλίσκεται, τῶν τὸν ἀνθρώπινον ἐξορχουμένων βίον. καὶ τότε τηνικαῦτα μάλιστα εὐδοκιμούντων, ἡνίκα ἂν ὡς μάλιστα ἐκκαυθῶσιν.

Ioanni Scholastico. 82.

Nemo, vt opinor, qui quidem virilem animum habeat, ac viri nomine dignus sit, cinædorum spectaculo capietur; qui humanam vitam palàm enunciant, ac tum maximè clari ac celebres sunt, cùm maximè exarserint.

Αἰμιλιανῷ καὶ Πελαγίῳ διακόνοις. πγ.

Ὅτι μὲν λόγος πρᾶος καὶ πάνσοφος, βοηθήματος δίκην σβέσαι δύναται θυμὸν ἐκ μέσης καρδίας ζέοντα, μάλα ἀκριβῶς οἶδα. εἰ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις λόγοις ἔνεστι φάρμακον εὑρεῖν κοιμίσαι δυνάμενον, τοῦτο δὴ οὐκέτι σαφῶς ἐπίσταμαι. ἀλλ' εἰ μὲν ἀνύσω διϊσχυρισαίμην. εἰ δὲ διαμάρτοιμι, μάλιστα μὲν λυπηθείην· ἥκιστα δὲ ἐμαυτὸν μεμψαίμην. οὐκοῦν ἐπειδὴ ἡ ἔρις ἡ ὑμε-

Æmiliano & Pelagio Diaconis, 83.

Quòd sermo blandus ac sapientiæ plenus medicamenti cuiusdam instar iracundiam è medio corde feruētem extinguere queat, perquàm exploratum habeo. Num autē in nostris quoque sermonibus pharmacum quoddam, quod iram sedare atque consopire possit, inuenire liceat, illud verò non item exploratè noui. Verùm siquidem aliquid profecisse affirmem, præclarè res habebit. Sin autem conatus meus

frustra fuerit, maximum quidẽ mœrorem accipiam, at minimè tamen mihi ipsi succensebo. Quoniam igitur contentio ac simultas vestra in longissimum vsque porrecta, non modò vos, sed etiã multos alios grauissimè conuulnerauit, illud quidem peruellem, vos eum extinguere ac delere, vósque ad amicitiam redire. Si verò hoc nondum, vt quidam aiunt, fieri potest, at certè immodicam hãc contentionem animorúmque pertinaciam silẽtio eneruare, ac non dicendis tacendísque verbis eam adaugere. Nam si, quæ nefas est, alter aduersus alterum proloqui desistatis, sensim ac paulatim extincta & prostrata contentio, vt amicitia excitetur, efficiet. Quemadmodum enim iis, qui aduersa valetudine laborant, grauiùs non se habere, meliùs se habendi initium fuerit (etenim in acutissimis morbis idem valetudinis status pro meliore statu haud immeritò habetur:) sic etiam vobis graui morbo correptis (neque enim est quòd vosipsos sanos esse existimetis, dum alter in alterum ita debacchamini) si morbus non ingrauescat, sanationis principium hoc fuerit. Quare siue vobis inimicitiam funditus delere, ac de medio tollere placeat, siue eam non lõgiùs progredi, mihiipsi bonam spẽ non eripiã: sermonémque vt maledicos sermones cõprimam, bene impensum esse cẽsebo.

Theoni Episcopo. 84.

Si mihi morem gerendum putas, nullo modo, sin autem tibiipsi, ne hostes tuos in necessitatem admodum redigas atque concludas: ne alioqui in extremis rerum difficultatibus necessitatem (quæ subditis sibi à desperatione stimulis, miram ad cõtumaciam vim habet) in consilium adhibentes, iis malis te mulctent, quibus eos mulctare cogitas. Illa enim rerum earum, quæ geruntur, inspectrix iustitia, persæpe ob victoriam insolentiam & importunitatem, rerum statũ in contrarium cõmutat.

Eulogio presbytero. 85.

Sic existimo, dæmonem ne probo qui-

πέρᾳ θρασυνομένας, ὥς φασι, γεγενημένη, οὐ μόνον ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἄλλους εἰς τὰ καίρια ἔτρωσε, βουλοίμην ταύτην μὲν σβέσαι καὶ ἀφανίσαι, εἰς δὲ φιλίαν παλινδρομῆσαι. εἰ δὲ τοῦτο τέως, ὥς φασί τινες, οὐχ οἷόν τε, κἂν τῇ σιωπῇ ἐκνευρίσαι τὴν ἄμετρον φιλονεικίαν, καὶ μὴ ῥητοῖς καὶ ἀρρήτοις ῥήμασι ταύτην αὐξῆσαι. ἢν γὰρ παύσησθε ἃ μὴ θέμις καθ' ἑαυτῶν φθεγγόμενοι, ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν σβεσθεῖσα ἡ ἔρις καὶ καταπεσοῦσα, τὴν φιλίαν ἀναζωπυρῆσαι παρασκευάσει. ὥσπερ γὰρ τοῖς κάμνουσι τὸ μὴ χεῖρον ἔχειν, ἀρχὴ γένοιτ' ἂν τοῦ βέλτιον ἔχειν. ἡ γὰρ ἐν τοῖς ὀξυτάτοις νοσήμασι ταυτότης, βελτίωσις εἰκότως ὀνομάσθη, οὕτω καὶ ὑμῖν μάλα κάμνουσι. μὴ γὰρ δὴ ὑγιαίνειν νομίζετε τοιαῦτα εἰς ἀλλήλους παροινοῦντες, τὸ μὴ ἐπιτριβῆναι τὸ πάθος, ἀρχὴ γένοιτ' ἂν διορθώσεως. εἴτε οὖν ὑμῖν τέλεον ἀφανίσαι δόξειε τὴν ἔχθραν, εἴτε μὴ περαιτέρω προελθεῖν, οὐκ ἀφαιρήσομαι ἐμαυτοῦ τὸ εὔελπιστον, ἄξιον εἶναι λόγου, διὰ λόγους κελθήσεσθαι. [illegible]

Θέωνι ἐπισκόπῳ. πδ.

Εἰ μὲν ἐμοὶ πείθοιο, μηδ' ὅλως. εἰ δὲ σαυτῷ, μὴ πάνυ εἰς ἀνάγκην κατάκλειε τοὺς σαυτοῦ ἐχθρούς. μήποτε σύμβουλον ἐν ταῖς ἀμηχανίαις λαβόντες τὴν ἀνάγκην (ἣ δ' ἐπὶ δεινὴ παρὰ τῆς ἀπονοίας, ὅταν ἀπόγνωσις αὐτὴν ὀρθίζῃ), τοιαῦτά σε δράσωσιν, οἷα δρᾶν αὐτοὺς μελετᾷς. ἡ γὰρ ἔφορος τῶν δρωμένων δίκη, πολλάκις δι' ἀπληστίαν τῶν νικώντων εἰς τοὐναντίον τὰ πράγματα περιΐστησιν.

Εὐλογίῳ πρεσβυτέρῳ. πε.

Ἡγοῦμαι, ὅτι οὐδ' ἀνθρώπῳ ἁγίῳ δαί-

μων ἀντιστῆναι δυνήσεται. καὶ δῆλον μὲν ἀφ' ὧν οἱ ἀπόστολοι δαίμονας ἤλαυνον. δῆλον δὲ καὶ ἀφ' ὧν ὁ Παῦλος τὸν πύθωνα, τὸν τὰ ἑλλήνων ἄνω καὶ κάτω κινοῦντα, λόγῳ ἀπήλλασε. κἀν τοῖς μαρτυρίοις δὲ ἡ ἐφεδρεύουσα τοῖς σώμασι τῶν ἁγίων χάρις, τούτους βασανίζει. εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, ὡς ἡ τῶν πραγμάτων δείκνυσι πεῖρα, πῶς ἀντιστῆναι ἠδύνατο; ἀλλ' οἶμαι (οὐ γὰρ διατείνομαι, ἀλλὰ γνώμην ἀποφαίνομαι) ὅτι ἐπειδὴ κατὰ τὸν Μωσέα ἑκάστῳ ἔθνει ἄγγελος ἀπενεμήθη. ὅτε γὰρ διεμέριζε, φησὶν, ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ. εἰ δὲ φαίης, πῶς οὖν οὐ παρεχώρει θάτερος θατέρῳ; φαίην, ὅτι μάλιστα μὲν παρεχώρησε, πλὴν ἀμφότεροι τῷ θείῳ διϊσχυρίζοντο νόμῳ. ὁ μὲν γὰρ τὸ θεῖον προεβάλλετο πρόσταγμα, τὸ θεσπίζον ἀπολυθῆναι τῆς αἰχμαλωσίας καὶ μὴ βουλομένους, μηδὲ μετανοήσαντας τοὺς Ἰουδαίους, ὁ δὲ ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἰσχυριζόμενος πράξεσι, μένειν ἔτι αὐτοὺς ἐν τῇ ὑπερορίᾳ, δίκαιον εἶναι ἔφασκε. τοῦ γὰρ θεοῦ εὐσεβοῦσί τε καὶ δικαιοπραγοῦσιν ἐπαγγειλαμένου τὴν ἐπάνοδον, κρατεῖν δεῖν ἔλεγε τὸ πρόσταγμα, ἀμετανοήτων ὄντων, καὶ μηδ' εἰς ἱκεσίαν τραπέντων. ὅτι γὰρ καὶ τὸ μισοπόνηρον ἐπαινεῖ ὁ θεὸς, τεκμήριοι τὰ κατὰ τὸν Φινεὲς γεγονότα. δύο γὰρ φόνους αὐτὸν ἐργασάμενον, ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ἱερωσύνῃ τετίμηκεν. οὐκ ἂν τοῦτο ποιήσας, εἰ ἀγαθότητα μόνην ἐνομοθέτει. ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ νόμος διηγόρευε τὸν ἐξ ἑβραίων δουλεύοντα ἑβδόμῳ ἔτει ἐλευθεροῦσθαι. εἰ δὲ μὴ ἐθέλει, προσάγεσθαι τῇ θύρᾳ τῆς σκηνῆς, καὶ τρυπᾶσθαι αὐτοῦ τὸ ὠτίον, καὶ μένειν δοῦλον αἰώνιον. τοῦ δὲ χρόνου τῆς ἐλευθερίας φοιτήσαντος, οὐδεμίαν οὗτοι αὐτῆς ἐποιοῦντο πρόνοιαν. ἴσως ἐμφιλοχωρήσαντες τοῖς βαρβάροις, καὶ τὴν ἐκείνων ἀσέβειάν τε καὶ πολυτέλειαν ζηλώσαντες. ὁ τῶν Περσῶν ἄγ-

dem ac sancto viro reluctari posse. Idque tum ex eo constat, quòd Apostoli dæmones in fugam agebant, tũ ex eo quòd Paulus Pythonem Gentilium cultum sursum deorsúmque miscentem sermone profligauit ac depulit. Quin in martyrum quoque templis gratia ea quæ Sanctorum virorum corporibus insidet, eos excruciat. Si igitur hæc ita se habent (quemadmodum ipsamet rerum experientia ostendit) quónam pacto dæmon Angelo reluctari potuisset? At nimirũ opinor (neque enim affirmo, verùm sententiam duntaxat meã profero) id hinc contigisse, vt author est Moses, quòd, cuique nationi Angelus attributus est (Quando enim diuidebat Gentes Altissimus, inquit ille, quãdo separabat filios Adam: Constituit terminos populorum iuxta numerum Angelorum Dei.) Quòd si dixeris, Quonãigitur modo alteri non cedebat? sic respondeã: maximè quidẽ alterũ alteri cessisse: cæterùm vtrũque diuinę Legis præsidio munitũ atque obseptum fuisse. Alter enim diuinum iussum obtendebat, quod, vt Iudæi, etiam nolentes, miniméque resipiscentes, captiuitate liberarentur, sanciebat. Alter autem Iudæorum flagitiis nitens, iustum esse cõtendebat, eos adhuc in exilio manere. Nã cùm Deus ipsis, si pietatem coluissent, atque ex virtute vixissent, reditum in patriã promisisset, valere oportere illud dictum aiebat, propterea quòd à pœnitentia abhorrerent, ac ne ad supplices quidem preces Deo adhibendas sese conuertissent. Nam quòd Deus improborum quoque odium laudet, ex iis, quæ circa Phinees contigerunt, coniecturã facere possumus. Nam cùm duas cædes vno eodémque tẽporis puncto perpetrasset, Deus eum sacerdotio donauit. quòd profectò non fecisset, si bonitatem solam lege lata promulgasset. Quoniam autem Lex quoque illud præscribebat, vt qui ex Hebræorum populo seruitutis iugum traheret, septimo anno manumitteretur, quòd si id nollet, ad Tabernaculi ostium adduceretur, ipsiúsque auris perforaretur, seruúsque per

Luc. 10. *Act. 5. & 19.* *Act. 16.* *Dan. 10.* *Deut. 32.* *Num. 25.* *Ibidem.* *Exod. 21.* *Ibidem.*

omnem vitæ cursum permaneret, Iudæi porrò, cùm liberationis tempus appetiisset, nulla ipsius cura tangerentur (fortasse quia libenter inter Barbaros commorarẽtur, eorúmque impietatem ac vitæ genus imitarẽtur) idcirco Persarum Angelus libertatem nullo modo ad eos attinere asserebat, (siquidem Lex, vt volentes quidem in libertatem vindicat: sic contra dominationis calculum atque sententiam aduersus eos, qui seruire volunt, confirmat, non illa quidem in hac re crudelitate superata, verùm quod iustum est, præcipiens) alter autem Angelus, bonitatem iustitiæ anteponens, diuinam gratiam, quæ ipsos, quanquam immerentes liberare cõstituerat, victoriam ferre debere censebat. Ac proinde vterque diuinæ legi subsidiũ ferebat, ille nimirum quòd improborum odio teneretur, hic autem quòd benignitate præditus esset. Deus enim vtramque virtutem laudat: vicit autem ad extremũ, gratia & bonitate videlicet iustitiam submouente. Putida quippe post diuinam sententiam est omnis oratio. Nam etiam persæpe, duobus militibus inter se contendentibus, atque vtraque parte ius sibi vendicante, regis calculus iurgium extinguit. Hæc autem vtilitatis causa tum dicebantur, tum fiebant: nempe vt & Daniel preces suas exauditas esse intelligeret: & populus, cùm se à Deo, partim ob ipsius pollicitationem, partim ob iusti viri deprecationem, etiam immerentem salutem consequi audiisset, ad meliorem frugem se reciperet, reditúque expeteret, tanquam ingentibus bonis potiturus, si diuino beneficio in patriã rediret.

Eudemoni Scholastico. 86.

Quoniam per literas ex me quæsiuisti, quidnam sit, quamobrem multi persæpe iisdem flagitiis admissis non iisdem pœnis affecti fuerint: respondeo, id hinc fieri, quòd magna sit iudicis integritas & sinceritas. Etenim in peccatis, non ipsa tantũ peccati species quæritur, verùm etiam eius qui peccauit, animi sententia, & dignitas

γελος οὐδαμῶς αὐτοῖς προσήκειν τὴν ἐλευθερίαν διϊσχυρίζετο, ἐπειδὴ ὁ νόμος τοὺς μὲν θέλοντας ἐλευθεροῖ, κατὰ δὲ τῶν ἐθελόντων δουλεύειν, κυροῖ τῆς δεσποτείας τὴν ψῆφον, οὐκ ἀπανθρωπίᾳ νικώμενος, ἀλλὰ τὸ δίκαιον προτιθέμενος. ὁ δ' ἕτερος ἄγγελος, τὴν ἀγαθότητα ἔμπροσθεν τοῦ δικαίου τιθέμενος, τὴν θείαν χάριν ᾤετο δεῖν νικᾶν, τὴν καὶ ἀναξίους αὐτοὺς ὄντας ἐλευθερῶσαι προῃρημένην. ὥστε ἀμφότεροι τῷ θείῳ νόμῳ συνηγωνίζοντο, ὁ μὲν μισοπόνηρος ὤν, ὁ δὲ ἀγαθός. ἀμφότερα γὰρ ὁ θεὸς ἐπαινεῖ. ἐνίκησε δὲ ἡ χάρις τῆς ἀγαθότητος τὸ δίκαιον παραγραψαμένης. ἕωλος γὰρ πᾶς λόγος μετὰ τὴν θείαν ψῆφον. πολλάκις γὰρ καὶ στρατιωτῶν ἀμφισβητούντων πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ ἑκατέρου μέρους τὸ δίκαιον προβαλλομένου, ἡ τοῦ βασιλέως ψῆφος λύει τὴν φιλονεικίαν. ταῦτα δὲ καὶ ἐλέγετο καὶ ἐγίνετο πρὸς τὸ συμφέρον, ὥστε τὸν μὲν Δανιὴλ γνῶναι ὅτι εἰσηκούσθη· τὸν δὲ λαὸν ἀκούσαντα, ὅτι καὶ ἀνάξιον αὐτὸν ὄντα σώζει, διά τε τὴν οἰκείαν ἐπαγγελίαν καὶ τὴν τοῦ δικαίου πρεσβείαν, σωφρονέστερον γενέσθαι, καὶ ἐπιθυμῆσαι τῆς ἐπανόδου, ὡς μεγίστων τευξόμενον ἀγαθῶν, εἰ τῆς πατρίδος αὖθις ἀξιωθείη.

Εὐδαίμονι σχολαστικῷ. πϛ.

Ἐπειδὴ γέγραφας δι' ἣν αἰτίαν πολλοὶ πολλάκις τὰ αὐτὰ πεπλημμεληκότες, οὐ τὴν αὐτὴν ἔδοσαν δίκην, φημὶ, ἐπειδὴ πολλή ἐστι τοῦ κριτοῦ ἡ ἀκρίβεια. ἐν γὰρ τοῖς πταίσμασιν οὐ τὸ εἶδος ζητεῖται μόνον τοῦ ἁμαρτήματος, ἀλλὰ καὶ ἡ γνώμη τοῦ ἁμαρτόντος, καὶ τὸ ἀξίωμα, καὶ ὁ καιρὸς, καὶ ὁ τόπος, καὶ τὸ

καὶ τὸ γένος, καὶ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν εἰ ἐλυπήθη, εἰ ἥσθη, εἰ ἀναλγήτως διετέθη, εἰ ἐνέμεινεν, εἰ μετέγνω, εἰ ἐκ περιστάσεως, εἰ κατ' ἀγάπην, εἰ κατὰ μελέτην. καὶ πολλὰ ἕτερά ἐστι, δι' ὧν ἡ βάσανος αὕτη χωρεῖ, καὶ καιροῦ διαφορὰ ἐξετάζεται, καὶ πολιτείας κατάστασις. οὐ γὰρ ὁ πρὸ νόμου, καὶ μετὰ νόμον, καὶ μετὰ τὴν χάριν τὴν αὐτὴν ἁμαρτίαν ἁμαρτὼν, τὴν αὐτὴν δίκην ὑφέξει. ἀλλ' ὁ μὲν ἡμερωτέραν, ὁ δὲ ἀκριβεστέραν, ὁ δὲ ἀπαραίτητον. ταῦτα γὰρ πάντα διαρρήδην ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς κεκήρυκται.

Πίστῳ διακόνῳ. πζ.

Τοιαῦτα καὶ λέγε καὶ πρᾶττε, δι' ὧν καὶ εἴης καὶ νομίζοιο, οὐ μόνον εὐσεβέστατος, ἀλλὰ καὶ δικαιότατος.

Ἀσκληπιῷ ἐπισκόπῳ. πη.

Ἐπειδὴ γέγραφας θαυμάζειν ὅπως ὁ Χριστὸς τοὺς φοιτητὰς ἐπεστόμισεν ἐπιτιμήσαντας τῇ πολύτιμον μύρον ἐκχεῖν μὴ ἐνδοιασάσῃ, καίτοι δόξαντας τὸν ὑπὲρ τῶν πτωχῶν ποιεῖσθαι λόγον. φημὶ, ὅτι οὐκ ἂν ὁ ἄνω καὶ κάτω περὶ ἐλεημοσύνης διαλεγόμενος, καὶ ταύτην τῶν θυσιῶν προκρίνων, νῦν ταύτην, ὡς νομίζεις, ἐξέβαλεν. ὁ γὰρ λέγων, Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν. καὶ, Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. καὶ, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. οὐκ ἂν εἰς τοὐναντίον περιετράπη. ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ προσελθοῦσα γυνὴ ἔφθη ἐκχέειν τὸν ἔλεον. ἀτοπώτατον ἡγήσατο ἡ θεία σοφία πυρῶσαι αὐτῆς τὴν πίστιν. διὸ καὶ συνηγόρησεν αὐτῇ, καὶ εἶπεν. Ἔργον γὰρ καλὸν ἐποίησεν. ὅρα τὴν ἄρρητον σοφίαν. οὐκ εἶπε καλὸν ἔργον γέγονεν, ἀλλ' ἐποίησεν. οὐ γὰρ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζει, ἀλλὰ μετὰ τοῦ προσώπου τῆς γυναικὸς, οἱονεὶ

& tempus, & locus, & sexus: & post admissum scelus, an ex scelere voluptatem ceperit, an omni doloris sensu caruerit, an in scelere perstiterit, an pœnitentia ductus sit, an casu aliquo peccarit, an ex amore, an de industria. Ac multa idem alia sunt, per quæ hoc examen grassatur. Nam & temporis discrimen expenditur, & vitæ degendæ status. Non enim is qui ante legem & qui post legem, & post gratiam, idem peccatum admisit, eadem pœna mulctabitur: verùm ille mitiore, alter grauiore, postremus acerbissima. Hæc enim omnia in sacris Scripturis apertè prædicata sunt.

Pisto Diacono. 87.

Hæc & dicito, & facito, per quæ & sis & existimeris non modò piissimus, verùm etiam iustissimus.

Asclepio Episcopo. 88.

Quoniã ad me scripsisti, te mirari, quòd *Matt. 26*
Christus Discipulos suos, qui mulierem eam, quæ ingentis pretij vnguentum effundere minimè dubitarat, increpuerant, represserit, præsertim cùm eorum sermo pauperum commodis cõsulere videretur, hoc aio: Eum qui de eleemosyna tot ac tantos sermonẽs habebat, eámque sacrificiis anteponebat, nunc eandem, quod tu existimas, minimè propulisse. Nam qui *Matt. 9.*
dixit, Misericordiam volo, & non sacrificium: &, Beati misericordes, quoniam i- *Matt. 5.*
psi misericordiam consequentur: &, Quãdiu fecistis vni ex fratribus meis minimis, *Matt. 25.*
mihi fecistis, haudquaquam in contrariũ recidisset. Verùm quoniam mulier ea quæ accesserat, oleum effundere anteuertit, absurdissimum esse diuina Sapientia iudicauit ipsius fidem obterere. Atque ipsius patrociniũ suscepit, iisque verbis vsus est, Bonum opus fecit. Ac vide sapientiam *Mat. 26.*
omni orationis facultate præstantiorem. Non enim dixit, Bonum opus factum est: sed fecit. Neque enim ipsum facinus priuatim expendit, verùm vnà cum mulieris

persona: perinde ac si diceret, Quandoquidem semel hoc fecit, laude atque commendatione digna est. Quamobrem perfectam quandam ac numeris omnibus absolutam virtutem ab ea ne requiramus: verùm, quà fieri potest, coronam ei texamus. Nam si non hoc sensu mulierem cõprobasset, omnibus profectò, vt eius exẽplum sequerentur, lege lata indicere oportebat. Porrò cùm nihil eiusmodi dixerit, satis argumenti dedit se ob indulgentem quandam demissionem eam comprobasse. Nam si cùm dixisset, fecit, id sanè pro lege habeatur: si autem eam, cùm id fecisset, eã in animi anxietatem minimè coniecit, nõ est cur quisquam indulgentiam huiusmodi in legem trahat. Nam cùm sacrificia in veteri Testamento permissa posteà euerterit, quonam pacto, quæ hîc ne permisit quidem, lege lata sanxisset? Quemadmodum enim, si ante effusum vnguentum interrogatus fuisset, haud dubiè illud vendi, & pauperibus dari iussisset: sic posteaquàm effusum fuerat, mulieris fidem per obiurgationem extinguere absurdum erat. Atque ad eundem quoque modum nunc faciunt probatissimi quique sacerdotes. Nã si quis dicat, consecrare atque appendere aliquid volo, id eum pauperibus dare iubent. Sin autem id iam ipse fecerit, non modò eum non increpant, verùm etiam blandè ac leniter admittunt: non quòd hoc illo melius ac præstantius esse ducant (non enim propterea Christus venit, vt Ecclesias auro & argento impleat) sed ne eũ, qui hoc donarium obtulit animi anxietate afficiant.

λέγων. ἐπειδὴ ἅπαξ ἐποίησεν, ἀποδοχῆς ἐστὶν ἀξία. μὴ τοίνυν τὴν ἀκρίβειαν παρ' αὐτῆς ἐπιζητήσωμεν. ἀλλ' ἀφ' ὧν οἷόν τέ ἐστι στέφανον αὐτῇ πλέξωμεν. εἰ δὲ μὴ τούτῳ τῷ νῷ ἀπεδέξατο τὸ γύναιον, ἐχρῆν νομοθετῆσαι πᾶσι μιμήσασθαι αὐτήν. εἰ δὲ μηδὲν τοιοῦτον εἶπεν, ἔδειξεν, ὡς διὰ συγκατάβασιν ἐκείνην ἀπεδέξατο. εἰ μὲν γὰρ εἰπόντος αὐτοῦ πεποίηκε, νόμος ἔστω. εἰ δὲ πεποιηκυῖαν οὐκ ἠπόρησε, μὴ εἰς νόμον ἀναγέσθω τὴν συγκατάβασιν. εἰ γὰρ ἐν τῇ παλαιᾷ τὰς θυσίας ἐπιτρέψας ὕστερον ἀνέτρεψε, πῶς ἐνταῦθα μηδὲ ἐπιτρέψας ἐνομοθέτησεν; ὥσπερ γὰρ εἰ πρὸ τοῦ ἐκχεῖν ἠρωτήθη, ἐκέλευσεν ἂν αὐτὸ πραθῆναι, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς, οὕτως μετὰ τὸ ἐκχυθῆναι ἄτοπον ἦν διὰ τῆς ἐπιτιμήσεως, σβέσαι τῆς γυναικὸς τὴν πίστιν. οὕτω καὶ νῦν ποιοῦσιν οἱ τῶν ἱερωμένων εὐδόκιμοι. εἰ μὲν γάρ τις εἴποι, ἀναθεῖναί τι βούλομαι, κελεύουσιν αὐτὸν δοῦναι πτωχοῖς. εἰ δὲ φθῇ ἐκεῖνος κατασκευάσαι, οὐ μόνον οὐκ ἐπιτιμῶσιν, ἀλλὰ καὶ ἠρέμα ἀποδέχονται, οὐ τοῦτο ἐκείνου προκρίνοντες. οὐδὲ γὰρ διὰ τοῦτο ἐπεδήμησεν ὁ Χριστὸς, ἵνα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου τὰς ἐκκλησίας ἐμπλήσῃ, ἀλλ' ἵνα μὴ τὸν ἀναθέντα ἀπορήσωσιν.

Alexandro Poetæ. 89.

Ἀλεξάνδρῳ ποιητῇ. πθ.

Virtutem nihil est quod adæquet: non modò quia incomparabili quadam exuperantia res omnes alias antecellit, sed etiã quia res quoque minimè planas & æquabiles complanat, & eas quæ minimè æquæ sunt, exæquat. Nam nec in paupertate deprimitur, nec in seruitute illiberalia ministeria & officia sustinet, nec in dedecore contrahitur. Eodémque modo nec in

Ἀρετῆς ἴσον οὐδὲν, οὐ μόνον ὅτι καὶ ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ τῶν ἄλλων ἁπάντων διενήνοχεν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ ἀνώμαλα πράγματα ἐξομαλίζει, καὶ τὰ ἄνισα ἐξισοῖ. οὔτε γὰρ ἐν πενίᾳ ταπεινοῦται, οὔτε ἐν δουλείᾳ ἀνελευθέρους ὑπομένει διακονίας, οὔτε ἐν ἀδοξίᾳ συστέλλεται. ἀλλ' οὐδ' ἐν πλούτῳ ἐξυβρίζει, οὔτε ἐν ἀρχῇ ἐπαίρεται. ἀλλὰ πᾶσι

πᾶσι τούτοις τὴν ἑαυτῆς ἐπιβάλλουσα ἐπιστήμην, κανονίζει ταῦτα καὶ ῥυθμίζει. οὐκ ἐκείνοις ἑπομένη, ἀλλ' αὐτῇ ἐκεῖνα ἑαυτῆς τέχνῃ ἀκολουθεῖν ἀναπείθουσα. εἰ γὰρ χρὴ ἀκριβῶσαι τὸ Ὁμηρικὸν ἔπος, ὃ συνεχῶς πρὸς κάλλος ἴσως σωματικοὶ ἐπτοημένος ἐπὶ στόματος ὡς φασὶ φέρεις, καλή τε μεγάλη τε καὶ ἀγλαὰ ἔργ' εἰδυῖα, μᾶλλον περὶ ἀρετῆς εἰρῆσθαι δόξει, ἢ περὶ ἧς εἴρηται. τί γὰρ κάλλιον, τίς δὲ ταύτης λαμπρότερα ἐπίσταται ἔργα. τῆς καὶ τὰς ἀνωμαλίας τῶν πραγμάτων διὰ τῆς ἑαυτῆς φιλοσοφίας ἐξομαλιζούσης, καὶ ἴσον τὸ φρόνημα ἐν ἀνίσοις πράγμασι φυλαττούσης, καὶ ἀοίδιμον ἁπανταχοῦ ἑαυτῇ κατασκευαζούσης κλέος. καὶ τοὺς μὲν συμφοραῖς περιπίπτοντας παρακαλούσης. τοὺς δὲ ὑπὸ εὐημερίας ἐξυβρίζοντας, σωφρονιζούσης. πρὸς ταύτην τοίνυν τεῖνον σαυτοῦ τῆς ψυχῆς τὸ ὄμμα, καὶ ταύτης τὸ κάλλος περισκόπει, ἵνα ἐραστὴς αὐτῆς διάπυρος γενόμενος, ἐπαινοῖο παρὰ πάντων καὶ ἀνακηρύττοιο.

opibus & copiis insolescit, nec in imperio & magistratu animis attollitur, verùm his omnibus scientiam suam adhibens, ea componit ac moderatur, non iis, obsecundans, sed ea, vt artis suæ ductum sequantur, adducens. Nam si versum illum Homericũ, quem tu (quia fortasse corporeas pulchritudines ad stuporẽ vsque miraris perpetuò in ore habere diceris, accuratè perpendere oportet) Et pulchra, & magna, eximiorum operúmque perita: de virtute potiùs, quàm de ea, de qua dictum est, dictum esse videbitur. Quid enim ea pulchrius? Quis splendidiora opera nouit, quàm eaquæ rerum inæquabiles status per suam philosophiã complanat, eundémque in disparibus rebus animum seruat, luculentámque ac celebrem sibipsi gloriam conciliat: atque eos quidem, qui in calamitates cadunt, consolatur, eos autem qui ob florentem statum in contumeliã atque insolentiam prolabuntur, castigat & coërcet. Quamobrem ad hanc animi tui oculum tende, ipsiúsque pulchritudinẽ contemplare: quò ardenti illius amore correptus, ab omnibus lauderis ac prædiceris.

Ἀπολλωνίῳ ἐπισκόπῳ. ϟ.

Apollonio Episcopo. 90.

Καὶ παρ' Ἕλλησι μὲν, καίτοι ὑποχειρίους αὐτοὺς ἔχων καὶ ἄγων καὶ φέρων αὐτοὺς ὡς ἐβούλετο. καὶ παρὰ Ἰουδαίοις, καίτοι καὶ εἰς εἰδωλολατρείαν αὐτοὺς ἐκμήνας, καὶ εἰς ἀνδροφονίας ἐκλυττήσας, πολλὰς αἱρέσεις ἔτεκεν ὁ διάβολος. εἰ δὲ καὶ παρὰ χριστιανοῖς πολλῷ πλείους, θαυμαζέτω μηδείς. πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἐνσάρκου τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ὁρῶν πάντας ὑπὸ τῆς κακίας μεθύοντας, καὶ οὐδένα ὡς ἔπος εἰπεῖν καθαρῶς νήφοντα, ὀλίγα ἐνέβαλε φιλονεικίας σπέρματα. ἐπειδὴ δὲ ἧκεν οὐρανόθεν ὁ σωτήριος λόγος, φέρων μὲν ἡμῖν οὐρανίου πολιτείας δόγματα, τῷ δὲ διαβόλῳ δι' ὧν τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἠπείλει προμηνύων τὴν ἀναμένουσαν αὐτὸν δίκην. ἔλεγε γὰρ πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ ἡτοιμασμένον τῷ

Et apud Gentiles (quamuis etiã eos in potestate ac ditione sua habens, ac pro libitu suo agens ac ferens) & apud Iudæos (tametsi etiam eos velut rabido quodam furore percitos ad idolorum cultum atque homicidia impulisset) multas hæreses Diabolus procreauit. Quòd si apud Christianos quoque multò plures peperit, nemini mirum istud videatur. Nam cùm ante carnalem Christi aduentum ac præsentiam omnes vitij temulentia laborare, nec vllum, vt ita dicam, purè atque integrè sobrium esse conspiceret, idcirco pauca contentionis semina iniiciebat. Posteaquã autem salutare Verbum cælitus venit, nobis quidem cælestis vitæ generis documẽta ferens, Diabolo autem, per eas minas quas in peccatores intendebat, pœnam, quæ ipsum manebat, prænuncians (dice-

Math. 25. bat enim, Ite in ignem qui paratus est Diabolo & Angelis eius) tum verò communis ille omnium hostis, tum quòd genus nostrum sensim ac paulatim vitium excutere, ac virtutem admittere, atque impietatem ablegare, ac pietatem amplecti perspiceret, tum quòd condemnationis suæ decretum audiisset, acrius aduersum nos flauit, atque hæreses in lucem protulit. Nam cùm pietati iam obluctari nequeat, in id omni animi contentione incumbit, vt per ipsius nomen plerosque ad impietatem ducat: atque pietatis specie atque obtentu veritatem euertere conatur: eósque, qui optimæ vitæ laude persæpe excelluerunt, per corrupta dogmata obterit. Etenim vnicum hoc illi opus, vnicúmque studium est, vt omnes ad vnum, siue per vim, siue per adulterina dogmata, in exitij pelagus secū præcipites agat. Hæc igitur hæresum principes cogitantes, aduersus veritatem semina iacere desinant, illud secum reputantes, quòd ipsi præ cæteris in summo periculo versantur. Desinant etiam illorum auditores anticipatæ duntaxat opinioni seruire, atque aduersus veritatem impetum facere: ne alioqui magnum omníque sermone præstantius Saluatoris facinus, quantum quidem in ipsis est, inane atque infrugiferum reddant. Desinant item ij, qui rectis quidem dogmatibus gloriantur, verùm per vitæ segnitiem ea facere conuincuntur, quæ eos nothos ac spurios pietatis discipulos esse coarguunt: atque ad rectam fidem optimam vitæ rationem adiungant. Sic enim futurum est, vt omnes Dominicam vocem laudes nostras prædicantem audiamus.

διαβόλῳ καὶ ἀγγέλοις αὐτοῦ· τότε δὴ ὁ κοινὸς ἁπάντων ἐχθρὸς ὁρῶν καὶ τὸ ἡμέτερον γένος ἠρέμα, καὶ κατὰ μικρὸν τὴν μὲν κακίαν ἀποσειόμενον, τὴν δ' ἀρετὴν προσιέμενον· καὶ τὴν μὲν ἀσέβειαν ἐξοστρακίζον, τὴν δ' εὐσέβειαν ἀσπαζόμενον. ἀκούσας δὲ καὶ τῆς καθ' ἑαυτοῦ ἀποφάσεως τὸν ὅρον σφοδρότερον ἔπνευσε καθ' ἡμῶν. καὶ τὰς αἱρέσεις ἔτεκε. τῇ γοῦν εὐσεβείᾳ ἀντιστῆναι μηκέτι δυνάμενος, τῷ ὀνόματι αὐτῆς εἰς ἀσέβειαν πολλοὺς χειραγωγῆσαι φιλονεικεῖ· καὶ προσχήματι εὐλαβείας, τὴν ἀλήθειαν ἀνατρέψαι πειρᾶται, καὶ τοὺς βίῳ πολλάκις ἀρίστῳ διαλάμποντας διεφθαρμένοις δόγμασιν ἐκτραχηλίζει. ἓν γὰρ αὐτῷ ἔργον καὶ μία σπουδὴ πάντας ὁμοῦ εἴτε διὰ βίας, εἴτε διὰ νόθων δογμάτων εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας μεθ' ἑαυτοῦ καταποντίσαι πέλαγος. ταῦτα οὖν ἐννοοῦντες, παυέσθωσαν μὲν οἱ τῶν αἱρέσεων ἡγεμόνες τὰ κατὰ τῆς ἀληθείας σπείροντες σπέρματα, ἐννοοῦντες ὡς αὐτοὶ μάλιστα πάντων ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ σαλεύουσι. παυέσθωσαν δὲ καὶ οἱ τούτων ἀκροαταὶ, προλήψει μόνῃ δουλεύοντες, καὶ κατὰ τῆς ἀληθείας νεανιευόμενοι, ἵνα μὴ τὸ μέγα καὶ λόγον καὶ νοῦν ὑπερβαῖνον τοῦ σωτῆρος κατόρθωμα, τό γε ἧκον ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀργὸν ἀποφήνωσι. παυέσθωσαν δὲ καὶ οἱ τοῖς ὀρθοῖς μὲν δόγμασιν ἐναβρυνόμενοι, διὰ δὲ τῆς κατὰ τὸν βίον ῥᾳθυμίας ἐλεγχόμενοι, ταῦτα δρῶντες, ἃ νόθους αὐτοὺς τῆς εὐσεβείας φοιτητὰς ἀποφαίνει, καὶ μετὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως τὴν ἀρίστην πολιτείαν συγκιρνάτωσαν, ἵνα πάντες ἀκούσωμεν τῆς βασιλικῆς φωνῆς ἡμᾶς ἀνακηρυττούσης.

Theodosio Presbytero. 91.

Act. 17. Quoniam in tuis ad me literis quæsiuisti quámnam ob causam Areopagus tribunal illud Atheniense vocaretur, in quo cōcionem habuit Paulus: hoc respondeo, hunc locum idcirco hoc nomen conse-

Θεοδοσίῳ πρεσβυτέρῳ. ϙα.

Ἐπειδὴ γέγραφας, τίνος ἕνεκεν ἄρειος πάγος ἐκαλεῖτο, τὸ ἐν Ἀθήνησι δικαστήριον, ἐν ᾧ καὶ ὁ Παῦλος ἐδημηγόρησεν. ἀντεπιστέλλω, ὅτι ὁ ἄρης, ὥς φασιν, ἐκεῖσε δίκας ἔδωκε. πάγος δὲ, ὁ ὑψηλὸς

ψηλὸς τόπος. ἐν γὰρ ὀχυρῷ τινὶ ἦν ἐκεῖσε τὸ δικαστήριον, ὅθεν καὶ πάγαρχοι καλοῦνται παρά τισιν, οἱ τῶν κωμῶν ἢ τόπων τινῶν ἄρχοντες.

Τῷ αὐτῷ. ϙβ.

Ἐπειδὴ καὶ ἐπὶ τίσιν ἁλοὺς ὁ Ἄρης, δίκην δέδωκεν, ἐθέλησας μαθεῖν, αἰσχύνομαι μὲν φράσαι, ὅμως δ' οὖν ἐρῶ. ἔλεγχος γὰρ ἔσται ἑλλήνων σαφὴς τὰ λεγόμενα. ὅταν γὰρ οὓς φασὶ τῶν πάντων διανομεῖς εἶναι, καὶ ταμίας ὀφθεῖεν, μήτε σωφροσύνην. μήτε τὸ κρίνειν ἔχοντες ὀρθῶς, σχολῇ γ' ἂν εἶεν σεπτοί· τοὺς μὲν οὖν ἄλλους, ἵνα μὴ μακρὸν ποιήσω τὸν λόγον, παρήσω, καί τοι πολλοὺς ἔχων εἰπεῖν, ἑνὸς δὲ ἐπιμνησθήσομαι μόνου, τοῦ τὸ ζητούμενον παρὰ σοῦ σαφηνίζοντος. Ἀγραύλῃ τῇ Κέκροπος οὕτως ἐξεπλήχθηναι φασὶ τὸν Ἄρεα, ὡς μηδέπω τῆς ἡλικίας αὐτῆς δυναμένης παρθενολύτων ἀνασχέσθαι γάμων, θερμὸν ὄντα καὶ ἀκόλαστον ἐραστὴν, μύοντα ἔτι τὸν κάλυκα τῆς φύσεως, παρὰ τὸν καιρὸν βιάσασθαι. καὶ ἦν μὲν ἡ παῖς, ὥς φασιν, ἁπαλὸν ἔτι τῆς ἡλικίας τὸ ἄνθος ἔχουσα. ὁ δὲ προσκυνεῖσθαι ἀξιῶν, αὐτοσχέδιον νυμφῶνα ταύτῃ ποιεῖ τοὔδαφος, οὐ πειθοῖ τῆς κόρης τὸ ἐθελούσιον δείξας, οὐ τῶν κυρίων τοῦ δοῦναι τὸν γάμον παρεσχηκότων βίᾳ καὶ θράσει, γάμων ἐληΐσατο λάφυρα. συμβιώσας τοίνυν ἐπὶ πολὺ, ἐκ ταύτης ἄγει τὴν Ἀλκίππην, ἣν ἔσχεν Ἁλιρρόθιος, ὁ τοῦ Ποσειδῶνος υἱὸς, ἀλλὰ δυσχεράνας ὁ Ἄρης ἐπὶ τῇ ὕβρει τῆς θυγατρὸς, ἀναιρεῖ τοῦτον, αὐτὸν ἑαυτὸν λαθὼν, ὡς ἐβιάσατο τὴν Κέκροπος. καὶ ὅτι μὲν κατὰ τῆς ἐνεγκούσης τὴν βίαν διὰ τὸν γάμον ἐσύλησεν, οὐδὲ μικρᾶς ἑαυτὸν ἄξιον εἶναι μέμψεως ἐδοκίμασεν. ἐπειδὴ δὲ Ἁλιρρόθιος οὔτε τὸ ἄωρον ὕβρισεν, οὔτε τὴν βίαν τῆς πειθοῦς προετίμησεν, ἀλλ' ἔπειθε συναινεῖν τὴν κόρην τῶν παθεῖν, εἰ μὴ ἐναλείαις αἰ-

cutum fuisse, quòd Mars illic, vt aiunt, iudicium subierit. Pagus autem est sublimis locus. In edito enim loco situm erat hoc tribunal. Vnde etiam apud nonnullos Pagarchi appellantur qui oppidulis aut locis quibusdam imperant.

Eidem. 92.

Quandoquidem illud quoque intelligere cupis, cuiusnam sceleris conuictus Mars supplicio affectus sit, pudet quidem me narrare, sed tamen exponam. Nā eiusmodi sermo perspicua Gentilium refutatio erit. Cùm enim eos, quos rerum omnium moderatores atque custodes esse aiunt, nec pudicitiam colere, nec rectè atque integrè iudicare constiterit, multum certè ab eo absuturi sunt, vt iis diuinus honor adhiberi debeat. Ac quidem alios, ne sermonem in longiùs producam, prætermittam (licet alioqui complures proferre queam) vnum autem duntaxat commemorabo, qui id, quod abs te quæritur explanet. Martem Agraulæ, Cecropis filiæ, vsqueadeò insano amore exarsisse aiunt, vt cùm eius ætas matrimonij opus nondum ferre posset, ipse tamen, vt erat feruens ac petulans amator, clausum adhuc naturæ folliculum præmaturè inuaserit. Ac puella quidem, vt narrant, tenero adhuc ætatis flore erat: ille autem, qui diuinos honores sibi adhiberi postulabat, pauimentum ei extemporanei cuiusdam thalami loco efficit, atque cùm nec verborum blanditiis puellæ voluntatem illexisset, nec ij, penes quos id ius erat, eam illi in matrimonium præbuissent, vi atque audacia matrimonij spolia tulit. Cùm igitur diuturnam cum ea vitæ consuetudinem habuisset, Alcippen ex ea sustulit, qua Halirrothius Neptuni filius potitus est. At verò Mars filiæ contumeliam infenso animo ferens, eum interfecit, non animaduertens ipse, quòd Cecropis filiæ vim attulisset. Et quidem ob vim Agraulæ adhibitam, ne leui quidem reprehensione dignum se esse iudicauit: posteaquàm autem Halirrothius nec ante maturam ætatē puellæ stuprum

intulit, nec vim illecebris ac persuasioni prætulit, verùm effecit, vt nisi effusis genis pudor voluntatem obtexisset, assensum libidini præberet, vsque adeò eum supplicio dignum esse censuit, vt & accusator, & Iudex, & carnifex ipsius fieret. Quo nomine apud Areopagum à Neptuno accusatus, atque conuictus, ipse quidem supplicio affectus est: loco autem, ad sempiternã infamiam ipsi inurendã, nomen reliquit.

Theodosio Scholastico. 93.

Sæpenumero eos miratus sum, qui cùm fidei atque optimæ vitæ curam nullam gerant, ea quærunt ac solicitè inuestigant, quæ nec inueniri possunt, & cùm quæruntur, diuinam iram concitant. Nam cùm ea, quæ Deus nobis minimè nota esse voluit, tanquam per vim scire contendimus, nec eorum scientiam consequemur (quonam enim modo, Deo nolente?) atque ex huiusmodi inuestigatione præter periculum nihil percipiemus. Quamobrẽ huiusmodi rerum explorationem, vt natura nostra præstantiorem, captúmque omnem excedentem, missam facientes, atque ad rectè fidei, optiméque viuendi rationis portum confugientes, hinc nobis securitatem comparemus.

Isidoro Presbytero. 94.

Et admisso delicto pœnitentia minimè duci, perniciosum est: & desperatione affici perniciosius. Illud enim à segnitie ac socordia manat: hoc à stupore atque indolentia. Quantò autem stupor socordia grauior est, tantò quoque desperatio negligentiam grauitate superat. Ille enim immedicabile malum est: huic ad medecinam aditus patet. Quandoquidem ille deprauati atque corrupti iudicij est: hæc autem circunscriptionis & imposturæ. Quamobrem ne nos accuses, vt incuria laborantes, atque ad miserum Zosimum literas minimè cudentes, cùm ille duobus his molestissimis vitiis depressus sit, nempe socordia, & stupore. Non enim in-

δὼς, τὸ ἐθελούσιον προσέβαλλεν. οὗτος ἄξιος εἶναι κολάσεως παρ' αὐτῶν κέκριται, ὡς καὶ διάδικος καὶ κριτὴς καὶ δήμιος αὐτῶν γενέσθαι, ὧν χάριν ἐπὶ τοῦ Ἀρείου πάγου ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος αἰτιαθεὶς καὶ ἁλοὺς, αὐτὸς μὲν δίκην δέδωκε, τῷ δὲ τόπῳ πρὸς τὸ στηλιτεύεσθαι τὴν αἰσχύνην τοὔνομα καταλέλοιπε.

Θεοδοσίῳ σχολαστικῷ. ϟγ.

Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν πίστεως μὲν πέρι καὶ πολιτείας ἀρίστης μηδένα ποιουμένων λόγον, ἐκεῖνα δὲ πολυπραγμονούντων καὶ ζητούντων, ἃ μήθ' εὑρεῖν οἷόν τε, καὶ τὸ θεῖον παροξύνει ζητούμενα. ὅταν γὰρ ἅπερ ἡμᾶς οὐκ ἠθέλησεν εἰδέναι, ταῦτα βιαζόμεθα μανθάνειν, οὔτε εἰσόμεθα. πῶς γὰρ θεοῦ μὴ βουλομένου, καὶ τὸ κινδυνεύειν ἡμῖν ἐκ τοῦ ζητεῖν περιέσται μόνον. ἐάσαντες τοίνυν, ὡς ὑπὲρ φύσιν καὶ μηδαμόθεν ἁλώσιμον τὴν περὶ τούτων βάσανον, καὶ εἰς τὸν τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας καταφυγόντες λιμένα, ἐκεῖθεν ἑαυτοῖς τὴν ἀσφάλειαν ποριζώμεθα.

Ἰσιδώρῳ πρεσβυτέρῳ. ϟδ.

Καὶ τὸ μὴ μεταγινώσκειν πταίοντα ὀλέθριον. καὶ τὸ ἀπογινώσκειν ὀλεθριώτερον, τὸ μὲν ἀπὸ ῥαθυμίας, τὸ δὲ ἀπὸ ἀναλγησίας φύεται. ὅσῳ δὲ ἀναλγησία ῥαθυμίας χαλεπώτερον, τοσούτῳ ἀπόγνωσις ῥαθυμίας ἀργαλεώτερον. τὸ μὲν γὰρ ἀνήκεστόν ἐστι κακόν. τὸ δ' εἰς θεραπείαν βαδίζεται. ἐπειδὴ τὸ μὲν κρίσεως ἐστὶ διεφθαρμένης, τὸ δὲ παραλογισμοῦ καὶ ἀπάτης. τί τοίνυν ἡμῖν ἐγκαλεῖς ὡς ἀμελοῦσι, καὶ μὴ χαράττουσι πρὸς τὸν δείλαιον Ζώσιμον γράμματα, ἐκείνου δύο τοῖς ἀργαλεωτάτοις βαπτισθέντος κακοῖς, ῥαθυμίᾳ τε καὶ ἀναλγησίᾳ. οὐκ ἠμελήσαμεν, ὦ βέλτιστε, ἀλλὰ παρὰ πολλῶν τούτῳ συν-

χνὸν πολλάκις παραμυθήσαντες καὶ μήκιστον καὶ λόγων καὶ προσευχῇ, καὶ ἀπειλῇ, καὶ ἐπαγγελίᾳ, καὶ κολακείᾳ ἀπηρτηκότες τὸ ἀμείλικτον ἐκεῖνο θηρίον. καὶ ὡς ἔοικεν, ἐλάθομεν, αἰθίοπα σμήχοντες, καὶ ἀνθρωπόμορφον δαίμονα εἰς ἡμερότητα ἐκβιάζεσθαι φιλονεικοῦντες. εἰδὼς τοίνυν, ὡς τῶν εἰς ἡμᾶς ἡκόντων οὐδὲν οὔτε παρελείφθη, οὔτε παραλειφθήσεται, τὰς σὰς αὐτῷ χαρίσαι προσευχάς. τάχα πως ἀνανήψοι ἐκ τῆς τοσαύτης μανίας.

Τῷ αὐτῷ. ϟε.

Ἡ μὲν συγγνώμη ἐκείνοις νέμεσθαι ἂν εἴη δικαία τοῖς μὴ διὰ χρηστότητος εἰς μείζονα παραδοτευθεῖσιν πλάσματα. ἡ δὲ κόλασις ἕπεσθαι ὀφείλει τοῖς ἀπὸ τῆς χρηστότητος μὴ ὠφελουμένοις. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. ἐπειδὴ δὲ γέγραφας βούλεσθαι μὲν περὶ ῥήσεων προφητικῶν πυθέσθαι, μὴ τολμᾷν δὲ, ἀντεπιστέλλω. ὅτι ἀπεχθοίμην ἂν σοι, εἰ αἰσθοίμην σιγῶντα ἃ ἐρέσθαι βούλοιο.

Τιμοθέῳ ἀναγνώστῃ. ϟϛ.

Ἔοικας πείθεσθαι τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ, καὶ τῇ ἀναγνώσει προσέχειν τὸν νοῦν. διὸ δὴ καὶ αὐτὸς σαφηνίσαι τὸ παρὰ σοῦ προβληθὲν πειράσομαι. ἔφης γὰρ πῶς εἴγε ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ ἀπέθανε Βαλτάσαρ ὁ βασιλεὺς ἔφη ἡ γραφή. καὶ εἶπε Βαλτάσαρ καὶ ἐνέδυσαν τὸν Δανιὴλ πορφύραν, καὶ τὸν μανιάκην τὸν χρυσοῦν περιέθηκαν περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ. καὶ ἐκήρυξαν περὶ αὐτοῦ εἶναι αὐτὸν ἄρχοντα τρίτον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. οἶμαι τοίνυν ὅτι ἐπειδὴ ἡ μὲν θεία ἀπόφασις σκότους ἤδη τυγχάνοντος ἐπὶ τοῦ τοίχου ἐχαράχθη, τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ κατέναντι τῆς λαμπάδος. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐταράχθη σφόδρα καὶ παρελύθη ὑπὸ τοῦ

coriã laborauimus, optime vir, verùm à multis hac de causa persæpe incitati, indomitã illam feram, & sermone, & cohortatione, & minis, & pollicitatione, & suppliciis ad defatigationem vsque monuimus. Verùm, vt apparet, illud minimè animaduertimus, nos Æthiopẽ dealbare, dæmonémque humana forma præditum ad mãsuetudinem & lenitatem pertrahere studere. Quamobrem istud compertum habẽs, nos quicquam, quod ad officium nostrum pertineat, nec prætermisisse, nec prætermissuros esse, tuas ipse preces largire. Sic enim fortasse ex tanta insania emerget.

Eidem. 95.

His quidem ignosci meritò queat qui per lenitatem ad maiora peccata haudquaquam erudiuntur. Eos autem pœna subsequi debet, qui ex lenitate nihil emolumenti percipiunt. Atque hæc hactenus. Quoniam autem scripsisti, tibi quidem in animo esse de Propheticis quibusdam vocibus me interrogare, verùm id facere minimè audere, illud rescribo, me infenso animo in te futurum, si te, quæ percunctari velis, reticere sensero.

Timotheo Lectori. 96.

Apparet te diuini viri Pauli verbis obtemperare, mentémque lectioni attentam habere. Ac propterea ipse quoque id, quod abs te propositum est, explanare conabor. Quæsiuisti enim quonam pacto cùm rex Balthasar in ipsa nocte oppressus fuerit, his verbis vsa sit Scriptura, Et dixit Balthasar, & indutus est Daniel purpura, & circundata est torques aurea collo eius, & prædicatum est de eo quòd haberet potestatem tertius à rege. Existimo igitur posteaquàm diuina sententia, coortis iam tenebris, in pariete sculpta fuerat, (hoc enim verba illa indicant, contra candelabrum) rex autem vehementer conturbatus ac metu fractus ac dissolutus erat: regina porrò de mentis gradu deturbata, ob regis dissolu-

1. Tim. 4.

Dan. 5.

tionem consuetam, suæque dignitati consentaneam modestiam aspernata, in conuiuium nocte adhuc vigente insiluit, diuinum oraculum à sapientissimo Daniele expositum fuisse, eúmque purpura confestim ac torque donatum inspectante omni exercitu, iisque qui magistratum gerebant (non enim dubium quin sapientiæ præmia in promptu essent) atque ipsis præsentibus promulgatum, quod tertius in regia dignitate iam futurus esset, hoc est, post ipsum ac reginam. Quòd si quis id in frequenti foro ac non in aula regia promulgari debuisse dicat, illud sciat, ea quæ in regijs aulis fiunt, vbique etiam vim obtinere. Ea enim diuinitus immissa sententia quæ intus confirmatur, vtique vim obtinere consueuit. Quin illud fortasse verisimilius est, præconium illud literis quoque consignatum fuisse. Illud porrò, quod in palatio factum fuerat, ac iam iámque vbique futurum erat, atqueadeò per eius qui imperarat, iudicium completū fuerat, Historiographus tanquam factum posuit. Vnde etiam Darius Medus, qui tyranno successit, cùm nihil eorum, quæ contigissent, ignoraret, eū summo honore affecit.

φόβου. ἡ δὲ βασίλισσα ἐκπλαγεῖσα τῶν λογισμῶν διὰ τὴν τοῦ βασιλέως παράλυσιν, ἀμελήσασα τῆς συνήθους καὶ πρεπούσης εὐκοσμίας, εἰσεπήδησεν εἰς τὸ συμπόσιον ἔτι νυκτὸς οὔσης, τὸ θεῖον θέσπισμα, ἑρμηνευθὲν παρὰ τοῦ σοφωτάτου Δανιὴλ· καὶ τῇ μὲν πορφύρᾳ καὶ τῷ περιαυχενίῳ παραχρῆμα τετιμῆσθαι παρεστώσης πάσης τῆς στρατιᾶς καὶ τῶν ἐν τέλει. πρόκειτο γὰρ δῆλον ὅτι τῆς σοφίας τὰ γέρα. τὸ δὲ κήρυγμα γεγενῆσθαι ἐπὶ τῶν παρόντων ὅτι τρίτος ἔσται ἐν τῇ βασιλείᾳ, τουτέστι, μετ' αὐτὸν καὶ τὴν βασιλίδα. εἰ δὲ πληθυούσης ἀγορᾶς εἴποι τις ἐχρῆν γενέσθαι, καὶ οὐκ ἐν τοῖς βασιλείοις γινόμενα, καὶ πανταχοῦ κυροῦται. ἡ γὰρ ἔνδον κυρουμένη θειοτάτη ψῆφος, πανταχοῦ κρατεῖν πέφυκεν. ἴσως δὲ μᾶλλον εἰκὸς καὶ ἐν γράμμασι διατετυπῶσθαι. τὸ δὲ ἐν τοῖς βασιλείοις γεγενημένον, ὅσον οὐδέπω καὶ ἐπὶ πάντων ἐσόμενον. μᾶλλον δὲ καὶ πεπληρωμένον. τῇ κρίσει τοῦ προστάξαντος, ὡς γεγονὸς ὁ Ἱστοριογράφος ἔθηκε. διὸ δὴ καὶ Δαρεῖος ὁ Μῆδος ὁ τὸν τύραννον διαδεξάμενος οὐδὲν ἀγνοήσας τῶν γεγενημένων, τῆς ἀνωτάτω τιμῆς αὐτὸν ἠξίωσεν.

Alypio. 97.

Illud fortasse ignoras, id quod dubitationem habet, alia dubitatione minimè vnquam dissolui: verùm nos ab iis rebus quæ in confesso sunt, controuersiarum solutionem quærere solere:

Ἀλυπίῳ. ϟζ.

Ἴσως ἀγνοεῖς, ὅτι οὐδέποτε ἄπορον ἀπόρῳ λύεται, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὁμολογουμένων λαμβάνειν εἰώθαμεν.

Leontio Episcopo. 98.

Plerique homines virtutem quidem expetunt: verùm iter illud, quod ad eam ducit, tenere grauantur. Alij autem virtutem ne quidem esse existimant. Operæpretium igitur est, iis quidem, vt segnitiem excutiant, persuadere: hos autem docere, virtutem verè virtutem esse.

Λεοντίῳ ἐπισκόπῳ. ϟη.

Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὀρέγονται μὲν ἀρετῆς, τὴν δὲ ἐπ' αὐτὴν φέρουσαν ὁδὸν ὀκνοῦσιν ἰέναι. ἄλλοι δὲ οὐδ' ἀρετὴν εἶναι ἡγοῦνται. χρὴ γοῦν τοὺς μὲν πεῖσαι τὸν ὄκνον ἀποθέσθαι. τοὺς δὲ διδάξαι, ὅτι ὄντως ἀρετή ἐστιν ἡ ἀρετή.

Aphrodisio Presbytero. 99.

Quoniam Iudæus quidē, vt ad me scripsisti, inscitiæ plenus, diuinum Euangelistam, quòd his verbis vsus sit, Ne ipsum quidem mundum capere posse arbitror eos qui scribendi sunt libros, hyperbolicæ locutionis damnans, negotium tibi facessiuit: operæpretium est ex veteri testamēto, quod ipse quoque probat, ac diuinum existimat, ea, quæ per hyperbolem dicta sunt, in medium producere, vt ille intelgat, Euangelistam quoque veterem illam Scripturam sequentem, ea scripsisse, quæ scripsit. Quidnam igitur scriptum sit, discamus. De Chananæis quidem vrbibus, Vrbes muro cinctæ sunt vsque ad cælum: de terra autem eorum dictum est, Terram fluentem lacte & melle. Denique de nauigantibus, Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos. Hæc igitur ille rusticè sapiens exponat, non ad allegoriam confugiens, nec numeralem sensum afferre studens, sed res ipsas explicans. Quòd si non potest (necesse estenim vt vel hæc hyperbolicè dicta esse fateatur, vel interpretatione opus habere) quid est, quamobrē extremæ inscitiæ aduersum se argumentū præbens, Euangelistam carpat, qui etiamsi hyperbolen adhibuisse videatur, eam tamen mitigauit, dum dixit, puto. Etenim illic quidem mera est Hyperbole: hîc autem temperata. Nec enim eam simpliciter dimisit, sed castigauit ac leniuit. Porrò qui hyperbolas castigat, duplicem rem facit nam & cupiditatem suam indicat, & veritatem attingit. Quin illud quoque probabile est, ne hyperbolicè quidem hoc dictum esse. Nec enim dictum est, Iesum multa quoque alia signa in hoc mundo fecisse, sed indefinitè, fecisse. Sunt autem alia ipsius miracula hoc mundo antiquiora, quæ quidem nec scripto, nec libris tradi possunt, non modò propter multitudinem & magnitudinem, sed etiam quia sermonis & mentis vim superant. Quis enim cælestium agminum naturam, ordinem, ornatum, concordiam, concinnitatem, charitatem, pacem referre poterit, aliáque omnia, quæ ne enumerando qui-

Ioan.21.
Deut.1.
Exod. 3.
Psal.106.

Ἀφροδισίῳ πρεσβυτέρῳ. ϟθ.

Ἐπειδή, ὡς γέγραφας, Ἰουδαῖός τις ἀπαιδευσίας ἀνάπλεως ὡς ὑπερβολὴν καταγνοὺς τοῦ εἰρηκότος θείου εὐαγγελιστοῦ. οὐδ' αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία, πράγματά σοι παρέσχεν, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐκ τῆς παλαιᾶς διαθήκης, ἣν καὶ αὐτὸς ἐκείνει καὶ θείαν ἡγεῖται, τὰ ὑπερβολικῶς εἰρημένα εἰς μέσον ἀγαγεῖν, ἵνα εἰδῇ ἐκεῖνος, ὅτι καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς τῇ παλαιᾷ ἐκείνῃ ἑπόμενος γραφῇ γέγραφεν ἃ γέγραφε. τί οὖν γέγραπται μάθωμεν περὶ μὲν τῶν πόλεων τῶν Χαναναίων, Πόλεις τετειχισμέναι ὑπάρχουσιν ἕως τοῦ οὐρανοῦ. περὶ δὲ τῆς γῆς αὐτῶν λέλεκται, Γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. περὶ δὲ τῶν πλεόντων, Ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ καταβαίνουσιν ἕως τῶν ἀβύσσων. ἑρμηνευέτω τοιγαροῦν ἐκεῖνος ὁ ἀγροικόσοφος, μὴ καταφεύγων εἰς θεωρίαν, μηδὲ προπολογεῖν πειρώμενος, ἀλλ' αὐτὰ φράζων τὰ πράγματα εἰ δ' οὐ δύναται. ἀνάγκη γὰρ αὐτὸν λέγειν ἢ ὑπερβολικῶς εἰρῆσθαι, ἢ ἑρμηνείας δεῖσθαι. τίνος ἕνεκεν ἀμαθίας ἐσχάτης καθ' ἑαυτοῦ δεῖγμα φέρων ἔδοξεν ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ εὐαγγελιστοῦ, τοῦ καὶ εἰ δόξαντος ὑπερβολῇ κεχρῆσθαι κολάσαντος αὐτὴν, διὰ τοῦ εἰρηκέναι, οἶμαι. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄκρατός ἐστιν ἡ ὑπερβολή. ἐνταῦθα δὲ καὶ κεκραμένη. οὐ γὰρ ἀφῆκεν αὐτὴν ἁπλῶς, ἀλλ' ἐκόλασεν. ὁ δὲ τὰς ὑπερβολὰς κολάζων, δύο ποιεῖ, καὶ τὸν ἑαυτοῦ δεικνύει πόθον, καὶ τῆς ἀληθείας ἅπτεται. εἰκὸς δὲ μηδὲ ὑπερβολικῶς εἰρῆσθαι. οὐ γὰρ ἐρρέθη, πολλὰ καὶ ἄλλα σημεῖα πεποιηκέναι τὸν Ἰησοῦν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἀλλ' ἀδιορίστως πεποιηκέναι. ἔστι δὲ αὐτοῦ ἄλλα τὰ ἔργα τοῦ κόσμου πρεσβύτερα, ἅ τινα οὔτε γραφῇ οὔτε βιβλίοις παραδοθῆναι οἷόν τε, οὐ μόνον διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν εἶναι. τίς γὰρ δυνήσεται διηγήσασθαι τῶν οὐρανίων δήμων τὴν φύσιν,

dem recenseri possunt? Quòd si etiam hoc dictum de dogmatum magnitudine & summitate quispiam accipiat, à vero minimè aberrabit. Ac quidem Apostoli, ea, quæ ceperunt, literis complexi sunt, velut Petrus Apostolici chori Præsul, in eo libro, quo res suas gestas narrat, apertè pronunciauit. Quæ cepimus, scripsimus: at mundus, ne ea quidem, quæ scripta sunt, capere potuit: Nam nec auarus de voluntaria inopia sermonem cepit, nec lasciuus eum, qui de pudicitia erat, nec alienorum bonorum raptor, eum, qui de iustitia, nec crudelis, eum, qui de humanitate, nec iracundus, eum, qui de mansuetudine. Si igitur, quæ Apostoli ceperunt, mundus minimè cepit (idque & Christus clamat his verbis vtens, Sermo meus non capit in vobis: & Paulus, cùm ait, Capite nos,) quæ ne Apostoli quidem fortasse ceperunt, quonam tandem modo mundus ea cepisset? Per mundum autem, hominum turbã, mundanarum & terrenarum rerum admiratione perculsam intelligit: de qua dictũ est, Et mundus eum non cognouit. Hic porrò mundus, non locorum, sed morum, non ob literarũ multitudinem, sed ob rerũ magnitudinem, ea minimè capit.

τὴν τάξιν, τὴν εὐκοσμίαν, τὸν ῥυθμὸν, τὴν ἐμμέλειαν, τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν εἰρήνην, τἄλλα πάντα ἅπερ οὐδ' ἀριθμῆσαι δυνατόν. εἰ δὲ καὶ εἰς δογμάτων τις μέγεθος καὶ ἀκρότητα ἐκλάβοι τὸ εἰρημένον, οὐκ ἂν διαμάρτοι τῆς ἀληθείας. οἱ μὲν οὖν ἀπόστολοι ἃ ἐχώρησαν ἔγραψαν, καθὼς Πέτρος ὁ κορυφαῖος τοῦ χοροῦ ἐν ταῖς ἑαυτοῦ πράξεσι σαφῶς ἀπεφήνατο, ἃ ἐχωρήσαμεν, ἐγράψαμεν, ὁ δὲ κόσμος οὐδὲ τὰ γραφέντα ἐχώρησεν. ὁ γὰρ φιλοχρήματος, οὐκ ἐχώρησε τὸν τῆς ἀκτημοσύνης λόγον. οὐδ' ὁ λάγνος, τὸν περὶ σωφροσύνης· οὐχ ὁ πλεονέκτης, τὸν περὶ δικαιοσύνης. οὐχ ὁ ὠμὸς, τὸν περὶ φιλανθρωπίας. οὐχ ὁ θυμώδης, τὸν περὶ πραότητος. εἰ τοίνυν ἃ οἱ ἀπόστολοι ἐχώρησαν, ὁ κόσμος οὐκ ἐχώρησε· καὶ βοᾷ ὁ μὲν Χριστὸς, ὅτι ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν. ὁ δὲ Παῦλος, Χωρήσατε ἡμᾶς. ἃ μηδ' οἱ ἀπόστολοι ἴσως ἐχώρησαν, πῶς ἂν ὁ κόσμος ἐχώρησεν; κόσμον δὲ καλεῖ, τὸν περὶ τὰ κοσμικὰ καὶ γήϊνα πράγματα ἐπτοημένον ὄχλον. περὶ οὗ ἐρρέθη, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. οὐ χωρεῖ δὲ ὁ εἰρημένος κόσμος, οὐ τόπων, ἀλλὰ τρόπων. οὐ διὰ πλῆθος γραμμάτων, ἀλλὰ διὰ μέγεθος πραγμάτων.

Paulo. 100.

Quid tu, cùm teipsum ignores, ô homo, quæ supra te sunt, quæris? Quid autem dico teipsum? Vnum eorum quæ in manibus sunt, mihi expone: Ac tum ea, quæ supra te sunt, curiosiùs inquirentem, haud accusabo. Ignis ille à quo artes scaturiunt, non modò à ferro, & ære, ac lapidibus, sed etiam ab aquis & lignis naturæ vi exilit. Hoc ergo miraculum mihi expone: lignóne insitus est? quin igitur illud absumit? At non insitus est, quonã igitur modo ex eo creatur? Cùm igitur ignis, sine quo nihil penè quod alicuius pretij sit, homines machinantur (nam & frigori succurrit, & tenebras propulsat, & ad omnem artem ac scientiam adiumento est) nemo

Παύλῳ. ρ.

Τί τὰ κατὰ σαυτὸν ἀγνοῶν, ἄνθρωπε, τὰ ὑπὲρ σαυτὸν ζητεῖς; καὶ τί λέγω τὰ κατὰ σαυτόν; ἕν τῶν ἐν χερσί μοι ἑρμήνευσον, καὶ τότε τὰ ὑπὲρ σαυτὸν πολυπραγμονοῦντα, οὐκ αἰτιάσομαι. τὸ πῦρ, ἀφ' οὗ πηγάζουσιν αἱ τέχναι, οὐ μόνον ἀπὸ σιδήρου καὶ χαλκοῦ καὶ λίθων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ὑδάτων καὶ ξύλων ἐκπηδᾶν πέφυκε. διήγησαι οὖν μοι τὸ θαῦμα. ἆρ' ἔγκειται τῷ ξύλῳ; καὶ πῶς οὐκ ἀναλίσκει τοῦτο; ἀλλ' οὐκ ἔγκειται, πῶς οὖν ἐξ αὐτοῦ τίκτεται; εἰ τοίνυν τὸ πῦρ, οὗ ἄνευ σχεδὸν οὐδὲν ἀξιόλογον μηχανῶνται ἄνθρωποι· ἐπίκουρον γὰρ ἐστι ψύχους, σκότους δ' ἀλεξιφάρμακον, συνεργὸν δ' εἰς πᾶσαν τέχνην καὶ ἐπιστήμην.

μην. οὐδεὶς δύναται φράσαι, πῶς ἐμφωλεύει μὲν ταῖς ὕλαις, οὐκ ἀναλίσκει δὲ ταύτας. ὅταν δ' εἰς τὸ ἔξω πηδήσῃ, ἀναλωτικὸν γίνεται τῶν τεκουσῶν ὑλῶν. πέπαυσο ἐκεῖνα περιεργαζόμενος, ἃ μήτε ἐφικτά ἐστι, μήτε εἰ ἐφικτὰ ἦν, μέγα τι συντελέσαι πρὸς ἀρετὴν ἠδύνατο. τί γὰρ πρὸς ἀρετὴν συμβαλεῖται, τὸ περιεργάζεσθαι ἡλίου δρόμον, καὶ σελήνης κύκλον, καὶ ἀστέρων θέσιν, καὶ γῆς σχῆμα καὶ διάστημα, καὶ ὅσα ἄλλα οἱ δοκησίσοφοι πολυπραγμονοῦντες, τῆς μὲν ἀληθείας, καὶ τῆς τῷ ὄντι σοφίας διήμαρτον, εἰς ἀδολεσχίαν δὲ τὸν βίον ἐδαπάνησαν.

Ἑρμογένει ἐπισκόπῳ. ρα.

Ἐπὶ τῆς σῆς, ὦ ὁσιώτατε, εὐαρχίας, οὔθ' ὁ πλούσιος ἐπὶ λύμῃ τῶν ἄλλων κέκτηται τὴν τῶν χρημάτων ἰσχὺν, οὔθ' ὁ πενίᾳ συμβιοὺς, διὰ τὴν πτωχείαν ὑστερεῖται τῆς ἰσηγορίας. ἀλλ' ὁ μὲν περιουσίᾳ δικαίων ὠχυρωμένος, τὸν τῆς ἀληθείας κεκτῆσθαι νενόμισται θησαυρόν. ὁ δὲ τούτων ἐνδεὴς κἂν τοὺς Κροίσου ἔχῃ θησαυροὺς, πένης εἶναι κέκριται, καὶ οὔτε λόγου δύναμις τὴν ἀδέκαστον φρόνησιν ἀφέλκει τῆς ὀρθῆς κρίσεως. οὔτε ῥήτορος δεινότης κατασοφίζεται τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἀκλινὴς ἕστηκεν ἡ σὴ ψυχὴ, καθαρὸν τὸ δίκαιον τοῖς κρινομένοις βραβεύουσα. τοιοῦτος δ' ὢν ἐν ταῖς ψήφοις τῇ φιλανθρωπίᾳ πλέον σαυτὸν νενίκηκας, ἢ ὅσῳ δικαιοσύνης τοὺς ἄλλους ὑπερηκόντισας. διὸ καὶ καταθρηνοῦσιν ἑαυτὰς αἱ πόλεις αἱ τυραννούμεναι, ὧν μία τυγχάνει καὶ ἡ Πηλουσιωτῶν. τῶν γὰρ ἐναντίων πειρώμεναι, τοὺς μὲν ὑπὸ σοὶ τελοῦντας μακαρίζουσιν, ἑαυτὰς δὲ ταλανίζουσιν. ὁ γὰρ μυρίων τιμωριῶν ἄξιος, εἰ χρήματ' ἔχοι, ἀπόβλεπτος παρ' ἐκείνοις καὶ περιμάχητος. ὁ δ' ἀρετῇ κομῶν εἰ πένης εἴη, οὐ μόνον ἐν τοῖς ἀτίμοις τελεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐπιβουλεύεται. ἐν δὲ ταῖς κρίσεσιν ὅπου ὁ χρυσὸς ῥέπει,

explicare queat, quonam pacto in lignis quidem delitescit, nec tamen ea absumit, cùm autem foras prosilierit, materias eas, ex quibus procreatus est, absumit, desine quæso ea perscrutari, quæ nec comprehẽdi possunt, nec, si possẽt, magnum aliquod momentum ad virtutem afferre possent. Quid enim ad virtutem allaturum est, si quis solis cursum, & lunæ orbem, & stellarum situm, & terræ figuram ac spatium inquirendum suscipiat, aliáque omnia, quæ homines suo iudicio sapientes & eruditi, curiosè indagantes, à veritate quidem & vera sapientia exciderunt, in nugis autem & sermonum ineptiis vitam consumpserunt.

Hermogeni Episcopo. 101.

In probo tuo imperio, vir sanctissime, nec diues ad aliorum perniciem, pecuniarum vim possidet, nec qui in paupertate viuit, causæ ex æquo dicendæ potestate ob egestatem priuatur: verùm is quidem, qui iuris & æqui opibus munitus est, veritatis thesaurum possidere iudicatur, qui autem his caret, etiamsi Crœsi thesauros habeat, inops esse censetur: ac neque sermonis facultas incorruptam prudentiam à recto iudicio abstrahit, nec oratoris eloquentia veritatem eludit: verùm anima tua firma consistit, precum ius, iis, qui in iudicium adducti sunt, tribuens. Porrò cùm in ferẽdis sententiis talis sis, benignitate rursum magis teipsum superasti, quàm quantum iustitiæ laude alios præteris. Ac propterea vicem suam lugent vrbes eæ, quæ tyrannide opprimũtur: quarum vna est Pelusium. Etenim contraria experientes, eos quidẽ qui tibi subsunt, beatos iudicant: se autem miseros & infelices. Nam qui sexcentis suppliciis dignus est, si opes habeat, conspicuus apud illos & potens est: qui autem virtute floret, si pauper sit, non modò inter infames censetur, sed etiam insidiis appetitur. In iudiciis autem, quò aurum vergit, illuc etiam sententia propendet: ac ius quidem violatur, iniquitas autem dominatur, atque in omne contumeliæ genus

prorumpit. Quæ cùm ita sint, Deum precare, vt aut eiusmodi pestes ad meliorem mentem se conuertant, aut ij, qui ipsis subsunt, in libertatem asserantur.

Ammonio. 102.

Quoniam nimia amicitia suspicione carere minimè videtur, diuino metu temperetur: vt vtrumque in nobis abundet, nempe & Dei metus, & amicorum amor: ille improbas suspiciones eliminans, hic charitatem ac beneuolentiam bonorum omnium matrem pariens. Nam cùm Dei metu temperatum atque permixtum Dei amorem habemus, omne bonorum genus in nobis pullulat.

Theodoro Scholastico. 103.

Non qui vi copiáque dicendi, verum propulsat, ô sapiens, laudem meretur: sed qui purè planéque illud eloquitur. Eáque de causa, ipse quoque, quod scire aues, perspicuè dicam. Facilia & prona per diuinũ aduentum certamina reddita sunt, vt pugnantes victoriam adipiscamur, non autem vt gratiæ magnitudine ad ignauiæ occasionem abutamur.

Sereno. 104.

Ne illud te ad arrogantiã erudiat, quòd hostem superaris. Compluribus enim præ iactantia furentibus, vt qui per omne vitæ tempus trophæa statuissent, eóque nomine gloriantibus, nec vnquam inferiores se fore atque expugnatum iri expectantibus, felicitas ea quæ videbatur, perspicuè in peius cessit.

Eidem. 105.

Multis secundi successus, quibus primùm vsi fuerant, infinitorum malorum causam attulerunt. Nam cùm vnum aut alterum nullo suo merito trophæum ere-

ἐκεῖ καὶ ἡ ψῆφος νεύει, τὸ μὲν δίκαιον ἀδικεῖται, ἡ δ᾽ ἀδικία κρατεῖ καὶ παροινεῖ. εὖξαι τοίνυν ἢ τοὺς τοιούτους λυμεῶνας μεταγνῶναι, ἢ τοὺς ὑπηκόους ἐλευθερωθῆναι.

Ἀμμωνίῳ. ρβ.

Ἐπειδὴ οὐκ ἔξω ὑποψίας εἶναι δοκεῖ ἡ ἄγαν φιλία, κιρνάσθω τῷ θείῳ φόβῳ, ἵν᾽ ἀμφότερα βρύει ἐν ἡμῖν, καὶ ὁ τοῦ θεοῦ φόβος, καὶ ὁ τῶν φίλων πόθος. ὁ μὲν τὰς πονηρὰς ὑποψίας ἐξοστρακίζων· ὁ δὲ τὴν ἀγάπην, τὴν πάντων τῶν ἀγαθῶν μητέρα τίκτων. ὅταν γὰρ κεκραμένον φόβῳ θεοῦ τὸν πόθον ἔχωμεν, πάντ᾽ ἐν ἡμῖν βλαστάνει τὰ ἀγαθά.

Θεοδώρῳ σχολαστικῷ. ργ.

Οὐχ ὁ δεινότητι καὶ δυνάμει λόγων, ὦ σοφέ, τἀληθὲς διακρουόμενος, ἐπαίνων ἄξιος, ἀλλ᾽ ὁ ἀτεχνῶς αὐτὸ φράζων. διὸ δὴ καὶ αὐτὸς σαφῶς ὃ βούλει μαθεῖν, λέξω. εὔκολα γέγονεν ἐκ τῆς θείας ἐπιφοιτήσεως τὰ παλαίσματα, ἵνα νικήσωμεν ἀγωνιζόμενοι, οὐχ ἵνα τῷ μεγέθει τῆς χάριτος πρὸς ῥαθυμίας ὑπόθεσιν ἀποχρησώμεθα.

Σερήνῳ. ρδ.

Μὴ τῷ ἐχθροῦ κεκρατηκέναι, εἰς ἀλαζονίαν σε παιδοτριβείτω. πολλῆς γὰρ ὑπὸ μεγαλαυχίας μεμηνόσι, ὡς ἅπαντα τὸν χρόνον τρόπαια στήσασι, καὶ φιλοτιμουμένοις ἐπὶ τούτοις, καὶ μὴ νομίζουσιν ἔλαττον ἕξειν, μηδὲ ἁλώσεσθαί ποτε προσδοκήσασιν, ἡ δοκοῦσα εὐπραγία εἰς τὸ χεῖρον περιφανῶς περιεχώρησε. οἷς

Τῷ αὐτῷ. ρε.

Πολλοῖς αἱ ἐξ ἀρχῆς ἐπιτυχίαι κακῶν ἀμυθήτων γεγόνασι πρόξενοι. ἓν γάρ που ἢ δεύτερον παρὰ τὴν ἀξίαν στήσαντες τρόπαιον, ἅτε χωρησάσης αὐτῆς εἰς

εἰς ἐλπίδα τῆς τόλμης ἐπαρθέντες τῇ ἀδοκήτῳ εὐπραγίᾳ, καὶ εἰς μείζους ἑαυτοὺς ῥίψαντες πράξεις, ἐκινδύνευσαν ἐσχάτως. καὶ περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς κατορθωμάτων. διὸ χρὴ ἀνθρωπινώτερον βουλεύεσθαι. καὶ κατορθοῦντες μὲν εἰς οἶκτον βλέπειν, καὶ τὰς ὀξυρρόπους ἐκλογίζεσθαι μεταβολάς, καὶ μὴ πέρα τοῦ μέτρου φρονεῖν τε καὶ φράζειν. διαμαρτάνοντας δὲ παιδεύεσθαι τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν. καὶ μὴ ὡς θεῷ πεπηγέναι τὰ πράγματα ἀθάνατα ἀξιοῦν.

Παύλῳ. ρϛ.

Μὴ τὰ μόλις, ὦ βέλτιστε, καὶ μετὰ μυρίων ἱδρώτων, καὶ ἀγώνων θηρώμενα ἐξ ἐπιδρομῆς θηρᾶν νόμιζε. ἀλλ᾽ ἐκ πόνων καὶ προσευχῶν προγυμνασάμενος ἐπὶ τὴν θήραν τῶν νοημάτων, τῆς ἱερᾶς χώρει γραφῆς τῶν τὴν ἡμετέραν σύνεσιν εἰς πλείονα ὀξύτητα ἀκονώντων.

Εὐτονίῳ διακόνῳ. ρζ.

Χρὴ τὸν νοῦν οἷα βασιλέα αὐτοκράτορα λογισμοὺς φοβεροὺς καὶ πάντοθεν ὅπλοις πεφραγμένους πρὸς τὰς τῶν αἰσθήσεων καταπέμψαι πύλας προαπαντησομένους, καὶ προλοχιοῦντας, καὶ εἴρξοντας τοὺς πολεμίους. καὶ μὴ πρῶτον συγχωρήσαντας τὴν εἴσοδον, ὕστερον ἀμφήριστον ἀναδέχεσθαι μάχην. ἥτις πολλάκις, καὶ ἑτεροκλινὴς γενήσεται. τοῖς ἀντιστρατευομένοις τὸ τρόπαιον ὀρέγουσα. διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ ὁ σωτήριος λόγος τὸν ἀκολάστως ὁρῶντα, κολάσειν ἠπείλησε. τῶν ἄλλων νομοθετῶν τὴν πρᾶξιν μόνην κολαζόντων, ἵνα μὴ δυσκαταγώνιστος καὶ ἀπρόσμαχος ὁ πόλεμος γένηται, ἀλλὰ ῥᾴδιος καὶ εὐχερής.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. ρη.

Πολλοὶ μᾶλλον δὲ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἄνθρωποι, καὶ πλεονεκτήματα

xissent, propterea quòd eorum temeritas eum, quem sperabant, euentum habuisset, inopinata felicitate elati, atque in maiores actiones sese proiicientes, de superioribus quoque rebus præclarè gestis in extremum periculum venerunt. Quapropter nobis faciendum est, vt humaniùs consultemus, atque, cùm quid præclarè atque ex sententia gerimus, misericordiam nobis ob oculos proponamus, subitásque mutationes consideremus, nec præter modum sentiamus ac loquamur: cùm autem ab officio aberramus, humanam imbecillitatem cõdiscamus, nec illud postulemus vt res nostræ Dei instar immortales fixæ sint.

Paulo. 106.

Ne ea, quæ vix, atque cum infinitis sudoribus ac certaminibus capiuntur, te cursim capturum existima: verùm à laboribus & precibus exorsus, ad aucupandos Scripturæ sacræ sensus, qui animorum nostrorum solertiam ad maiorem celeritatẽ exacuunt, te confer.

Eutonio Diacono. 107.

Mentem oportet, velut reginam summũ imperium obtinentem, horrendas atque armis omni ex parte munitas & instructas rationes ad sensuum portas demittere, quę obuiam prodeant, insidiásque antè struãt, hostésque prohibeant: non autem aditu ipsis primùm concesso, dubiam postea pugnam suscipere, quæ persæpe in alteram partem propendebit, hostibúsque trophęũ porriget: Ob eam enim causam salutaris quoque sermo eum qui impudico oculo aliquem perspiciat, supplicio affecturum se comminatus est, cùm alij Legũ latores facinus duntaxat puniant: ne difficile ac nimis arduum bellum sit, verùm facilè ac procliue.

Zosimo Presbytero. 108

Permulti, imò, vt sic loquar, omnes homines, & virtutes, & vitia habent: atque

illis quidem gloriantur, his autem erubescunt. Tu verò, vt aiunt, cùm vitiis plenus sis, virtutibus prorsus cares. Ac profectò quòd ventris illecebris cedens, libidinis quoque affectibus succumbas, nihil mirandum est. Nam illi magna ex parte ventrem sequuntur. etenim qui ventrem imperio tenuerit, libidini quoque imperare poterit. Quoniam autem alia etiã omnia vitia in te sedem habere aiunt, téque vitij promptuarium atque impudentiæ thesaurum appellant, hoc verò mihi mirandum videtur, atque adeo admirationem omnẽ excedens. Sunt enim nonnulli sæui & crudeles, verùm pudici: aut quæstus turpiter cupidi, verùm modestia præditi: aut impuri quidem ac libidinosi, cæterùm faciles ac mansueti. At te per omnia grassari criminantur. Etenim & linguam aduersus homines probos ac virtutis amantes armare dictitant, & turpibus lucris inuolutum, hinc etiam gloriari: & cùm omnes, quivnquã ob libidinem celebres extiterunt, superes atque obscures, hoc quoque nomine tibi placere: cúmque ob tua facinora, quæ ne commemorare quidem fas est, supercilium demittere debeas, id tamen supra tempora efferre: atque, vt summatim dicam, omne corporis membrum animi socordiam & contumaciam indicare. Quanquam enim alterum cum altero pugnat: vtrumque tamen in te concurrisse affirmãt. Quocirca, si vera loquũtur, hic pœnitentiam age: ne in altero æuo citra vllam vtilitatem id facias.

ἔχουσι καὶ ἐλαττώματα, καὶ τοῖς μὲν ἐναβρύνονται, τοῖς δὲ ἐγκαλύπτονται. σὺ δὲ ὥς φασι ἐλαττωμάτων ἀνάπλεως ὢν κατορθωμάτων ἔρημος εἶ καὶ γυμνός. τὸ μὲν οὖν γαστρός σε ἡττώμενον, καὶ τοῖς μετὰ γαστέρα κεχειρῶσθαι πάθεσι, θαυμαστὸν οὐδέν. ταῦτα γὰρ ἐκείνῃ ὡς τὰ πολλὰ ἕπεται. ὁ γὰρ γαστρὸς ἄρξας καὶ συνουσίας ἄρχειν δυνήσεται. ἐπειδὴ καὶ τἄλλα πάντα ἐλαττώματα ἐν σοὶ χορεύειν φασὶ, καὶ ταμεῖόν σε καλοῦσι κακίας, καὶ θησαυρὸν ἀναισχυντίας, τοῦτο θαυμαστὸν εἶναι δοκεῖ, καὶ πᾶσαν ἔκπληξιν ὑπερβαίνειν. εἰσὶ γάρ τινες ὠμοὶ μὲν, σώφρονες δὲ, ἢ αἰσχροκερδεῖς μὲν, μέτριοι δὲ, ἢ ἀσελγεῖς μὲν, ἥμεροι δέ. σὲ δὲ διὰ πάντων χωρεῖν κωμῳδοῦσι. γλῶσσαν μὲν γὰρ ὁπλίζειν σε φασὶ κατὰ τῶν φιλαρέτων. αἰσχροῖς δὲ κέρδεσιν ἐγκαλινδούμενον, καὶ σεμνύνεσθαι. πάντας δὲ τοὺς πώποτε ἐπὶ λαγνείᾳ βεβοημένους ἀποκρύψαντα, καὶ ἐναβρύνεσθαι. κάτω δὲ τὴν ὀφρὺν ἔχειν ὀφείλοντα, διὰ τὰς πράξεις, ἃς οὐδὲ εἰπεῖν θέμις, ἄνω κροτάφων αὐτὴν ἐπαίρειν, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, πᾶν μέλος τοῦ σώματος τὴν τῆς ψυχῆς ἐμφαίνει ῥαθυμίαν τε καὶ ἀπόνοιαν. καίτοι θάτερον θατέρῳ, ἐναντίον ἐστὶν, ἀλλ᾽ εἰς σὲ συνδεδραμηκέναι διϊσχυρίζονται. εἰ τοίνυν ἀληθεύουσι, μετανόει ἐνταῦθα, ἵνα μὴ ἐκεῖσε ἀνονήτως αὐτὸ πράξειας.

Marco. 109.

Quæris cur vinum omnes, à quibus adhibetur, non eodem modo afficiat, verùm alios placidos ac faciles, alios iracundos reddat, alios ad amicitiam, alios ad pugnã procliues, alios denique blandos, alios belluinos. Existimo igitur, quoniam nos de rebus quoque naturalibus disputare cogis, hæc vel à corporis affectione contingere, nempe quòd huiusmodi euentuũ causæ à vino augeantur, vel imminuãtur, vel ab animi impulsionibus, quæ plerol-

Μάρκῳ. ρθ.

Διὰ τί ἔφης οὐ πάντας τοὺς προσφερομένους αὐτὸν, ὁμοίως ὁ οἶνος διατίθησιν. ἀλλὰ τοὺς μὲν εὐμενεῖς ποιεῖ, τοὺς δὲ θυμώδεις. καὶ τοὺς μὲν φιλικούς. τοὺς δὲ μαχίμους. καὶ τοὺς μὲν ἡμέρους, τοὺς δὲ θηριώδεις. οἶμαι τοίνυν ἐπειδὴ καὶ φυσιολογεῖν ἡμᾶς ἀναγκάζεις, ταῦτα συμβαίνειν, ἢ ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος διαθέσεως, τῷ ἢ αὔξεσθαι, ἢ μειοῦσθαι ἀπὸ τοῦ οἴνου τὰς αἰτίας τῶν τοιούτων συμπτωμάτων, ἢ ἀπὸ τῶν λαν-

θανόντων τοῖς πολλοῖς τῆς ψυχῆς κινημάτων. ἐπειδὴ γὰρ μόνων τῶν ὑγρῶν ἠθοποιὸς ὁ οἶνός ἐστι, κίρναται τρόπον τινὰ τοῖς τρόποις τῶν χρωμένων. πρὸς ὁποῖον γὰρ ἂν ἦθος προσενεχθῇ, τοιαῦτα καὶ τὰ πάθη ἀποφαίνει, οὐ μὴ ὄντα αὐτὰ κατασκευάζων, ἀλλὰ κεκρυμμένα γυμνῶν. τὸ γὰρ πεπλασμένον ἦθος ἀπαμφιάσας, ἐκφαίνει τὰ λανθάνοντα, ὅθεν καὶ εἰς παροιμίαν κεχώρηκε τὸ τοιοῦτο, λεγόντων πολλῶν, Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. τοὺς μὲν γὰρ δοκοῦντας σεμνότητος δόξῃ ἐναβρύνεσθαι, ἐκλαλητικοὺς τῶν ἀπορρήτων πολλάκις ἔδειξε, καὶ ὅπερ ἄρρητον ἄμεινον, εἰπεῖν παρεσκεύασε. τοὺς δὲ ἀπὸ μισοπονηρίας πολλάκις εἰς ὀργὴν ἐκτραπέντας, μειλιχίους τε καὶ πρᾴους ἤλεγξεν ὄντας. τῶν μὲν, τὴν ἐπὶ σεμνότητι δόξαν· τῶν δὲ, τὴν ἐπὶ τῇ ὀργῇ αἰτίαν ἐξαφανίσας. οὐ γὰρ τὰ μὴ ὄντα κατασκευάζει, ἀλλὰ τὰ ὄντα μὲν, λανθάνοντα δὲ, δημοσιεύει.

que latent. Quoniam enim vinum humidorum duntaxat mores informat, vtentiũ moribus quodã modo miscetur. Etenim pro iis moribus, quibus adhibetur, eosdem quoque affectus ostẽdit: non quidem eos, cùm non essent, efficiens, verùm abstrusos & occultos denudans. Siquidem fictis moribus detectis, ea, quæ in obscuro erant, patefacit. Vnde etiam illud in prouerbiũ abiit, dicentibus multis, In vino veritatem sitam esse. Quippe eos, qui grauitatis existimatione gloriari videbantur, arcanorum enunciatores sæpenumero demonstrauit, effecitque, vt quod tacitum tenere præstiterat, effutirent. Ac rursum eos qui improbitatis odio persæpe ad iracundiam concitati fuerant, blandos ac mansuetos esse ostendit. Atque ita & famam illam gloriámque grauitatis, qua illi florebant, & iracundiæ culpam, qua isti laborabant, extinxit ac deleuit. Neque enim quæ non sunt, efficit: verùm quæ occulta & abstrusa sunt, euulgat.

Εὐσταθίῳ διακόνῳ. ρι.

Λίαν θαυμάζω, ὅπως νόσημα τυραννικὸν καὶ ἀνήμερον, ἡδονῆς μὲν ἄμοιρον, κόλασιν δὲ ὠδῖνον, κεκράτηκε μὲν πάσης ἡλικίας, ἐχειρώσατο δὲ πᾶσαν ἀξίαν, ἐλυμήνατο δὲ πᾶσαν εὐκοσμίαν. ἕκαστος γὰρ τὰ ἑαυτοῦ πταίσματα παρεὶς μέγιστα ὄντα, καὶ συγγνώμης πολλάκις μείζονα, τὰ τῶν πέλας ἐλάττονα ὄντα, πολλάκις δὲ καὶ συγγνώμης ἄξια, πολυπραγμονεῖ, καὶ λυπεῖται μὲν περὶ τῶν οἰκείων λογιζόμενος· ἀγάλλεται δὲ περὶ τῶν ἀλλοτρίων διαλεγόμενος, καὶ εἰς τὸ τὰ τῶν ἄλλων πολυπραγμονεῖν καὶ καταδικάζειν δαπανᾷ τὸν οἰκεῖον χρόνον. καὶ ἑαυτῷ μὲν καὶ τὰς οὐκ οὔσας ἀπολογίας πορίζεται, τῶν δὲ πλησίον πικρὸς καὶ ἀπαραίτητος κάθηται δικαστὴς, κἂν δοκοῖεν ἀπολογίαις εὐλόγοις πλουτεῖν. χρὴ τοίνυν τοὺς βουλομένους θεραπείαν τῷ τοιούτῳ ἐπινοῆσαι νοσήμα-

Eustathio Diacono. 110.

Magna me admiratio tenet, quonam pacto tyrannicus, ac sæuus morbus, voluptatisque omnis expers, & cruciatum parturiens, tum omnes cuiusuis ætatis superarit, tum omnes cuiuslibet dignitatis subegerit, ac denique ornatum omnem ac modestiã labefactarit. Vnusquisque enim, prætermissis peccatis suis, & quidem grauissimis, veniáque persæpe maioribus, aliorum errata, tametsi leuiora, veniáque sæpenumero digna curiosè inquirit: ac sua quidem supputans mœrore afficitur: de alienis autem verba faciens, exultat, lætitiáque perfunditur, atque in aliorum actionibus perscrutandis & condemnãdis tempus omne suum conterit. Ac sibiipsi quidem falsas etiam defensiones purgationésque comparat: aliorum autem acerbus & inexorabilis Iudex sedet, etiamsi alioqui iustis excusationibus affluere videantur. Quocirca iis, qui huiusmodi

morbo medicinam excogitare cupiunt, faciendum est, vt animi oculum ab alienis rebus ad delicta sua conuertant, linguámque suam assuefaciant, non ad alios, sed ad seipsos acri & vehementi oratione insectandos. Hoc enim iustitiam parturit (dic enim tu prior, inquit, iniquitates tuas, vt iustificeris:) illud autem maiorem condẽnationem parit. Graue est enim, atque absurditatem omnem excedens, eos qui magnis criminibus se deuinciunt, iis qui nihil, aut parum peccant, succensere.

Zenoni Diacono. 111.

Ne illis, ô amice, te compares, qui læto quidem atque alacri animo diuinam prædicationem susceperunt, verùm semen in animi penetralia minimè transmiserũt. Nam cùm leuiter duntaxat atque in superficiem consiti, nec radicibus altè defixi essent, dicto citius exaruerunt, nec maturum vllum fructum extulerunt, verùm ipsi à tentationibus oppressi sunt. At verò illis altè defixis, culmisque ac fructibus abundantibus, quorum spicæ vberes ac fructu graues propendent & inclinantur, ob maturum messis tempus messorum falcẽ tantùm non vocantes. Etenim probè norunt, Christum Angelis, vt huiusmodi homines in cælestes sedes comportent, præcepisse: quò nimirum vnà festum celebrent, ac regnent, sempiternáque animi lætitia perfruantur.

Eutonio Diacono. 112.

Quandoquidem oculus vniuersum corpus moderatur, faciémque exhilarat & exornat, atque omnium membrorum lucerna est, propterea velut in regia quadam sede collocatus est, vt qui supernam sedẽ nactus sit, aliisque sensibus præsideat. Quemadmodum enim Sol in terrarum orbe, sic quoque oculus in corpore est. Et quẽadmodum ille, si extinguatur, omnia perturbabit: sic etiam extincto oculo, & pe-

τι, στρέφειν τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων ἐπὶ τὰ οἰκεῖα πλημμελήματα, καὶ τὴν γλῶτταν ἐθίζειν μὴ κατὰ τῶν πέλας, ἀλλὰ καθ' ἑαυτῶν καταφορικῶς λέγειν. τοῦτο μὲν γὰρ δικαιοσύνην ὠδίνει. λέγε γὰρ σὺ τὰς ἁμαρτίας σου πρῶτον, ἵνα δικαιωθῇς. ἐκεῖνο δὲ μείζονα κατάκρισιν τίκτει. δεινὸν γὰρ, καὶ πάσης ἀτοπίας ἐπέκεινα, τοὺς μεγάλα πταίοντας, τοῖς οὐδὲν ἢ μικρὰ πλημμελοῦσιν ἐπιτιμᾶν.

Ζήνωνι διακόνῳ. ρια.

Μὴ ἐκείνοις, ὦ φιλότης, σαυτὸν παράβαλλε, τοῖς περιχαρῶς μὲν τὸ θεῖον ὑποδεξαμένοις κήρυγμα, μὴ ἐν βάθει τῆς διανοίας παραπέμψασι τὸν σπόρον. ἐπιπολαιόφυτοι γὰρ καὶ ἐπιπολαιόριζοι γεγονότες, θᾶττον ἢ λόγος ἀπεξηράνθησαν, καρπὸν μὲν ὥριμον μὴ ἐνηνοχότες, τῶν δὲ πειρασμῶν ἔργον γεγενημένοι. ἀλλ' ἐκείνοις τοῖς βαθυρρίζοις καὶ πολυρρίζοις, καὶ πολυκαλάμοις, καὶ πολυκάρποις, ὧν οἱ ἀστάχυες κομῶντες, καὶ ὑπὸ τοῦ καρποῦ βριθόμενοι καρηβαροῦσι καὶ κέκλινται, ὑπὸ τῆς πρὸς ἄμητον ὥρας μονονουχὶ ἐφ' ἑαυτοὺς καλοῦντες, τὸν τῶν θεριστῶν δρεπάνην. εὖ γὰρ ἐπίστανται, ὅτι τοὺς τοιούτους ὁ Χριστὸς εἰς τὰς οὐρανίους λήξεις ἀποκομίσαι τοῖς ἀγγέλοις προσέταξε, συνεορτάσοντας καὶ συμβασιλεύσοντας, καὶ ἀτελευτήτου θυμηδίας μεθέξοντας.

Εὐτονίῳ διακόνῳ. ριβ.

Ἐπειδὴ ὁ ὀφθαλμὸς τὸ πᾶν διακυβερνᾷ σῶμα, φαιδρύνει τε καὶ κοσμεῖ τὴν ὄψιν, καὶ λύχνος ἐστὶν ἁπάντων τῶν μελῶν. διὰ τοῦτο ὥσπερ ἔν τινι βασιλικῷ χωρίῳ ἵδρυται. τὴν ἄνω λῆξιν λαχὼν, καὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων προκαθήμενος. ὅνπερ γὰρ τρόπον ὁ ἥλιος ἐν τῇ οἰκουμένῃ, οὕτω καὶ ὁ ὀφθαλμὸς ἐν τῷ σώματι. καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος εἰ τῷ λόγῳ σβεσθείη πάντα συνταράξειεν,

ράξειεν, οὕτω καὶ ὁ ὀφθαλμὸς εἰ ἀποσβεσθείη, καὶ πόδες ἄχρηστοι καὶ χεῖρες, καὶ ἅπαν σχεδὸν τὸ σῶμα. τοῦ χάριν δὴ ταῦτ' ἔφην; ὅτι καὶ ὁ διδάσκαλος ὀφθαλμὸς ἐστὶ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας. ἐὰν οὖν οὗτος φωτεινὸς ᾖ, τουτέστι, ταῖς τῶν ἀρετῶν ἀκτῖσι μαρμαίρων, ὅλον τὸ σῶμα φωτεινὸν ἔσται, ὑπ' ἐκείνου κυβερνώμενον, καὶ τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας ἀξιούμενον. ἐὰν δὲ σκοτεινὸς, τουτέστι, τὰ σκότους ἄξια δρῶν, ἅπαν σχεδὸν τὸ σῶμα σκοτίζεται. εἰ γὰρ καὶ εἰσί τινες τῶν ἐν τάξει μελῶν ὑγιαίνοντες, καὶ τὰ πρέποντα αὐτοῖς ἀνύοντες, καὶ μηδὲν ὑπὸ τῆς τοῦ διδασκάλου μοχθηρίας παραβλαπτόμενοι, ἀλλ' οὐδὲν τοσοῦτον ἰσχύουσι, τῆς βλάβης τὰ καίρια νεμομένης, καὶ τῆς κακίας, καὶ τοὺς λοιποὺς εἰς τὸν τοῦ καθηγητοῦ ζῆλον ἐρεθιζούσης, καὶ τοὺς ὑγιαίνοντας κακηγορούσης, καὶ πάντα τρόπον ὅπως καὶ αὐτοὺς εἰς τὸ νοσεῖν ἐμβάλλοι πραγματευομένης. διὰ τοῦτ' εἴρηται, Εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον; οἷον, ἐάν τις εἴποι ἐκκλησίᾳ τυραννικαῖς ἐπιθυμίαις ἐχούσῃ ὑφηγητὴν, εἰ ὁ ὠφελεῖν καὶ φωτίζειν ὀφείλων, οὐδὲ φωτισθῆναι ἀνέχεται, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὠφελεῖν προῃρημένους ἐξοστρακίζει. οἱ ὑπ' αὐτοῦ τελοῦντες, τί οὐκ ἂν δράσειεν;

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. ριγ.

Εἰ καὶ ὑπὸ τῆς τῶν πολλῶν σκαιότητός τε καὶ ἀπληστίας εἰς ἀδύνατον, δοκεῖ περιεστάναι τὸ τῆς ἀκτημοσύνης κατόρθωμα, καὶ οὐδὲ πιστεύεταί τις παρὰ σοὶ κατορθῶν. εἰσὶ μὲν καὶ οἶδά τινας. εἰ δὲ αὐτὸς ἀγνοεῖς, θαυμαστὸν οὐδέν. ὑπὸ γὰρ φιλοχρηματίας μεθύων, εἰκότως ἀγνοεῖς τοὺς καθαρῶς νήφοντας. πλὴν ζήλωσον τοὺς τῇ αὐταρκείᾳ χρωμένους, τοὺς ἀπὸ δικαίων πόνων ζῶντας, τοὺς τοῖς οἰκείοις πόνοις ἀρκουμένους. ἢ οὐδὲ τούτους ὁρᾷς διαλάμπον-

des & manus ac totum pene corpus inutile reddetur. Quorsum hæc dixi? Nempe quia magister quoque corporis Ecclesiæ oculus est. Quare si hic lucidus fuerit, hoc est virtutum radiis splendeat, totum corpus lucidum erit, vt pote quod ab ipso regatur & gubernetur, eámque, quam par est, curam consequatur. Si autem tenebrosus sit, hoc est, ea, quæ tenebris digna sunt, perpetret, vniuersum propemodum corpus obscuratur. Nam etiamsi quidem sint in membrorum classe, qui rectè valeant, eáque, quæ ipsorum officio consentanea sint, præstent, nec ex magistri improbitate ac nequitia detrimenti quicquam contrahant: at nihil tantum possunt, labe nimirum ac vitio potissimas partes depascente, reliquósque ad præceptoris imitationem extimulante, ac sanos & incolumes maledica oratione insectante, omníque ratione, vt ipsos quoque in morbum coniiciat, moliente. Ob eámque causam dictum est, Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sint, tenebræ ipsæ quãtæ erũt? velut si quispiam dicat Ecclesiæ, tyrannicis cupiditatibus magistrum habenti: Si is qui aliis prodesse, ac lumen afferre debet, ne illuminari quidem sustinet, verùm eos quoque qui prodesse instituunt, amolitur, qui sub ipsius imperio sunt, à quo tandem flagitio abstineant? *Math.6.*

Zosimo Presbytero. 113.

Etsi ob multorum improbitatem, inexplebilémque cupiditatem, volũtariæ paupertatis virtus eò redacta esse videtur, vt vires humanas excedat, nec quenquam esse credis qui eam consequatur ac præstet: quosdam tamen esse noui. Ac si tu ignoras, nihil mirum. Nam cùm præ opũ ac pecuniarum cupiditate ipse temulentia labores, haud mirum est, eos qui purè atque integrè sobrij sunt, tibi ignotos esse. Cæterùm eos, qui suis rebus contenti sunt, imitare, quíque iustis laboribus victum si-

bi quærunt, nec quicquam præterea requirunt. An ne hos quidem lucentes perspicis, ac luminariũ instar rutilantes? Hos inquam aliquantisper ad imitandum tibi propone, atque in alienas opes & pecunias, impuras & inexplebiles manus tuas iniicere desine, ac sic illos quoque contueri poteris. Nam nunc, hoc audito, nec ad credendum adduceris, verùm eos quoque traduces ac sugillabis, nec incurabili furore teneri desines. At si ad mediocrem sanitatem veneris, tum verò eos etiam qui prorsus integra valetudine præditi sunt, facilè perspicies: atque etiam quandoque ipsos optimæ huiusce viæ duces ac præmonstratores habebis.

τα, καὶ καθάπερ λαμπτῆρας ἀστράπτοντας. ζήλωσον τούτους τέως, καὶ παῦσαι κατὰ τῶν ἀλλοτρίων οὐσιῶν τε καὶ χρημάτων τὰς μιαρὰς σαυτοῦ καὶ ἀπλήστους ῥίπτων χεῖρας. καὶ οὕτω δυνήσῃ κἀκείνους κατιδεῖν. νῦν μὲν γὰρ ἀκούσας, οὔτε πεισθήσῃ, ἀλλὰ καὶ φλυαρήσεις αὐτοὺς καὶ κωμῳδήσεις, ἅτε μανίαν ἀνήκεστον νοσῶν. εἰ δὲ εἰς μετρίαν ὑγίειαν ἔλθοις, ῥᾳδίως ἂν καὶ τοὺς εἰλικρινῶς ὑγιαίνοντας κατόψει. ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ ἀγωγοὺς καὶ ἡγεμόνας αὐτοὺς ἕξεις τῆς ἀρίστης ταύτης ὁδοῦ.

Carpo Presbytero. 114.

Perditæ ac profligatæ improbitatis esse mihi ille videtur, non qui eum, à quo iniuriam atque contumeliam accepit, vlciscitur, (sæpe enim illi venia impertitur) verũ qui meliorem, atque omnium laudibus celebratum odio & cauillis insectatur. Ille enim, etsi ad philosophiæ fastigium minimè ascendit: at iustam tamen odij causam habere videtur. Hic autem, cùm nulla causa subsit, non tam cum homine quàm cum virtute bellum gerit, ac bona omnia funditus euellere conatur. Quòd si Eustathius hoc facit, aut ab huiusmodi odio reprimendus est, aut vt impurus ac nefarius abdicandus ac proscribẽdus. vna enim demũ hæc virtus est, absurdæ improbitatis hominẽ semper fugere: ac præsertim cùm nihil turpe ac fœdum existimat, nisi castũ ac temperantem esse.

Κάρπῳ πρεσβυτέρῳ. ριδ.

Σχετλιώτατος εἶναί μοι δοκεῖ καὶ ἀλιτήριος, οὐχ ὁ τὸν ἀδικήσαντα καὶ ὑβρίσαντα. συγγνώμη γὰρ τῷ τοιούτῳ πολλάκις παρέπεται, ἀλλ᾽ ὁ τὸν ἀμείνονα τυγχάνοντα, καὶ ὑπὸ πάντων ἀνυμνούμενον μισῶν τε καὶ κωμῳδῶν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ εἰ καὶ μὴ εἰς κορυφὴν τῆς φιλοσοφίας ἀναβέβηκεν. ἀλλ᾽ οὖν γε ἔχειν δοκεῖ τοῦ μίσους εὔλογον αἰτίαν. οὗτος δὲ μηδεμιᾶς αἰτίας ὑποκειμένης, οὐ τοσοῦτον ἀνθρώπῳ, ὅσον τῇ ἀρετῇ πολεμεῖ, καὶ πάντα τὰ καλὰ ἐκ βάθρων ἀνασπάσαι πειρᾶται. εἰ δὲ Εὐστάθιος τοῦτο δρᾷ, ἢ παυστέον αὐτὸν τοῦ μίσους, ἢ ἐκκηρυκτέον ὡς ἐναγῆ. μία γάρ ἐστιν ἀρετὴ τὸ φεύγειν τὸν ἄτοπον ἀεί, καὶ μάλιστα ὅταν μηδὲν αἰσχρὸν ἥγηται, ἢ τὸ σωφρονεῖν.

Dorotheo. 115.

Ecquis sempiternam illam mentem atque ab omni labe alienam, id quod decorum est minimè assecutum esse censebit? Ecquis vsqueadeò vltra omnem temeritatem procedere audeat, vt sapientiã erroris & culpæ accuset? Hoc enim haud

Δωροθέῳ. ριε.

Τίς τὸν ἀκήρατον νοῦν ἐν διαμαρτίᾳ τοῦ πρέποντος γεγενῆσθαι ψηφιεῖται; τίς οὕτω τόλμης ἁπάσης ἐπέκεινα χωρεῖν τολμήσειεν, ὡς τὴν σοφίαν πλάσασαν αἰτιάσασθαι; τοῦτο γὰρ ἂν εἰκότως πείσοιτο, εἰ τὰ μὲν ἄλλα ζῷα

μὴ

μὴ ἔξω τοῦ πρέποντος ἐδημιούργησε, μόνον δὲ τὸν ἄνθρωπον. καίτοι βασιλέα καὶ ἄρχοντα αὐτὸν τῶν ἐπιγείων ἁπάντων χειροτονῆσαι προῃρημένη, περιττῷ ἄχθει βρίθεσθαι πεποίηκεν. ὃ ὕστερον διὰ τῆς περιτομῆς ἀφαιρεῖν προσέταξεν. εἰ δὲ τοῦτ᾽ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. τίς γὰρ οὕτως ἀνόητος καὶ τῶν κατὰ φύσιν φρενῶν ἐνδεής, ὡς τὴν θείαν ἐπιστήμην ἀτεχνίας γράψασθαι, τὸ πρέπον σχῆμα καὶ τύπον ἐφύλαξεν. εἰ δὲ πρεπόντως ἐδημιούργησε, καὶ δηλοῦσι καὶ ἀνδριαντοποιοί, καὶ λιθοξόοι. πλάσται τε καὶ γραφεῖς τῇ ἀρχαίᾳ πλάσει ἀκολουθοῦντες, καὶ τὸ εὐπρεπὲς τοῦ ὕστερον διά τινα αἰτίαν περιτμηθέντας προτιμῶντες, ζητείτωσαν οἱ τὴν περιτομὴν πέρα τοῦ μέτρου θαυμάζοντες, τὴν ταύτης χρείαν. καὶ εἰ μὲν τὴν ἐν τῷ κρυπτῷ μηνύει περιτομήν, ἐπιτεινέτωσαν τὸ θαῦμα, καὶ τότε κηρυττέτωσαν τοὺς ἄνευ περιτομῆς, τὰς ἐπιθυμίας περιτέμνοντας. εἰ δὲ σημεῖον αὐτοῖς δέδοται πρὸς τὸ μὴ ἐπιμίγνυσθαι τοῖς ἔθνεσιν, ὡς ἵπποις δυσηνίοις καὶ ἀγερώχοις, χαλινὸς καὶ σφραγίς, μὴ μέγα ἐπὶ ταύτῃ φρονείτωσαν, τῇ τὴν ἀπαιδευσίαν αὐτῶν στηλιτευούσῃ. εἰ γὰρ καὶ Ἄβελ, καὶ Ἐνώχ, καὶ Νῶε, καὶ Ἀβραὰμ πρὸ τοῦ ὀφθῆναι ἢ λεχθῆναι περιτομὴν ηὐδοκίμησαν, οὐκ εὐδοκιμήσεώς ἐστιν ὑπόθεσις, ἀλλ᾽ ἢ ἄρα εὐδοκιμήσεως σφραγίς. ὁ τοίνυν ἔχων πλοῦτον ἀρετῆς, ἐχέτω καὶ σφραγῖδα. ὁ δὲ πενίαν ἐσχάτην ὀδυρόμενος γέλωτα ὀφλισκάνει, σφραγῖδα μὲν ἐπιφερόμενος, πλούτου δὲ ἐνδεὴς ὤν, ἀκουέτω δὲ καὶ τοῦτο ὁ ἐπὶ ταύτῃ μέγα φρονῶν. εἰ μὲν σὸν τὸ κατόρθωμα, φρόνει ὡς φρονεῖς, οὐ διοισόμεθα. εἰ δὲ ἐν ἀώρῳ γέγονεν ἡλικίᾳ. διὸ καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν, ἀκερδοῦς πόνου ἀπηλλαγμένοι. δι᾽ ἣν αἰτίαν ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις σεμνύνῃ. ἕκαστος γὰρ ἐξ οἰκείων πόνων ἐναβρύνεσθαι δίκαιος, οὐκ ἀφ᾽ ὧν ἄλλοι ἐπιτιθέασι σημείων.

abs re crediderit, si alia quidem animantia, vti consentaneum erat, procreauit, solum autem hominem (quem terrenorum omnium regem ac principem creare proposuerat) superuacaneo onere, quod postea per circuncisionem detrahi iusserit, grauari voluerit. Quòd si hoc dictu nefas est (quis enim tam excors, ac naturalis mẽtis expers est, vt diuinam scientiam imperitiæ insimulet?) profectò huic quoque cõgruentem habitum ac speciem seruauit. Quòd si eum, vt consentaneum erat, fabricatus est, idque & statuarij, & lapicidæ, & fictores ac pictores ostendunt, qui vetus figmentum sequuntur, & id quod honestũ ac decorum est, ei quod postea certam ob causam abscissum est, anteponunt, qui circuncisionem, plusquàm par sit, admirantur, huius vsum & vtilitatem quærant. Ac siquidem circuncisionem quæ in occulto est, indicat, admirationem suam augeant, ac tum eos prædicent, qui sine circuncisione cupiditates suas circuncidunt. Si autem signi loco, vt ne Gentibus admiscerẽtur, ipsis data est, non secus atque contumacibus ac ferocibus equis frænum ac sigillum, haud magnopere ob eam, qua eorum stoliditas & inscitia notatur, animos efferant. Nam cùm & Abel, & Enoch, & Noe, & Abraham antequàm circuncisio aut visa aut audita esset, cum laude atque gloria vixerint, ea certè non laudis & gloriæ materia est, sed sigillum. Quare qui virtutis opes habet, sigillum quoque sanè habeat. Qui autem extremam paupertatem lamentis prosequitur, ridiculus certè est, sigillum quidem secum ferens, opibus autem carens. Quin istud quoque audiat, qui ob eam gloriatur: Si tuum est hoc decus, gloriare sanè, vt facis: de eo nullam litem tibi moueo. Si autem in immatura ætate extitit (vnde etiã nos gratias Deo agimus, infrugifero labore liberati) quam ob causam ob aliena gloriaris? vnusquisque enim ob suos labores exultare ac sibi placere debet, non autem ob ea signa, quæ ipsi ab aliis imponuntur.

Paulo. 116.

Virtutes honori habe, non autem lætos rerum successus cole atque obserua. Nam illæ immortales quædam res sunt: hi autem facilè extinguuntur. Atque hæc hactenus. Illud autem ne sis nescius, Deum beneficiorum suorum monimenta festis & olim, & nunc astrinxisse: vt qui festos dies agitant, eorum memoriam auribus suis insonantem habentes, non ad temulentiam, sed ad gratiarum actionem & virtutem sese conuertant.

Παύλῳ. ρις.

Τὰς ἀρετὰς τίμα, μὴ τὰς εὐημερίας θεράπευε. αἱ μὲν γὰρ ἀθάνατόν εἰσι χρῆμα. αἱ δὲ ῥᾳδίως σβέννυνται. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. μὴ ἀγνόει δὲ, ὅτι ὁ θεὸς ταῖς ἑορταῖς καὶ πάλαι, καὶ νῦν ἐγκατέδησε τῶν εὐεργεσιῶν τὰ ὑπομνήματα, ἵν' οἱ πανηγυρίζοντες ἔναυλον τὴν τούτων μνήμην ἔχοντες, μὴ εἰς μέθην, ἀλλ' εἰς εὐχαριστίαν, καὶ ἀρετὴν τρέποιντο.

Theophilo. 117.

Maximè quidem si quispiam à quodam veritati calumniam struere conanti interrogetur, omniáne Deo possibilia sint, illéque respondeat, Ita: ac deinde ipse inferat, Ergo etiam mala, dignus erit cuius inscitia meritò rideatur, non qui respondit, sed potiùs qui interrogauit. Neque enim inter ea omnia, quæ Deus potest, mala recẽsentur. Nam vbi Deus nominatur, bonum firmiter ac certò sequitur. Nec quisquam sana mente præditus illud vnquam in animum admiserit, mala Deo possibilia esse: nec quisquam imbecillitatem appellarit, mala perpetrare non posse. Imbecillitas enim
Rom. 5. propriè est, malorum perpetratio. Vnde etiam Paulus, qui hæc compertissima ha-
Psal. 15. bebat, peccata infirmitates appellabat, his verbis vtens: Si enim Christus, cùm adhuc infirmi essemus secundum tempus
ἀχρεῖ. pro impiis mortuus est. Atque etiam Psalmistæ sermo hoc ipsum confirmat. Multiplicatæ sunt enim, inquit, infirmitates eorum, hoc est, peccata. Quin ne illud quidẽ inferens quispiam ei qui Deo possibilia omnia esse ait, mentis compos esse censebitur. Quidnam tandem hoc? Nugari enim solent, ac dicere, Num etiam hoc in Dei potestatem situm est, vt quod factum est, infectum reddatur? Nam hoc rursus cassum atque irritum est. Nihil porrò cassum & irritum in diuina potentia vsurpatur. Superuacaneæ itaque & sunt & de-

Θεοφίλῳ. ριζ.

Μάλιστα μὲν εἰ ἐρωτηθείη τις παρά τινος συκοφαντεῖν τολμῶντος τὴν ἀλήθειαν, πάντα δυνατὰ τῷ θεῷ, καὶ ἀποκρίνεται, ναί, εἶτα ἐκεῖνος ἐπενέγκοι, οὐκοῦν καὶ τὰ κακὰ ἀμαθίας ὀφλήσαι γέλωτα, δίκαιος ἂν εἴη, οὐχ ὁ ἀποκρινάμενος, ἀλλὰ μᾶλλον ὁ ἐρωτήσας. οὐ γὰρ ἐν πᾶσι τοῖς θεῷ δυνατοῖς ἀριθμεῖται τὰ κακά. ὅπου γὰρ ὁ θεὸς ὀνομάζεται τὸ καλὸν ἀραρότως ἕπεται. καὶ οὐδ' ἐννοήσειέ τις ὑγιαίνων τὸν νοῦν, ὅτι τῷ θεῷ τὰ κακὰ δυνατὰ, οὐδ' ἀσθένειάν τις καλέσειε τὸ μὴ δύνασθαι τὰ κακὰ δρᾶν. ἀσθένεια γὰρ κυρίως ἡ τῶν κακῶν πρᾶξις. διὸ καὶ ὁ ταῦτα μάλιστα ἀκριβῶς ἐπιστάμενος Παῦλος, ἀσθενείας τὰς ἁμαρτίας ἐκάλει, λέγων. εἰ γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε. καὶ ὁ τοῦ μελῳδοῦ δὲ λόγος, τοῦτ' ἐγγυᾶται. ἐπληθύνθησαν γάρ φησιν, αἱ ἀσθένειαι αὐτῶν τοῦτ' ἔστιν αἱ ἁμαρτίαι. ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνον τις ἀνθυπενεγκὼν τῷ λέγοντι πάντα θεῷ δυνατὰ, νοῦν ἔχειν νομισθήσεται. ποῖον δὴ τοῦτο; φλυαρεῖν γὰρ εἰώθασι καὶ λέγειν, ἆρ' οὖν καὶ τὸ γεγονὸς ποιῆσαι, μὴ γεγονέναι θεῷ δυνατόν ἐστιν. ἀχρεῖον γὰρ δὴ πάλιν τὸ τοιοῦτο. οὐδ' οὐδὲν ἀχρεῖον ἐπὶ τῆς θείας δυνάμεως παραλαμβάνεται. περιτταὶ μὲν οὖν καὶ εἰσὶ, καὶ ἀπεδείχθησαν

ai

αἱ κατὰ τοῦ τοιούτου λόγου συκοφαντίαι, πλὴν, ἀλλ' ἵνα μηδὲ ταύτας ἀνακινεῖν ἔχοιεν. καὶ τὰς ἀκοὰς τῶν ἀκροωμένων λυμαίνεσθαι, εἰ ἐρωτηθείημεν, εἰ πάντα τῷ θεῷ δυνατὰ, ἀποκρινώμεθα τὰ πρέποντα αὐτῷ, καὶ πᾶσα λύεται ἀνωφελὴς ζήτησις. δύναται μὲν γὰρ πάντα, βούλεται δὲ τὰ ἄριστα.

Θεοφίλῳ. ριη.

Μὴ τὸν δόξαντα σοφόν τι πεποιηκέναι αἰτιῶ, ἀλλὰ τὸν μηδὲ τῇ τοσαύτῃ ἐπιεικείᾳ σωφρονισθέντα. ὁ μὲν γὰρ νομίσας τὸν ἐπ' αὐτοφώρῳ καταληφθησόμενον εἰς ἀναισχυντίαν τρέπεσθαι, ἑκὼν δέδωκε τῷ λαθεῖν ἐξουσίαν. ὁ δὲ τὸ σοφὸν νομίσας ἠλίθιον, τῷ μὴ δόξαι πεφωρᾶσθαι τὴν ἀναισχυντίαν ἔθρεψεν, ὕβρεσι τὸν εὐεργέτην ἀμειψάμενος.

Ὠφελίῳ γραμματικῷ. ριθ.

Ἐπειδὴ οἶδά σε καινοτέρας διψῶντα ἀκοῆς, καὶ οὐκ ἀφεξόμενον εἰ μὴ πάθοις, φράσω συντόμως, εἰ καὶ πέρα τῶν τῆς ἀνθρωπίνης διανοίας ὅρων εἶναι δοκοῖ τὸ παρὰ σοῦ ζητηθέν. τῶν ζώων, τὰ μὲν διαμασώμενα τὴν τροφὴν ζωοτοκεῖ. τὰ δὲ καταπίνοντα ᾠοτοκεῖ. καὶ τὰ μὲν ταῖς πρώταις ἀρκεῖται ὠδῖσιν ὡς τελεσφόροις. τὰ δὲ καὶ δευτέρας ἀνακινεῖ, ὅταν ὁ καιρὸς καλῇ τὴν εἰς ζῶα τῶν ᾠῶν μεταβολὴν, ἐπῳάσαντα ἐπὶ ῥηταῖς ἡμέραις, δύναμιν τινὰ ἐνιᾶσι φυσικὴν, ὥστε ἃ πρώην ἔτεκον ἄψυχα ψυχωθῆναι. οἱ γὰρ σπερματικοὶ λόγοι, οἱ παρὰ τοῦ δημιουργοῦ ἐξαρχῆς ταῖς φύσεσιν ἐντεθέντες ὑποτυφόμενοι, εἰ ἀναρριπισθεῖεν σπινθήρων τρόπον ἐν ὕλῃ κατὰ τὰς τῶν χρόνων συναυξήσεις ἐξάπτεσθαι φιλοῦσιν, ὥστε θαυμάζειν μὲν χρὴ τὰ γιγνόμενα εἰς τὸν πάνσοφον δημιουργὸν ἀναφέρειν τὸ θαυ-

monstratæ sunt eæ calumniæ, quæ aduersus huiusmodi sermonem intẽtantur. Cæterùm, vt ne has rursum excitare, atque audientium aures labefactare possint, si ex nobis quæratur, an omnia Deo possibilia sint, respondeamus, eum omnia hæc posse, quæ ipsius naturæ consentanea sunt: atque ita inutilis omnis quæstio soluta erit. Potest enim omnia: vult autem optima.

Theophilo. 118.

Ne eum, qui solers aliquid fecisse visus est, accuses: verùm eum, qui ne tanta quidem facilitate ac mansuetudine melior factus est. Nam ille, quòd existimasset eum, qui in manifesto crimine deprehenderetur, in impudentiam conuersum iri, vltrò ac sponte ei latendi potestatem dedit. Hic autem sapientiam stultitiam esse arbitratus, quòd se minimè deprehẽsum esse existimasset, impudentiam suam aluit, hominem de se bene meritum contumeliis remunerans.

Ophelio Grammatico. 119.

Quoniam te nouæ auditionis siti flagrare compertum habeo, nec omnino abstiturum, nisi addiscas, breuiter explicabo, etsi humani ingenij limites excedere videtur id quod abs te quæsitum est. Ex animantibus, eæ quæ cibum rumināt animalia pariunt. Quę autem bibunt, oua procreant. Atque illæ quidem primo partu contentæ sunt, vt perfecto & absoluto: hæ autem secundum etiam repetũt. Nam cùm tempus, vt oua in animalia mutentur, exposcit, certis dierum spatiis ouis incubantia, naturalem quandam vim ipsis immittunt, vt, quæ prius inanima pepererãt, anima donentur. Etenim seminales rationes, quę à summo illo effectore naturis primùm insitæ sunt, suffumigantes, si velut flatu quodam excitentur, scintillarum instar per temporum incrementa in materia inflammari consueuerunt. Quamobrẽ ea quidem, quæ fiunt, admirari ac suspicere oportet: verùm miraculum illud ad sa-

pientissimum opificem referre. Hæc enim non animantium in sui cõseruatione prouidentiam declarant (siquidem eorum natura imaginatione, non ratione vtitur) verùm naturam eam, quæ anima regit ac moderatur. Etenim animalia ingenio ac mente nihil efficiunt: at natura illa variorum generum effectrix cuique animanti ad ea, quæ ipsi vtilia sunt, numeris omnibus absoluenda impetus atque appetitiones inserit.

Ausonio Correctori. 120.

Ad eorum, qui paupertate, vel alicuius potentia premuntur, deprecationes, apertas aures habe, vir admirande: per lenitatem ac facilitatem, iis etiam, qui tardiùs locuti sint, ad loquendi viam ducem te præbens. Contrà ad maledicorum & calũniatorum fictos sermones easdem clausas atque inuias custodi, eorũ ad improbè lo-
Eccl.7. quẽdum impetum per toruũ atque horrẽdum aspectum coercens ac reprimens.

Theoni Episcopo. 121.

Zosimum & Palladium, Maronem item & Eustathium, aliósque, quos enumerasti, qui pietatem ita eiurarunt, atque sacerdotij dignitatem contumeliis affecerunt, non tam accusarim, quàm Eusebium qui omnibus istis causam præbuit. Nam nisi ipse illis sacerdotium, vt ais, vendidisset, in tantum scelus illi haudquaquam sese deuoluissent. Nam etiamsi priùs quoque, quàm in sacrosanctum ordinẽ cooptarentur, flagitiosissimi ac sceleratissimi essent: tamen non idem est laicum peccare quod sacerdotem: idque ex lege perspicuè constat. Tantum enim ea pro Sacerdote peccante sacrificium offerri præcipit, quã-
Leuit.4. tum pro vniuersa plebe. Quòd si par non esset peccatum, idem vtique sacrificium minimè indixisset. Maius porrò peccatum efficitur, non ob naturam, sed ob perpetrantis dignitatem. Nam qui id sibi sumpsit, vt aliorũ mores componat ac moderetur, si ipse labatur, maius ob dignitatis

μα. ταῦτα γὰρ ἐμφαίνει, οὐ τὴν τῶν ζώων τῆς οἰκείας διαμονῆς πρόνοιαν. φανταστικὴ γάρ ἐστιν αὐτῶν ἡ φύσις, οὐ λογική. ἀλλὰ τῆς τὰ ὅλα διοικούσης φύσεως. τὰ μὲν γὰρ οὐδὲν ἐργάζεται διανοίᾳ. ἡ δὲ ποικίλων οὖσα γενῶν δημιουργὸς, τὰς ὁρμὰς ἑκάστῳ ἐνδίδωσιν εἰς τὴν τῶν συντελούντων ἐκπλήρωσιν.

Αὐσονίῳ κορρίκτορι. ρκ.

Πρὸς μὲν τὰς ἱκεσίας τῶν ὑπὸ πενίας ἢ δυναστείας πολιορκουμένων, ἀναπεπταμένας ἔχε καὶ ἱππηλάτους, ὦ θαυμάσιε, τὰς ἀκοὰς, διὰ τῆς ἡμερότητος, καὶ τοὺς βραδύτερον φράζοντας ὁδηγῶν ἐπὶ τὴν τοῦ λέγειν ὁδόν. πρὸς δὲ τὰς τῶν κακηγόρων καὶ συκοφαντῶν λογοποιΐας, κεκλεισμένας ταύτας καὶ ἀβάτους διαφύλαττε, διὰ βλοσυροῦ βλέμματος ἀναστέλλων αὐτῶν τὴν ἐπὶ τὰ χείρονα λέγειν ὁρμήν.

Θέωνι ἐπισκόπῳ. ρκα.

Οὐ Ζώσιμον καὶ Παλλάδιον, Μάρωνά τε καὶ Εὐστάθιον, καὶ τοὺς ἄλλους, οὓς κατηριθμήσω, τοσοῦτον ἂν ἔγωγε αἰτιασαίμην, οὕτως ἐξορχησαμένους τὴν εὐσέβειαν, καὶ εἰς τὴν ἱερωσύνην ἐξυβρίσαντας, ὡς Εὐσέβιον, τὸν τούτοις ἅπασι τὴν αἰτίαν δεδωκότα. εἰ γὰρ μὴ αὐτὸς αὐτοῖς πέπρακεν, ὡς φὴς, τὴν ἱερωσύνην, οὐκ ἂν ἐκεῖνοι εἰς τοσαύτην ἐξώκειλαν κακίαν. εἰ γὰρ καὶ κάκιστοι ἦσαν πρὸ τῆς χειροτονίας. ἀλλ᾽ οὐ ταυτόν ἐστι, λαϊκὸν ἁμαρτάνειν καὶ ἱερέα. καὶ δῆλον ἐκ τοῦ νόμου. τοσαύτην γὰρ προστάττει θυσίαν ἀνάγεσθαι ὑπὲρ τοῦ ἁμαρτόντος ἱερέως, ὅσην ὑπὲρ παντὸς τοῦ λαοῦ. εἰ δὲ μὴ ἦν ἀντίρροπος ἡ ἁμαρτία, οὐκ ἂν τὴν αὐτὴν θυσίαν ἀνάγεσθαι ἐθέσπισε. μείζων δὲ γίνεται, οὐ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ ἀξίᾳ τοῦ δρῶντος. ὁ γὰρ τοὺς ἄλλους ῥυθμίζων εἰ πταίσειε, μεῖζον ἀπὸ τῆς ἀξίας ἀποφαίνει τὸ πταῖσμα· εἰ τοίνυν ὁ δοὺς τὸ σπέρμα τῶν φυτῶν

φυτῶν αἴτιος, εἰκότως καὶ Εὐσέβιος πλέον ἐκείνων θρηνεῖσθαι ἂν εἴη δίκαιος.

Λαμπετίῳ ἐπισκόπῳ. ρκβ.

Ἀποδέχομαι μέν σου τὸν θεῖον ζῆλον, ὅτι τὴν ἱερωσύνην ὑβριζομένην ὑπὸ Εὐσεβίου, τοῦ κατ᾽ ἀντίφρασιν τῆς εὐσεβείας οὕτως ἑαυτὸν κεκληκότος, θεώμενος ἀγανακτεῖς. ἐξ ὧν γὰρ ἱερωσύνης ἀνάξιος ὢν, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως εἰς ταύτην εἰσεκώμασεν, ἐκ τούτων καὶ τοῖς ἐπιτυχοῦσιν αὐτὴν νέμει, εὔωνον καὶ πεπατημένον πρᾶγμα, τὴν θείαν λειτουργίαν ἡγούμενος. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τῷ θείῳ καὶ ἀδεκάστῳ ταῦτα ἀνάκειται, τῷ νυνὶ μὲν μακροθυμοῦντι, ἵν᾽ εἰς μετάνοιαν τοὺς πταίοντας ἀγάγῃ, ὕστερον δὲ οὐκ οἴσοντι τὰ γινόμενα, ἀλλ᾽ ἀφορήτους ὁριοῦντι τὰς κολάσεις. ἑαυτῶν ἐπιμελόμενοι τὰς ἡσυχίας ἄγωμεν. εἰ μὲν γὰρ ἦν τι ἐκ τοῦ παρρησιάσασθαι κέρδος, οὐδενὶ ἂν παρεχώρησα, καί τοι διὰ τοῦτο πολλάκις ἐπιβουλευθείς. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ σιγῆς ὁ καιρὸς, ἀναμείνωμεν τὸν κριτήν.

Μάρωνι. ρκγ.

Μὴ τῷ συγγνώμης τυχεῖν προσδοκᾶν, διαπαντὸς πλημμέλει, ἀλλὰ τῷ μὴ πλημμελεῖν τὴν ἀσφάλειαν πορίζου. πολλοὶ γὰρ τῇ προσδοκίᾳ τῆς συγγνώμης πολλὰ δράσαντες, τῆς συγγνώμης διήμαρτον, μήτε γνωσιμαχήσαντες, μήτε συγγνωσθέντες.

Μαρτινιανῷ, Ζωσίμῳ, Μάρωνι, Εὐσταθίῳ. ρκδ.

Ἐπειδὴ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὁ τῶν τοῦ Χριστοῦ νοημάτων ταμίας, ὁ γῆν καὶ θάλασσαν ῥυθμίσας, ὁ βαρβάρους φιλοσοφεῖν ἀναπείσας, Ἑλλήνων χείρους ἀπεφήνατο εἶναι τοὺς τῶν πέλας ὀλιγωροῦντας. φήσας, εἰ δέ τις τῶν ἰδίων, καὶ μάλιστα τῶν

suæ gradum peccatum reddit: Quocirca si is qui semen dedit, stirpium causa est, meritò quoque Eusebium maioribus luctibus ac lamentis, quàm illos prosequi conuenit.

Lampetio Episcopo. 122.

Diuinum quidem tuum zelum probo, qui sacerdotij dignitatem ab Eusebio (qui per antiphrasim à pietate sibi nomen imposuit) contumelia affici perspiciens, indigneris ac stomacheris. Nam quia cùm sacerdotio indignus esset, nescio quo pacto in illud irrupit: hinc fit, vt quibusuis etiam illud tribuat, vilem scilicet ac protritam quandam rem diuinum ministerium existimans. Verùm quoniam hæc ad diuinũ & incorruptum iudicem spectant, qui nunc quidem animi æquitate ac lenitate vtitur, vt peccantes ad pœnitentiam adducat, postea autem ea, quæ fiunt minimè feret, verùm intolerandos cruciatus constituet, nostros ipsi animos curantes quietem agamus. Nam si quis fructus ex reprehendẽdi libertate oriretur, nemini ipse hac in re cessissem, etiamsi ob eam causam insidiis persæpe appetitus. Verùm cùm hoc tempus silentium postulet, iudicem expectemus.

Maroni. 123.

Ne consequendæ veniæ spe atque expectatione perpetuò pecca, verùm à peccato abstinendo securitatem tibi cõpara. Multi enim veniæ spe multis sceleribus admissis veniã minimè assecuti sunt: vt qui nec ad meliorem frugem se receperint, nec etiam veniam impetrarint.

Martiniano, Zosimo, Maroni, Eustathio. 124.

Quandoquidem Paulus, vas inquam illud electionis, ille Christi censuum pro- Act.9.
mus condus, qui terram ac mare composuit, qui barbaros ad philosophicum vitæ genus amplectendum adduxit, Gentilibus deteriores eos esse pronunciauit, qui pro-
ximos negligunt, his verbis vtens, Si quis 1.Tim.5.

suorum, ac maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior: ob eã causam ipse quoque, vt ad vos scriberem, adductus sum. Quid enim hoc loco per curæ vocabulum significari existimatis? An ciborum subministrationem? Equidem enim ipsi animæ curam intelligendam censeo. Quòd si refragemini, sic quoque id quod dixi magis confirmabitur. Nam si de corpore res ita se habet, cùmque qui necessariam alimoniam proximo minimè porrigit, Gentilibus crudeliorem esse pronunciauit, qui quod maius ac magis necessarium est, hoc est animæ curam, aspernatur, quo tandem loco ponetur. Quamobrem consilio meo parete, atque è furore vestro emergite.

οἰκείων οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὸ γράψαι ὑμῖν παρῆλθον. τί γὰρ ἡγεῖσθε τὴν πρόνοιαν ἐνταῦθα δηλοῦν; ἆρα τὴν τῶν τροφῶν χορηγίαν; ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν. εἰ δ' ἀντείποιτε, καὶ οὕτως, ὃ ἔφην, κυρωθήσεται μᾶλλον. εἰ γὰρ περὶ σώματος τοῦτ' ἔχει, φησὶ, καὶ τὸν μὴ ὀρέγοντα τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν ἑλλήνων ἔφησεν εἶναι ὠμότερον, ὁ τὸ μεῖζον καὶ ἀναγκαιότερον, φημὶ δὴ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν παρορῶν, ποῦ κείσεται. οὐκοῦν πείσθητε καὶ ἀνενέγκατε ἐκ τῆς μανίας.

Theodosio Presbytero. 125.

Episcopatus quidem & nomen, & res ipsa, cùm diuinum quiddam sit, atque omni alio munere ac dignitate præstantius, paucis quibusdam conuenit, hoc est iis, qui paternam curam, non autem tyrannicam vitæ licentiam, hanc dignitatem esse existimant. Quoniam autem nõnulli eam in imperium, vel potiùs, si liberè loquendum est, in tyrannidem commutarunt, illud scito, cùm conspicuum istud imperiũ maximáque contentione ac dimicatione expetitum, acrem nunc, si aliàs vnquam, sui amorem hominũ pectoribus iniiciat, séque facilè amantibus fruẽdum præbeat, apud cordatos omnes viros parui haberi. Siquidem illud pœnam potiùs pendentiũ, quàm honorem accipientium, esse arbitrantur. Vt plurimùm enim aliis præsunt, aliis seruiunt: aliis imperant, aliis ministrant: alios malè mulctant, aliis commodãt: aliis insultant, aliis succũbunt: alios metuunt, aliis odio atque acerbitati sunt. Quocirca ne mirum tibi videatur, quòd Hierax Presbyter, vir mente præditus, hoc munus, tanquam grauem quendam ac difficilem morbum defugerit.

Θεοδοσίῳ πρεσβυτέρῳ. ρκε.

Τὸ μὲν τῆς ἐπισκοπῆς καὶ ὄνομα καὶ πρᾶγμα θεῖον ὂν, καὶ κρεῖττον πάσης πολιτείας τε καὶ ἀξίας, ὀλίγοις δή τισι πρέπει· τοῖς πατρικὴν κηδεμονίαν ἀλλ' οὐ τυραννικὴν αὐτονομίαν εἶναι αὐτὸ οἰομένοις. ἐπειδὴ δὲ εἰς ἀρχὴν, μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ μετὰ παρρησίας εἰπεῖν, εἰς τυραννίδα αὐτὸ μετερρύθμισαν τινὲς, ἴσθι· ὅτι τῆς περιβλέπτου καὶ περιμαχήτου ἀρχῆς, νῦν εἴπερ ποτὲ σφοδρὸν ἑαυτῆς ἔρωτα τοῖς ἀνθρώποις ἐμβαλούσης, καὶ ῥᾳδίως ἑαυτὴν τοῖς ἐρῶσι παρεχούσης, μικρὸς αὐτοῖς ἅπασι τοῖς εὖ φρονοῦσι λόγος. τιμωρίαν γὰρ διδόντων, οὐ τιμὴν λαμβανόντων ταύτην εἶναι ἡγοῦνται, ὡς τὰ πολλὰ γὰρ τῶν μὲν ἄρχουσι, τοῖς δὲ δουλεύουσι. καὶ τοῖς μὲν ἐπιτάττουσι, τοῖς δὲ ὑπηρετοῦσι. καὶ τοῖς μὲν κακῶς ποιοῦσι, τοῖς δὲ χαρίζονται. τοῖς μὲν ἐπίκεινται, τοῖς δὲ ὑποπεπτώκασι. καὶ φοβοῦνται μὲν ἐκείνους, μισοῦνται δὲ ὑπὸ τούτων. μὴ θαύμαζε τοιγαροῦν, εἰ καὶ Ἱέραξ ὁ πρεσβύτερος νοῦν ἔχων, ἔφυγε τὸ πρᾶγμα, καθάπερ νόσημα ἀργαλεώτατον.

Τιμο-

Τιμοθέῳ ἀναγνώστῃ. ρκϛ.

Φοβοῦ ὅτι μάλιστα, ὦ φιλότης, σκανδαλίσαι τινά. μεθύει γάρ πως ἐν ἀνθρώποις τὸ ἀγαθόν· καὶ οὐδενὸς κατασείοντος ἕστηκε μόλις.

Timotheo Lectori. 126.

Illud, ô amice, quàm maximè time, ne cuiquam offensionis causam præbeas. Temulentum est enim quodammodo inter mortales bonum: ac, nemine etiam concutiente, vix consistit.

Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ.

Τῆς σῆς ἐστιν, ὦ πάντων ἄριστε, συνέσεώς τε καὶ αὐθεντείας, ταῖς κακίαις τῶν ἀρχόντων κεκμηκυῖαν τὴν ἐκκλησίαν τὴν κατὰ τὸ Πηλούσιον δυνάμεως καθαρότητι καὶ σπουδῇ ἀνακλήσασθαι. πάσας μὲν οὖν ἣν ὑπέμειναν ἀδικίας τε καὶ παροινίας, ληϊζομένη τε καὶ ὑβριζομένη ὑπὸ μοχθηρῶν καὶ κακούργων ἀνθρώπων. οἷς ἄν τις οὐδ' ἀλόγων ζώων ἀγέλην ἐγχειρήσειεν, μή τοι γε λογικῶν ἀνθρώπων, ὑπὲρ ὧν δεῦρο ἐφοίτησε, καὶ τὸ τίμιον ἑαυτοῦ αἷμα ἐξέχεεν ὁ Χριστὸς, οὐ τοῦ παρόντος φράσαι καιροῦ. μᾶλλον δὲ οὐδενὸς καιροῦ. εἰ γὰρ καὶ ὁ καιρὸς ἀπῄτει, πάντα λόγον ὑπερέβαινε τὰ ὑπὸ τούτων σκευωρηθέντα. ὀλίγα δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀναγκαῖον ἂν εἴη εἰπεῖν, ἃ μηδὲ βουλομένοις σιγῆσαι ἀτιμώρητον. ἀλλὰ γὰρ ἔοικας, ὦ θαυμάσιε, ἤδη ἀπαιτεῖν τὴν διήγησιν. διὸ δὴ καὶ αὐτὸς τῶν προοιμίων παυσάμενος ἐπὶ τὸ δρᾶμα τῷ λόγῳ βαδιοῦμαι. τοσοῦτον εἰπὼν, μὴ τοῖς λόγοις μετρεῖν τὰ γεγενημένα. οὐ γὰρ ἂν εὕρημεν λόγους ἐφαμίλλους τοῖς πεπραγμένοις, νικωμένοις ἁπάσης γλώττης ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας, ἀλλὰ τοῖς ἀκοιμήτοις τῆς διανοίας ὀφθαλμοῖς, κατοπτεῦσαι τὰ δραματουργηθέντα. τὸ μὲν οὖν δεδυσφημῆσθαι τὸ θεῖον, καὶ πεπορθῆσθαι τὴν πόλιν, καὶ πεπρᾶσθαι τὴν ἱερωσύνην, καὶ τετυραννῆσθαι τὴν ἐκκλησίαν, τῶν μὲν σπουδαίων ἐξοστρακιζομένων, τῶν δὲ μήτε τοὺς οὐδοὺς αὐτῆς ἐπιβῆναι ὀφειλόντων ἐγκρινομένων, καὶ τὰ θεῖα καὶ ἀπόρρητα αὐτῆς ἐμπιστευομένων μυστήρια. οὐχ ἡγοῦντο γὰρ ψυχὰς ἐμπιστεῦσθαι, ἀλλὰ τυραννίδα πατρῴαν παρειληφέναι. καὶ ὅτι τῶν μὲν πενήτων λόγος ἦν αὐτοῖς οὐδεὶς, τά τε ἐκκλησιαστικὰ χρήματα ἐληΐζοντο καὶ

Cyrillo Episcopo. 127.

Tuæ, vir omniũ præstantissime, prudentiæ atque authoritatis est, Pelusiensem Ecclesiam præfectorum & antistitum sceleribus fractam atque confectam, potentiæ integritate ac studio recreare. Ac quidem iniurias & petulantias omnes, quas ipsa perpessa est, ab improbis ac sceleratis hominibus, quibus ne brutorum quidem animantium gregem quisquam commiserit, nedum ratione vtentium hominum, quorum causa Christus huc venit, ac pretiosum suum cruorem effudit, direpta, contumeliísque vexata, dicendo aperire, non est huius temporis, imò nec vllius omnino. Nam etiamsi tempus id postularet, tamen quæ ab illis structa sunt, omnem sermonis facultatem superarent. Pauca autem in præsentia commemorare necessarium fuerit, & quæ ne si velimus quidem, silentio impunè præterire possimus. At enim, vir eximie, narrationem iã mihi exposcere videris. Quocirca ipse quoque exordiendi finem faciens ad exponẽdam tragœdiam me conferam. Illud duntaxat te priùs admonitum velim, ne ea quæ contigerunt, sermonibus nostris metiaris (neque enim orationem, ea, quæ perpetrata sunt, adæquantem inuenire queamus, cùm lingua omnis rerum veritate superetur) verùm vt peruigilibus animi tui oculis scelera ea quæ designata sunt, perspicias. Enimverò quòd Deus blasphemis impiísque vocibus impetitus sit, quòd direpta & expilata ciuitas, quòd venditum sacerdotium, quòd tyrannide oppressa Ecclesia (probis videlicet viris expulsis & exturbatis, iis autem, qui ne ipsius quidem limen conscendere debebant, al-

lectis, diuináque & arcana ipsius mysteria in fidem accipientibus. non enim se animarum curam suscepisse, verùm paternam tyrannidem accepisse iudicabunt) quod item pauperum ipsis nulla cura fuerit, verùm ecclesiæ opes diripuerint, atque in suas ambitiones insumpserint, quódque eos, qui pro virtute vel hiscere duntaxat ausi essent, ad sanguinem vsque vlti sint, ac denique alia id genus omnia prætermittã, hinc nimirum illud conspicuum faciens, me inuitum ad hos sermones delatũ esse. Quòd autem nunc designatum est (quandoquidem ne volenti quidem sine periculo reticere licet) quàm paucissimis verbis potero, non dicam planè ac dilucidè, sed exiliter & obscurè narrabo. Martinianus, qui ad diuinissimæ religionis labem ac perniciem Presbyter creatus est, (si tamen eum, qui ad grauissima, veniáque maiora crimina designandi potentiam, sacerdotij nomine abusus est, Presbyterum appellare fas est) haud scio à quibus ortum trahens, aut ex qua ciuitate oriundus: nam quòd, cùm seruus ipse esset, primúmque ætatis tempus haud piè sanctéque exegisset, profugerit, etsi id verum sit, prætereo. Neque enim, vt ipsum maledica oratione insecter, accedo: verùm vt Ecclesiam ab eo iniuria affectam fuisse doceam. Hic igitur, cùm se Pelusium contulisset, in extrema paupertate viuens, ac multorum ope subleuatus, Monachíque habitum induẽs & probæ ac temperãtis vitæ speciem præ se ferens, clerici munus, vt verè est, ipsius autem opinione imperium, captabat. Cùm autem præclarus vir, ac diuina sapientia plenus, Ammonius, huius vrbis Episcopus, perspicacissimis mentis oculis ipsius hypocrisim percepisset, nec spem vllam ei ad id perueniendi relinqueret, animaduertens se ob ingentem Antistitis prudẽtiam tempus incassum terere, apud alios hæc retia texere constituit. vt autem illic quoque, deprehensa ipsius improbitate, spe sua deiectus est, tandem cùm sapientem illum virum diem vitæ postremum clausisse, atque in cælestem regionem receptũ

εἰς οἰκείας ἀνηλίσκοντο φιλοτιμίας. καὶ ὅτι τοὺς ῥύξαι ὑπὲρ ἀρετῆς τολμήσαντας ἕως αἵματος ἠμύναντο. καὶ ὅσα τοιαῦτα παραλείψω, τοῦτο ἀποδεικνὺς, ὡς ἄκων εἰς τούτους ἐξηνέχθην τοὺς λόγους. τὸ δὲ νῦν σχημωρηθέν, ἐπειδήπερ οὔτε βουλομένῳ ἀκίνδυνος ἡ σιωπὴ, ὡς ἂν οἷός τε ὦ διὰ βραχέων ἀμυδρῶς. οὐ γὰρ ἂν φαίην σαφῶς διηγήσομαι. Μαρτινιανὸς, ὁ ἐπὶ λύμῃ τῆς θειοτάτης θρησκείας πρεσβύτερος χειροτονηθεὶς, εἴγε χρὴ πρεσβύτερον καλεῖν τὸν τῷ ὀνόματι τῆς ἱερωσύνης εἰς τὸ τὰ μέγιστα καὶ συγγνώμης μείζονα δύνασθαι κακουργεῖν ἀποχρησάμενον, οὐκ ἔχω λέγειν ἐκ τίνων καταγόμενος, ἢ ἀπὸ ποίας πόλεως ὁρμώμενος. τὸ γὰρ δοῦλον αὐτὸν τυγχάνοντα, καὶ πρώτην ἡλικίαν οὐκ εὐαγῶς βεβιωκότα ἀποδεδρακέναι, καίπερ ἀληθὲς ὂν, παραλείψω. οὐ γὰρ ἥκω κακῶς αὐτὸν λέξων, ἀλλ᾽ ὡς ἠδίκησε τὴν ἐκκλησίαν διδάξων. οὗτος τοίνυν ἐλθὼν ἐπὶ τοῖς Πηλουσίων τῇ πενίᾳ ἐσχάτῃ συζῶν, καὶ παρὰ πολλῶν ἐπικουρούμενος, τότε τοῦ μονάζοντος σχῆμα περιβαλλόμενος, καὶ σωφρόνως ζῆν ὑποκρινόμενος, τὴν τοῦ κληρικοῦ λειτουργίαν μὲν οὖσαν, ἀρχὴν δὲ δοκοῦσαν ἐθηρᾶτο. ὡς δὲ ὁ ἀοίδιμος, καὶ θείας σοφίας ἔμπλεως Ἀμμώνιος ὁ ταύτης ἐπίσκοπος, τοῖς διορατικωτάτοις τῆς διανοίας ὀφθαλμοῖς τὴν ὑπόκρισιν κατειληφὼς, οὐδὲ ἐλπίδα αὐτῷ τοῦ πράγματος κατελίμπανεν, ἐννοῶν ὡς εἰκῇ δαπανᾷ τοὺς χρόνους. συνετοῦ κομιδῆ ὄντος τοῦ ἡγουμένου, παρ᾽ ἄλλοις ταῦτα πλέκειν διέγνω τὰ δίκτυα. ὡς δὲ κἀκεῖσε φωραθεὶς, διήμαρτε τῆς ἐλπίδος. τέλος πυθόμενος τὸν μὲν πάνσοφον ἐκεῖνον κεκοιμῆσθαι, καὶ ἴσως οὐρανίαν χώραν γεγενῆσθαι, Εὐσέβιόν τε κεχειροτονῆσθαι, ἐπέπλει πάλιν τῇ Πηλουσιωτῶν, ῥᾳδίως αὐτοῦ τὴν ἀγχίνοιαν, ἵνα μὴ τὴν ἀπόνοιαν φράσω, μεταχειρίσασθαι οἰόμενος. καὶ δὴ ὡς τάχιστα τυγχάνει τοῦ σκοποῦ. οὐ χρὴ
γὰρ

γὰρ μακρηγορεῖν. ὅτι δὲ ὁ τὸ σπέρμα παρασχὼν τῶν φυτῶν αἴτιος, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου. τυχὼν τοίνυν τῆς χειροτονίας, καὶ τῶν ἱερῶν μυστηρίων μιαραῖς χερσὶν ἐφαψάμενος, ἣν πάλαι ὤδινεν, ἀπέτεκε νόσον. νομίσας γὰρ ἀβίωτον εἶναι ἑαυτῷ τὸν βίον, εἰ μὴ καὶ τὰ τῶν πενήτων χρήματα σφετερίσοιτο, ἐπαγγειλάμενος πάντα ὅσα, ὅσα ἂν περιποιήσοιτο, τῇ ἐκκλησίᾳ καταλείψειν. καὶ ταύταις δελεάσας ταῖς ἐλπίσι, πείθει, καὶ οἰκονόμον ἑαυτὸν καταστῆσαι. παραλαβὼν τοίνυν ἄνθρωπος ἐναγὴς, καὶ οὐδὲ ἐλευθερίως ἀχθεὶς, τὴν τῆς ἐκκλησίας οἰκονομίαν, οὕτως αὐτὴν διέθηκεν, ὡς οὐδ᾽ ἂν βαρβαρικὸς πόλεμος, πάντα τὰ εἰς ἀρετὴν βλέποντα τὰ σημεῖα τοῦ κάλλους αὐτῆς ἀφανίσας ἐλυμήνατο. δόλοις γὰρ καὶ μηχαναῖς, σκαιωρίαις τε καὶ ἐπιορκίαις χρώμενος ἐν τῷ μεταχειρίζεσθαι τὰ πράγματα, ἁπλοῦν μὲν οὐδὲν οὐδὲ δίκαιον ἔπραξε, τὴν δὲ κακουργίαν φρονήμασιν ὁριζόμενος, τοῖς ἐλευθερίως καὶ εὐλαβῶς ζῆν προῃρημένοις ἐπεφύετο. εὐήθεις μὲν τοὺς φιλαλήθεις καλῶν, συνετοὺς δὲ τοὺς κακούργους μεταχειριζομένους τὰ πράγματα, καὶ τοὺς μὲν φιλοσοφοῦντας ἠλιθίους, τοὺς δὲ παλιγκαπήλους, δραστηρίους. καὶ οὐκ ἔλεγε μὲν ταῦτα, οὐκ ἐποίει δὲ, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις τοὺς λόγους ἀπέκρυπτε. τὰ μὲν ἐκκλησιαστικὰ οἰκειούμενος χρήματα, τὰς δὲ χειροτονίας πιπράσκων, καὶ τοὺς μὲν φιλαρέτους ἐκβάλλων, τοὺς δὲ τὰ αὐτὰ δρῶντας αὐτῷ συγκροτῶν. ᾤετο γὰρ οὐκ ἄλλως ἕξειν τὴν τῇδε ἀσφάλειαν. κρίσεως γὰρ αὐτῷ λόγος ἦν οὐδὲ εἷς, εἰ μὴ πᾶν εἶδος ἀρετῆς ἐξορίσειε. ταῦτα δὲ ἔπραττεν ὑποχείριον τὸν ἐπίσκοπον, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως πεποιηκώς. οὕτω γὰρ αὐτὸν δεδούλωτο. λελέχθω γὰρ τἀληθὲς μετὰ παρρησίας. καὶ γὰρ οὐκ ἂν ἄλλως δυναίμην. ὡς εὐτελὲς καὶ ἀργυρώνητον ἀνδράποδον κεχειροτονημένον, ἵν᾽ ἅπερ ἂν Μαρτινιανὸς ἐπι-

esse, atque Eusebium Episcopum institutum esse resciuisset, Pelusium rursus aduolauit, quòd ita existimaret, se ipsius ingenium ac solertiam, ne dicam arrogantiam atque contumaciam, facilè tractaturum. Et quidem quàm celerrimè, id quod sibi proposuerat, est assecutus. quid enim longa oratione opus est? Quòd autem is, qui semen præbuit, stirpium causa sit, nemo scilicet ignorat. Cùm igitur, vt Presbyter crearetur, obtinuisset, ac sacrosancta mysteria impuris & scelestis manibus contrectasset, eum, quem pridem parturiebat, morbum peperit. Nam cùm acerbam sibi ipsi vitam esse duxisset, nisi pauperum etiã opes auerteret, pollicitúsque fuisset, se omnia ea, quæ acquireret, Ecclesiæ relictũrum, huius spei illecebra eam adduxit, vt se quoque Procuratorem ac dispensatorem constitueret. Quocirca impurus ac nefarius homo, ac ne ingenuè quidẽ educatus & institutus, accepta Ecclesiæ procuratione, his eam incommodis affecit, vt ne barbaricum quidem bellum signa omnia ad virtutem spectantia, deletis ipsius ornamẽtis, æquè eam peruastaturum fuerit. Fraudibus enim & machinis, callidisque artibus & periuriis in negotiorum administratione vtens, nihil quidem, quod simplex, & iustum esset, fecit, probitatem autem arrogantia animique elatione definiens, iis qui ingenuè ac piè viuere proposuerant, infestus erat, stolidos eos, quos veri amor tenebat, appellans, prudentes autem ac sagaces, qui subdolè ac veteratoriè negotia tractabant: ac stultos quidẽ & excordes eos, qui philosophiæ studebãt, dextros autem & ad agendum aliquid idoneos, qui ad cauponum morem vitam suam moderabantur. Nec verò hæc ita dicebat, vt tamen non faceret: verùm operibus ipsis sermones superabat: quippe qui Ecclesiasticas quidem opes sibi vendicaret, sacras autem ordinationes pretio addictas haberet, probísque viris expulsis, eos, qui eadem, quæ ipse, perpetrarent, ascisceret. Neque enim aliter se in hac vita (nam futuri iudicij nulla omnino cura

tangebatur) securitatem habiturum existimabat, nisi omne virtutis genus exterminaret. Hæc porrò perpetrabat, cùm sibi Episcopum haud scio quo pacto addictum atque obnoxium reddidisset. Ita enim ipsi addictus ac mãcipatus erat (dicam enim liberè quod verum est, neque enim aliter queam) vt vile ac pretio emptum mancipium, idcirco creatum & institutum, vt quicquid Martinianus imperaret, exequeretur. Etenim in eum furorem ipsum impulit (dicam enim quod malorum ab ipsis commissorum summum est, totiúsque tragœdiæ caput) his videlicet promissis quæ nunc Episcopus, amẽtiam suam prodẽs, apertè clamat, eo inescato, aut coacto, aut persuaso (neque enim ob absurditatis magnitudinem quo vocabulo vtar, scio) vt etiam in Ecclesiasticarum rationum libro, Ecclesiam, quæ iniuria affecta fuerat, ipsius ære obstrictam esse subscripserit. Aliter enim tutò se habiturum minimè putabat, quæ malis rationibus quæsiuerat, nisi Ecclesiã quoque sibi obæratam atque obnoxiam esse demonstraret: non quòd ea quæ ipse sacrilega manu surripuerat, ab ipsa repetere in animo haberet, sed quòd id ageret ac moliretur, ne ipsa à se reposceret. Vt autem misera ciuitas hæc eum machinari sensit: neque enim hæc obscura erant (nam quòd etiam ob eorum, quæ perpetrabat, magnitudinem, præstigiarum quoque insimulatus fuerit, quódque in fœdis flagitiis criminibúsque deprehẽsus, minimè dicã) sæpe quidẽ ipsum interficiẽdi ac de medio tollendi impetũ cepit, verùm se repressit. Cùm autem ab omnibus accusaretur, & incesseretur, apud omnes quidem Episcopum, apud ipsum autem omnes in odium atque inuidiam vocabat: Illum nimirum aduersus probos viros armans, vt eam loquendi libertatem, qua omnes vtebantur, extingueret: eos autem docens, se esse, qui sacras ordinationes venderet, & castis ac frugi hominibus insidias moliretur, & Ecclesiæ opes interuerteret. Nam cùm aurum ipse acciperet, Ecclesiasticis rationibus ascribebat. Hæc

τάττοι, ποιήσοιεν· εἰς τοσαύτην γὰρ αὐτὸν μανίαν ἐξεβάκχευσεν· εἰρήσεται γὰρ τῶν κακῶν αὐτοῦ ὁ κολοφὼν, καὶ τῆς τραγῳδίας τὸ κεφάλαιον, ταῖς ἐπαγγελίαις ἐκείναις δελεάσας, ἃς νῦν διαῤῥήδην βοᾷ ὁ ἐπίσκοπος τὴν οἰκείαν ἄνοιαν ἐκπομπεύων, ἢ ἀναγκάσας, ἢ πείσας· οὐ γὰρ οἶδ' ὅτι φῶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀτοπίας, ὡς καὶ καθυπογράψαι ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς λόγοις, καὶ χρεωστεῖν τὴν ἀδικηθεῖσαν ἐκκλησίαν. ἄλλως γὰρ οὐκ ᾤετο ἀσφαλῶς ἔχειν, ἃ οὐ δεόντως ἐκτήσατο, εἰ μὴ καὶ τὴν ἐκκλησίαν ὑπόχρεων δείξειεν, οὐχ ἀπαιτῆσαι προσδοκῶν μὲν ἐσύλησεν, ἀλλὰ τὸ μὴ ἀπαιτηθῆναι παρ' αὐτοῖς θηρώμενος. ὡς δ' ἡ ἀθλία πόλις ᾔσθετο ταῦτα μηχανώμενον· οὐ γὰρ ἦν ἀφανῆ· τὸ γὰρ καὶ εἰς γοητείαν αὐτὸν ἐκ τῆς ὑπερβολῆς τῶν δρωμένων, διαβεβλῆσθαι, καὶ τὸ ἐπ' αἰσχροῖς, καὶ τὸ ὑπερορίοις πλάσμασι πεφωρᾶσθαι, οὐ φράσω. ὥρμησε μὲν αὐτὸν πολλάκις καὶ ἀνελεῖν, ὅμως δὲ ἐκράτησε τῆς ὁρμῆς. ἐγκαλούμενος δὲ παρὰ πάντων καὶ κατηγορούμενος, πᾶσι μὲν τὸν ἐπίσκοπον, αὐτῷ δὲ πάντας διέβαλλε· τὸν μὲν ἐξοπλίζων κατὰ τῶν φιλαρέτων, ἵνα πάντων σβέσῃ τὴν παῤῥησίαν· τοὺς δὲ διδάσκων, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ τὰς χειροτονίας πιπράσκων, καὶ τοῖς σώφροσιν ἐπιβουλεύων, καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας σφετεριζόμενος. χρυσίον γὰρ λαμβάνων τοῖς λόγοις τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὑπογράφει. ταῦτα δὲ ἔλεγε διὰ τούτων τῶν μηχανημάτων, τὴν ἐφ' οἷς ἔδρα ὀργὴν τῶν ἀνθρώπων σβέσειν οἰόμενος. ὡς δέ τινες καὶ αὐτῷ τῷ ἐπισκόπῳ ταῦτα κατεμήνυσαν, πλέον οὐδὲν ἤνυσαν· πιθανῶς δῆθεν αὐτοῦ φήσαντος, ἄνευ κατηγόρων μηδὲν δύνασθαι διαπράξασθαι. ὡς δὲ καὶ κατήγοροι νομίζοντες ἀληθεύειν αὐτὸν ἀνεφάνησαν· καὶ πολλοὶ καὶ ἀξιόπιστοι, καὶ ἀποδεῖξαι δυνάμενοι, οὐδ' οὕτως ἐπε-

ξῆλ-

ξῆλθεν, ὡς λοιπὸν πάσης σκήψεως ἐλεγχθείσης κοινωνὸν τῶν δρωμένων παρὰ πάντων εἰκότως ὑπονοεῖσθαι. μάλιστα μὲν γὰρ, οὐδ' εἰ μυριάκις ἀπὸ κερδῶν αἰσχρῶν ἐκεῖνος ἐπηγγείλατο πάντα τὰ προσποριζόμενα τῇ ἐκκλησίᾳ προσοίσειν, ἐχρῆν πάσας τὰς ἐκκλησιαστικὰς αὐτῷ παραδοθῆναι ἀφορμὰς, καὶ μυρίας ψυχὰς ἐκ τῶν δρωμένων σκανδαλίσαι. εἰ δὲ καὶ ταῖς ἐπαγγελίαις ἐδελεάσθη, ἀλογοθέτητον οὐκ ἐχρῆν καταλεῖψαι. εἰ δὲ καὶ λογοθετῆσαι ἔδει, μετὰ ἀκριβείας ἐχρῆν, βασανίσαντα μετὰ συνετῶν τινῶν καὶ ἐμπείρων τοὺς λόγους. αὐτὸς γὰρ καὶ τούτων, ὥσπερ οὖν καὶ τῶν ἄλλων καλῶν, ἄπειρος εἶναι λέγει. εἰ δὲ ἐν παραβύστῳ, καὶ μηδενὶ ἀνακοινούμενος τοὺς λόγους καθυπέγραφε, δῆλός ἐστιν οὐκ ἀπατηθεὶς, ὡς διαῤῥήδην βοᾷ τὴν κατάγνωσιν διὰ τοῦτο ἀποτρίψασθαι οἰόμενος. ἀλλὰ τὰ ἐκκλησιαστικὰ κακουργήσας, καὶ πᾶσαν ἐκείνην τὴν ἐκκλησίαν ἀπεμπωλήσας. ὥστε ὥσπερ πριάμενος, καὶ παρανόμως πριάμενος, παρανομώτερον τοῖς κτηθεῖσι χρήσασθαι διέγνω, κακῷ τὸ κακὸν ἰάσασθαι σπεύδων. πάντα γὰρ τὰ ἐκκλησιαστικὰ χρήματα ἐγκολπωσάμενος, ἢ ὡς αὐτὸς ἔφη, μερισάμενος μετὰ τοῦ ἐγχειρίσαντος αὐτῷ τὴν οἰκονομίαν, καὶ τῇ τοσαύτῃ τραγῳδίᾳ τὴν ὑπόθεσιν δεδωκότος, πρώην μὲν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν χρυσίον προέπεμψεν ἐπισκοπὴν, ὃ μηδὲ ἑαυτοῦ ἐπιτροπεῦσαι δυνηθεὶς θηρώμενος. ὅπερ μαθοῦσα ἡ σὴ ἁγιωσύνη, ὀφείλουσα αὐτὸν ἀποκηρύξαι, διὰ γραμμάτων ἠπείλησε, καὶ διεβεβαιώσατο εἰ τοῖς αὐτοῖς αὖθις ἐπιχειρήσειεν, ἀποκήρυκτον τὸν τοσαύτην ἀδοξίαν τῇ θειοτάτῃ θρησκείᾳ προστριβόμενον ἐν ὅλῃ τῇ αἰγυπτιακῇ διοικήσει. νῦν δὲ καὶ τῶν γραμμάτων, καὶ τῶν ἀπειλῶν καταφρονήσας, τὴν Ἀλεξάνδρειαν μαθὼν ἐξώρμησεν, ἑαυτῷ μὲν ἐπισκοπὴν μνηστευό-

autem eò dicebat, quòd se his artibus hominum iracundiam, ob ea, quæ perpetrabat, inflammatam extincturum arbitraretur. Vt autem nonnulli hæc ipsi quoque Episcopo indicarunt, nihil tamen propterea perfecerunt: quod nimirum ille se absque accusatoribus nihil efficere posse dixisset. Postea quàm autem accusatores etiam, eum vera loqui existimãtes, præstò fuerunt, & quidem multi, ac fide digni, quíque, quod dicerent, probare possent, ne sic quidem tamen in eum animaduerti: ita vt iam omni simulatione patefacta, eorum, quæ gerebantur, socius ac particeps esse ab omnibus existimaretur. Primùm enim nec si millies ille se omnia ea, quæ turpibus lucris collegisset, Ecclesiæ dono daturum recepisset, omnes tamen Ecclesiæ opes ipsi tradi, atque innumeris animis, per ea quæ fiebant, offensionem afferre oportebat. Deinde, etiamsi ipsius promissis illectus est, tamen eum à rationibus referendis immunem relinquere minimè conueniebat. Quòd si ab eo rationes quoque reposcere oportebat, id accuratè ac diligenter faciendum erat, nimirum ad perpendendas & excutiendas rationes, prudentes quosdam & peritos viros adhibendo. Nam ipse harum rerum, quemadmodum & aliarum bonarũ rudem se atque imperitum esse ait. Cùm autem in latebris, nec communicatis cum quoquam rationibus, subscripserit, perspicuum est eum, non deceptum ac circumscriptũ fuisse (quemadmodum apertè clamat, dum se reprehensionem atque condemnationem hac ratione à se depulsurum existimat) verùm Ecclesiastica bona versutè atque improbè labefactasse, cum iisque Ecclesiam vniuersam commutasse. Itaque iste, vt qui emisset, & quidem scelerate emisset, sceleratiùs adhuc emptis rebus vti constituit, malo videlicet malum sanare studens. Nam cùm Ecclesiasticas omnes facultates & copias in sinum condidisset, vel, vt ipse dixit, cum eo, qui huiusmodi administrationem ipsi commiserat, tãtæque tragœdiæ causam materiám-

que præbuerat, pattitus esset, nuper quidē aurum Alexandriam præmisit, Episcopatum (cùm ne sui quidem ipse curam gerere posset) aucupans. Quod cùm sanctitas tua comperisset, pro eo atque eum ab Ecclesia proscribere debebat, per literas comminata est atque affirmauit, se eum, si rursus idē aggrederetur, vt ingens diuinissimæ religioni dedecus inurētem, in tota Ægyptiaca regione proscripturū & abdicaturum. Atqui nunc (idem, literis tuis minisque contemptis ac pro nihilo habitis, Alexandriam pertexit, sibi quidem Episcopatum captans, tuæ autem famæ atque existimationi (vt qui sacras ordinationes pecunia addicas) labem inferens. Quæ cùm ita sint, tuæ (ô quonam te satis digno nomine nuncupem) animi magnitudinis atque præstantiæ est, plenam quidem & exactam scelerum ipsius pœnam ad incorruptum illud tribunal reseruare (nec enim hic fieri potest, vt quas meritus est, pœnas pendat) commoueri autem & incitari, ac primùm Ecclesiam iniquè læsam ac vexatam vlcisci; deinde autem existimationi tuæ cōsulere, minas nimirum in opus perducendo, eúmque ab Ecclesiæ gremio abdicando, (nam si, quod vt credam minimè adducor, non modò nihil huiusmodi patiatur, verū etiam Episcopus creetur, arcanum illud, quod rumoribus spargitur, verum esse inuenietur) ac postea eum vnà cum piis quibusdam Episcopis ac quæstus inimicis, huc mittendo, vt Ecclesiasticorum prouentuum rationes reddat, ac quæ debet, restituat, ac num quid Episcopo dederit (nam ipse nihil se accepisse, verùm impostruam sibi factam esse ait) planum faciat. Nam quin & tragœdiæ principi, qui vel furti socius fuit, vel inconsideratè subscripsit, Episcopalis muneris administratione interdicturus sis, aut, si veniam ipsi impertias, procuratorem saltem, qui ipsi grauiora, quàm quibus ignosci debeat, scelera perpetrare minimè permittat, instituturus sis. & postremo histrioni, callidum ipsius commentum væsanum ac stolidum esse ostēdens, ea, quæ ipse sibi deberi cōtendit:

μένος, τὴν δὲ σὴν λυμαινόμενος δόξαν, ὡς ἐπὶ χρήμασι χειροτονοῦσαν. τῆς σῆς τοίνυν ἐστὶν, ὅ,τι σε καλέσαι ἄξιον προσείπω, μεγαλονοίας, τὴν μὲν ἀκριβῆ τῶν πλημμελημάτων αὐτοῦ δίκην, τῷ ἀδεκάστῳ δικαστηρίῳ τηρῆσαι. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε αὐτὸν ἐνταῦθα τὴν ἀξίαν τιμωρίαν δοῦναι. κινηθῆναι δὲ, καὶ πρῶτον μὲν τῇ παρανομηθείσῃ ἐκκλησίᾳ ἀμῦναι. δεύτερον δὲ τῇ οἰκείᾳ ὑπολήψει βοηθῆσαι, τῷ τὰς ἀπειλὰς εἰς ἔργον ἀγαγεῖν, καὶ ἀποκηρύξαι τοῦτον. εἰ γὰρ, ὥσπερ οὐ πιστεύω, πρὸς τῷ μηδὲν τοιοῦτον παθεῖν, καὶ χειροτονηθείη, τὸ θρυλλούμενον ἀπόρρητον ἀληθὲς ἂν εὑρεθήσεται. ἔπειτα μετά τινων ἐπισκόπων εὐλαβῶν, οἷς τὸ κέρδος πολέμιον καθέστηκεν, ἐνταῦθα ἐκπέμψαι λόγον τῶν ἐκκλησιαστικῶν προσόδων δώσοντα, καὶ ἃ χρεωστεῖ ἀποδώσοντα. καὶ εἰ δέδωκέ τι τῷ ἐπισκόπῳ. λέγει γὰρ μὴ δεδόσθαι μὲν, ἠπατῆσθαι δὲ ἐλέγξοντα. ὅτι γὰρ καὶ τῷ μὲν πρωτοστάτῃ τοῦ δράματος, τῷ ἢ συγκεκλοφότι, ἢ ἀπερισκέπτως ὑπογεγραφότι, ἄβατον τὴν ἐπισκοπὴν καταστήσας. ἢ γοῦν συγγνοὺς ἐπίτροπον χειροτονήσας. τὸ οὐκ ἐπιτρέψοντα αὐτῷ μείζονα συγγνώμης ἁμαρτάνειν. τῷ δὲ τριταγωνιστῇ τὸ σοφὸν σκαιώρημα ἠλίθιον δείξας, ἄκυρα ποιήσας, ἃ λέγει ἑαυτῷ χρεωστεῖσθαι. πόθεν γὰρ τοσοῦτος πλοῦτος τῷ πενίαν ἐσχάτην νοσήσαντι, καὶ ἀπὸ τῶν τῆς ἐκκλησίας χρηματισαμένῳ προσόδων, οὐκ ἔστιν ἀμφίβολον.

Ἀθανασίῳ

cassa & irrita redditurus sis (vnde enim ei tantæ opes, qui extrema paupertate laborauit, atque ab Ecclesiæ facultatibus diuitias sibi comparauit?) haudquaquam dubium est.

Ἀθανασίῳ πρεσβυτέρῳ. ρκη.

Πυνθάνομαι ὅτι κόλακες ἐξήρτηνται τῆς σῆς γλώττης, ὀμνύοντες μὲν ὅτι πάντων ἄριστον εἴη, εἰ καί τι τῶν ἀτοπωτάτων ἕλοιο θαυμάσαι κακῶν. κακίζοντες δὲ ἢ, τάχος, εἰ καὶ αὐτὴν ἐκκακώσεις τὴν ἀρετήν. εἰ τοίνυν μὴ ἐθέλεις ἡμῖν πεισθῆναι, ἀλλά γε κἂν Ἰσοκράτει πείσθητι παραινέσαντι, μισεῖν τοὺς κολακεύοντας, ὥσπερ τοὺς ἐξαπατῶντας. ἀμφότεροι γὰρ πιστευθέντες, τοὺς πιστεύσαντας ἀδικοῦσι.

Athanasio Presbytero. 128.

Adulatores ex tua lingua pēdere audio, qui omnium optimum esse iurent, si quid etiam absurdissimorum vitiorum laudare atque admirari in animum induxeris: ac rursum, si virtutem quoque ipsam vituperandam susceperis, eandem quàm celerrimè vituperent, & insectentur. Quocirca si nobis obtemperare minimè vis, at Isocrati saltem obtempera, qui vt adulatores quemadmodū eos, à quibus decipimur, odio habeamus, admonet. Nam vtrique, si fidem nanciscantur, eos, qui ipsis fidem habuerunt, iniuria afficiunt.

Παύλῳ. ρκθ.

Ἔοικας θαυμάζειν, πῶς τὸν προδότην οὐκ ἔπεισεν ὁ Χριστὸς, καλὸν ἡγεῖσθαι τὴν ἀρετὴν, καί τοι πολλάκις περὶ ἀρετῆς, μᾶλλον δὲ οὐκ ἔστιν ὅτε οὐχ ὑπὲρ ταύτης ἐν συνουσίαις ἀκούσαντα. ἐγὼ δὲ θαυμάζω, πῶς τὸν ὅρον τῆς αὐτεξουσιότητος ἐπιστάμενος, περὶ τούτου ἐθαύμασας. οὐ γὰρ βίᾳ καὶ τυραννίδι, ἀλλὰ πειθοῖ καὶ προσηνείᾳ ἡ τῶν ἀνθρώπων σωτηρία κατασκευάζεται. διὸ καὶ τὸ κῦρος ἔχει ἕκαστος τῆς οἰκείας σωτηρίας. ἵνα καὶ οἱ στεφανούμενοι, καὶ οἱ τιμωρούμενοι, δικαίως ὑπομένοιεν ὅπερ ᾕρηνται.

Paulo. 129.

Mirari videris, quî factum sit, vt Christus proditorem minimè adduxerit, vt virtutem rem bonam esse existimaret: idque cùm de virtute persæpe, imò nunquam non de ea in ipsius colloquiis audisset. Ego contrà miror, quonam pacto cùm liberi arbitrij legem perspectam habeas, huius rei admiratione tenearis. Neque enim vi & coactione, sed persuasione ac lenitate, hominum salus comparatur. Vnde etiam suæ quisque salutis arbitrium habet: vt & qui corona donantur, & qui suppliciis afficiuntur, iustè, quod elegerint, percipiât.

Παμπρεπίῳ διακόνῳ. ρλ.

Ἐλεήμονα, ὦ φίλος, ἔχειν χρὴ τὴν ψυχήν. ὁ γὰρ τὴν πηγὴν τὴν τοιαύτην ἔχων, πάντα ἀναβλύσει τὰ καλά, κἂν χρήματα ἔχῃ, προήσεται· κἂν ἐν συμφοραῖς ἴδῃ τινά, κλαύσεται. κἂν ἐπηρεαζομένῳ περιτύχῃ,

Pampretio Diacono. 130.

Ad miserationem propensam, ô amice, animam habere oportet. Nam qui eiusmodi fontem habet, nullum boni genus est, quod non ex eo scaturiat. Siue enim pecunias habeat, eas profundet: siue aliquem in calamitatibus videat, lamen-

tabitur: siue in quempiam, cui iniuria inferatur, incidat, manum porriget. Denique nihil eorum, quæ ad ipsum attinent, prætermittet.

Antiocho. 131.

Vitium & homines à Deo auertit, & eos inter se disiunxit. Quamobrē illud quàm celerrimè fugere oportet, ac virtutem cōsectari, quæ & nos Deo conciliat, & inter nos connectit. Virtutis porrò ac philosophiæ regula est, simplicitas cum prudentia coniuncta.

Eutonio Diacono. 132.

Etsi Zosimus, qui Presbyteri speciem præ fert, petulanti admodum tyrannide in te debacchatur: at tu tamen ea, quæ à Iu-
Mat. 27. dæis aduersus Dominum perpetrata sunt, cum animo tuo perpendens (quo tempore terra quoque ipsa mouebatur, & cōcutiebatur, locum, quò fugeret, quærens, vt ne scelus illud perspiceret, quod aduersus Deum quidem suscipiebatur, verùm carnem duntaxat attingebat) fac strenuo ac generoso animo feras.

Timotheo Lectori. 133.

Exod. 21. Illud, Oculum pro oculo, & dentem pro dente, Iudæis à mansuetissima illa natura idcirco præscriptum ac lege sancitum esse opinor, non vt iis, à quibus iniuriam accepissent, veniam negarent, crudelésque se præberent, quemadmodum censent Manichæi, qui vetus Testamentum insectantur: sed vt eadem, quæ agunt perpeti metuentes, ab iniuria abstineant. Quod quanquam iustum & rationi consentaneum est, tamen diuina tranquillitas ad lenitatem & bonitatem spectās, hominésque ad eam acuens, per id quòd eum, qui iniuriam intulit, vlcisci sanxit, supplicij metu peccata repressit & coërcuit. Nisi enim sit, qui lacessat, ne quidem erit qui vlciscatur. Quamobrem sapientiæ Legislatoris altitudinem animaduertant, acnon promptè temeréque ipsum vt sæuum &

χεῖρα ὀρέξει. καὶ οὐδὲν παραλείψει τῶν εἰς αὐτὸν ἡκόντων.

Ἀντιόχῳ. ρλα.

Ἡ κακία καὶ θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἀπέστησε, καὶ ἀλλήλων διέστησε. ταύτην οὖν προτροπάδην φεύγειν χρὴ, καὶ διώκειν τὴν ἀρετὴν, τὴν καὶ θεῷ παριστάνουσαν, καὶ ἀλλήλοις συνάπτουσαν. ἀρετῆς δὲ καὶ φιλοσοφίας ὅρος, τὸ μετὰ συνέσεως ἄπλαστον.

Εὐτονίῳ διακόνῳ. ρλβ.

Εἰ καὶ Ζώσιμος ὁ δοκῶν εἶναι πρεσβύτερος, σφόδρα τῇ κατὰ σοῦ τυραννίδι μεθύων παροινεῖ, ἀλλὰ σὺ τὰ κατὰ τοῦ δεσπότου δραματουργηθέντα παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἐννοῶν, ὅτε καὶ ἡ γῆ αὐτὴ ἐδονεῖτο καὶ ἐκραδαίνετο, φυγῆς ζητοῦσα χώραν, ἵνα μὴ θεάσηται τὸ δρᾶμα τὸ κατὰ θεοῦ μὲν τολμώμενον, σαρκὸς δὲ ἁπτόμενον, φέρε γενναίως.

Τιμοθέῳ ἀναγνώστῃ.

Τὸ, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, οἶμαι νενομοθετῆσθαι τοῖς Ἰουδαίοις παρὰ τῆς ἡμερωτάτης φύσεως, οὐχ ἵνα ἀσύγγνωστοι ὦσι, καὶ πικροὶ τοῖς ἀδικοῦσιν, ὡς νομίζουσι μανιχαῖοι, διασύροντες τὴν παλαιὰν διαθήκην, ἀλλ' ἵνα τῷ δέει τοῦ παθεῖν ἃ δρῶσιν, ἀπέχωνται τοῦ τολμᾶν. εἰ καὶ δίκαιον καὶ εὔλογον καὶ ἀκόλουθόν ἐστιν ἀλλ' ἡ θεία γαληνότης εἰς ἡμερότητα βλέπουσα, καὶ εἰς ἀγαθότητα ὁρῶσα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους εἰς ταύτην ἀλείφουσα, διὰ τοῦ τεθεσπικέναι ἀμύνεσθαι τὸν δρῶντα, τῷ φόβῳ τῆς τιμωρείας περιανέστειλε τὰ πταίσματα. τοῦ γὰρ δρῶντος μὴ ὄντος, οὐδ' ὁ ἀμυνόμενος ἔσται. συνορατωσαν οὖν τὸ βάθος τῆς σοφίας τοῦ νομοθέτου, καὶ μὴ ἐκ τοῦ προχείρου, ὡς ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον αἰτιάσθωσαν.

σθωσαν. τὸ γὰρ ἐν εὐαγγελίοις εἰρημένον, Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, οὐκ ἔστιν ἐναντίον, ἀλλὰ μεῖζον, καὶ κρεῖττον, καὶ τῆς ἀκροτάτης φιλοσοφίας ὅρος. ἐκεῖνα γὰρ μὲν ὑπὲρ τοῦ μηδ' ὅλως δρᾶσαι νενομοθέτηται. τὸ γὰρ ἀσμένως πάσχειν οὐκ ἂν ἤκουσαν αἱμάτων διψῶντες ἄνθρωποι. ταῦτα δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ προθύμως πάσχειν πεφιλοσόφηται. ὁ δὲ συγκριτικὸς χαρακτὴρ, οὐκ εἰς τὴν ἐναντίαν ἐξωθεῖ τάξιν τὰ συγκρινόμενα. ἀλλ' εἰς τὴν αὐτὴν μὲν ὑπεροχὴν δείκνυσι καὶ ἐλάττωσιν. καλὸν μὲν γὰρ τὸ μὴ δρᾶν τι κακὸν, κρεῖττον δὲ τὸ καὶ προθύμως πάσχειν. καλὸς ὁ γάμος, ἀλλὰ κρεῖττον ἡ παρθενία. καλὴ ἡ σελήνη, ἀλλὰ κρείττον ὁ ἥλιος. ὥσπερ οὖν τῆς μὲν σελήνης καλῆς οὔσης, τοῦ δὲ ἡλίου κρείττονος εἷς ἐστιν ὁ δημιουργὸς, οὕτω καὶ παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης εἷς νομοθέτης, ὁ σοφῶς καὶ προσφόρως, καὶ καταλλήλως τοῖς καιροῖς νομοθετήσας.

Τῷ αὐτῷ. ρλδ.

Ἀρετὴ μὲν, καὶ τρόποις, οὐ καταισχύνει τὴν ὁμοτιμίαν. χρὴ δέ σε τῶν ἀδυνάτων μὴ ἐρᾶν. ἀλλ' ἐκείνων ἀφέμενον, τὰ εἰκότα εὔχεσθαι. ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς ὁ ἱεροφάντης, καὶ Παῦλος ὁ θεσπέσιος, ἐν ἐνίοις, οὐχ ὧν ἤτησαν, ἔτυχον. ἀλλ' ὅτι μὴ καλῶς ἤτησαν, ἐδιδάχθησαν.

Νεμεσίῳ. ρλε.

Τὸ, ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. οὐ καταφορικῶς κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἡ ἱερὰ γραφὴ ῥητορεύουσα, καὶ τὸ λογικὸν διασύρουσα γένος εἴρηκεν. ἀλλὰ καὶ πάνυ πε-

crudelem accusent. Nam quod in Euangeliis dictum est, Si quis te percusserit in dextram maxillam, obuerte illi & alteram, non cum lege illa pugnat, sed maius ac præstantius est, summæque philosophiæ meta. Illa etenim, vt ne quidem omnino quispiam faceret, lege præscripta sunt: (nam vt æquo ac libenti animo pateretur, haudquaquam audire sustinuissent homines cruoris siti flagrantes:) hæc autem, vt etiam prompto animo patiatur, tradita & promulgata sunt. Porrò comparationis nota, ea, quæ comparantur, in contrariam classem haudquaquam contrudit: verùm in iis, quæ eiusdem classis & ordinis sunt, quid præstantius, quid inferius sit, ostendit. Etenim bonum quidem est malum minimè perpetrare: at melius, prompro quoque ac libenti animo perpeti. Bonum est Matrimonium: at melior Virginitas. Pulchra est Luna: at Sol præclarior. Quēadmodum igitur & pulchræ Lunæ & præstantioris Solis vnus idémque effector est: eodem modo & veteris & noui Testamenti vnus atque idem est Legislator, qui sapienter & ad tempora accommodatè ac consentaneè leges tulit.

Eidem. 134.

Virtus quidem moribus quoque decus suum probro atque ignominia minimè afficit. At te, ea, quæ assequi non potes, amare haudquaquam oportet: verùm his omissis, ea quæ consentanea sunt, optare. Quandoquidem etiam ille diuinarum rerum interpres Moses, ac diuinus Paulus in nonnullis rebus ea, quæ postulabant, haud obtinuerunt: verùm quòd non rectè postulassent, didicerunt.

Nemesio. 135.

Illud, Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, non acriter & vehementer aduersus homines declamans, genúsque ratione præditum insectans, diuina Scriptura dixit: verùm

admodum etiam parcè atque indulgenter. Nam si rem accuratè atque exactè perpēdere velimus, non iumentis duntaxat, sed etiam truculentis feris comparari posse videtur. Imò etiam eas superat, qui turpiũ affectionũ ac libidinum amator est. Quódque mirum, atque ab hominum opinione alienum est, quæque fera vni tantùm vitio seruit: at qui hominis speciem habet, omnibus vitiis in vnum congestis & cumulatis, vltra eorum temeritatem & amētiam progreditur. Ac ne me hyperbolicè loqui putes, res ipsas incorrupta mente perpendamus. Cùm enim quispiam vt taurus subsultat, vt asinus calcitrat, vt salacissimus equus in fœminas hinnit, vt vrsus voracitati studet, vt mulus corpus saginat, vt camelus iniuriarum memoriam retinet, vt leo irascitur, vt lupus rapit, vt scorpius ferit, vt serpens subdolus est, improbitatis venenum vt vipera conseruat, opes denique, vel, vt rectiùs loquar, peccata cumulat, vt scarabeus scarabeas, quonam pacto quispiam hunc belluino animo prçditum, inter homines recensere poterit, cùm mitis ac placidæ naturæ lineamenta in eo minimè perspiciat, verùm Scyllæ cuiusdam & Chimæræ, atque Hydræ (iuxta externas fabulas) fœtorem cernat? Quòd si quæras, Quidnam igitur faciendum est? illud respondeam, spirituale specillũ, hoc est, sacras scripturas in quibus & proborũ virorum historia, & salutares leges à Deo positæ continentur, perpetuò in manibus habendum esse. Hoc enim speculum non modò deformitatem ostendit: sed etiam, si velimus, in incredibilem quandam pulchritudinem immutat.

Timotheo clarissimo. 136.

Pietate, optime vir, nihil vtilius atque conducibilius. Nam ea laureatis quoque Imperatoribus sartam tectámque subditorum obedientiam seruat. Hãc igitur ante oculos propositam habens, da operam, vt imperij scapham modereris: quò trãquilli, quantum in te situm erit, ij, quibus præes,

φεισμένας. εἰ γὰρ τὴν ἀκρίβειαν ἐξετάσοιμεν, οὐ τοῖς κτήνεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀτιθάσσοις θηρίοις κινδυνεύει ἐοικέναι. μᾶλλον δὲ καὶ ὑπερβάλλει ταῦτα, ὁ τῶν αἰσχρῶν παθῶν ἐραστής. καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον τοῦτ' ἔστιν, ὅτι ἕκαστον μὲν τῶν θηρίων ἑνὶ ἐλαττώματι δουλεύει, ὁ δὲ δοκῶν ἄνθρωπος εἶναι, πάνθ' ὁμοῦ συμφορήσας, πορρωτέρω τῆς ἐκείνων ἀλογίας ὁδεύει. καὶ ἵνα μὴ ὑπερβολῆς εἶναι νομίσῃς τὰ ῥήματα, αὐτὰ τὰ πράγματα ἀδεκάστως βασανίσωμεν. ὅταν γάρ τις σκιρτᾷ μὲν ὡς ταῦρος, λακτίζῃ δὲ ὡς ὄνος, χρεμετίζῃ δὲ ἐπὶ γυναιξὶν ὡς ἵππος θηλυμανής, καὶ γαστριμαργῇ μὲν ὡς ἄρκτος, πιαίνῃ δὲ τὸ σῶμα ὡς ἡμίονος, μνησικακῇ δὲ ὡς κάμηλος. καὶ ὀργίζηται μὲν ὡς λέων, ἁρπάζῃ δὲ ὡς λύκος, πλήττῃ δὲ ὡς σκορπίος. καὶ ὕπουλος μὲν ὑπάρχῃ ὡς ὄφις, ἰὸν δὲ πονηρίας διατηρῇ ὡς ἔχις, χρήματα δέ, μᾶλλον δὲ ἁμαρτήματα συνάγῃ ὡς ὁ κάνθαρος τὴν κάνθαρον. πῶς δυνήσεταί τις μετὰ ἀνθρώπων τὸν θηριόφρονα τοῦτον ἀριθμεῖν, οὐχ ὁρῶν ἐν αὐτῷ τῆς ἡμέρου φύσεως τοὺς χαρακτῆρας, ἀλλὰ σκύλλης τινὸς καὶ χιμαίρας καὶ ὕδρας, κατὰ τοὺς ἔξωθεν μύθους, δυσωδίαν θεώμενος. εἰ δὲ φαίης, τί οὖν ποιητέον, φήσαιμι, ὅτι τὸ κάτοπτρον τὸ πνευματικὸν συνεχῶς μεταχειριστέον. φημὶ τὰς θείας γραφάς, ἐν αἷς καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐστιν ἡ ἱστορία, καὶ οἱ παρὰ τοῦ θεοῦ τεθέντες σωτηριώδεις νόμοι. τοῦτο γὰρ τὸ κάτοπτρον, οὐ δείκνυσι τὴν ἀμορφίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ μετατίθησιν, ἂν ἐθέλωμεν, εἰς κάλλος ἀμήχανον.

Τιμοθέῳ λαμπροτάτῳ. ρλϛ.

Εὐσεβείας οὐδέν, ὦ ἄριστε, ὠφελιμώτερον. αὕτη γὰρ σώζει καὶ τοῖς στεφηφόροις βασιλεῦσι τὸ ὑπήκοον. πρὸς ταύτην τοιγαροῦν βλέπων, εὐθύνειν πειρῶ τὸ τῆς ἀρχῆς σκάφος, ὅπως ἀχείμαστοι, τό γε σὸν μέρος, οἱ ἀρχόμενοι διαμένωσιν. εἰ δὲ πόνους ἔχει τὸ

πρᾶγ.

πρᾶγμα, ἔχει καὶ θυμηδίας. εἰ δὲ φαίης, οὐ κατὰ ταυτόν, φαίην. οὐ γὰρ οἷόν τε, ἐπειδὴ γὰρ πολεμοῦντα διαλλαγῆναι οὐκ ἀνέχονται, διὰ τῶν κορυφῶν συνήφθησαν. ᾧ γὰρ οἱ πόνοι παραγένωνται, ἐπακολουθοῦσιν ὕστερον καὶ αἱ θυμηδίαι.

Ἑρμίνῳ κόμητι. ρλζ.

Τὸ εὐημερεῖν τὸν πονηρόν, καὶ τὸ ἐν τοῖς εἰς ἄκρον χαλεποῖς γίνεσθαι τὸν ἐπιεικῆ, καὶ τῶν εἰς λῆξιν ἡκόντων ἐπαίνων ἔμπλεων, δυστέκμαρτόν ἐστιν ἀληθῶς καὶ δυσέφικτον, καὶ τῶν τῆς ἀνθρωπότητος μέτρων ἐπέκεινά τε καὶ πορρωτάτω. θείοις γὰρ κρίμασι παραχωρεῖν ἀναγκαῖον, καὶ εἴπερ βουλόμεθα φρονεῖν ὀρθῶς, μόνῳ τῷ ἀκηράτῳ νῷ τῆς οἰκονομίας τὴν γνῶσιν ἀνάψαντες, πρὸς τὰ ἐν χερσὶ βαδιούμεθα, ἃ καὶ μόλις παρ' ἡμῶν εὑρίσκεσθαι φιλεῖ. ἐπειδὴ δὲ οἴει δεῖν κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἐπαμῦναι τῷ λόγῳ, ἐπημύναμεν, ὥς γε ἠδυνήθημεν, ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας ἡμῖν γραφέντι λόγῳ, ᾧ ἐντυχὼν εἴσῃ τὴν λύσιν τοῦ προβλήματος.

Ἀφροδισίῳ πρεσβυτέρῳ.

Εἰ μὴ ἀκριβῶς ἐπεπείσμην, ὅτι τὸ λεῖπον τῇ ἡμετέρᾳ γλώττῃ ἡ σὴ ἀναπληροῖ σύνεσις, οὐκ ἄν μοι δοκῶ, τάδε χαράξαι τὰ γράμματα. τί οὖν ἐστιν ὃ ἠθέλησας μαθεῖν, δι' ἣν ὁ ἀπόστολος αἰτίαν ἔφη· Ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος θεοῦ ἀλλ' ἔννομος Χριστοῦ, ἵνα κερδήσω ἀνόμους. μάλιστα μὲν ἀκριβοῦς ταῦτα βασάνου δεῖται, ἕως ἂν ἡ κεκρυμμένη ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια, σαφῶς ὑποπέσῃ. συντόμως δὲ εἰρήσεται. ἐγένετο τοῖς

perstent. Quòd si hoc negotium labores habet, iucunditates etiam animíque voluptates habet. Quòd si dixeris, Non simul atque eodem tempore, respondeam, Nec enim fieri potest. Quandoquidem enim dum bellum gerunt, in mutuam gratiam redire non sustinent, idcirco per summitates copulantur. Nam ad quem labores accesserint, voluptates etiam atque oblectamenta postea subsequentur.

Hermino Comiti. 137.

Quòd improbus homo secunda omnia habeat, ac contrà vir probus, atque omnibus laudibus, quæ in hominem cadere possunt, cumulatus, in acerbissimis malis versetur, res profectò est coniectu atque comprehensu difficilis, atque humanæ naturæ modulum quàm longissimè excedens. Id enim diuinis iudiciis permittere necesse est. Ac si rectè sentire velimus, soli summæ illi atque ab omni labe alienæ mēti consilij huiusce cognitione appensa, ad ea, quæ in manibus nostris sunt (quæ etiã vix à nobis reperiri solent) nos cõferemus. Quoniam autem rectæ doctrinæ, quantum per viros licet, opem ferre oportere censes, in eo libro quem ad Gentiles edidimus, nos quoque pro virili nostra opem tulimus. Quem si legeris quæstionis huiusce solutionem intelliges.

Aphrodisio Presbytero. 138.

Nisi persuasissimum haberem, prudentiam tuam, id quòd linguæ meæ deerit, suppleturam, has vt opinor, ad te literas minimè cudissem. Quidnam igitur est, quod tibi explicari cupis? Quam ob causam ab Apostolo dictum sit, Factus sum
Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucri- 1. Cor. 9.
facerem: his qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cum tamen sine lege Dei non essem, sed sub Christi lege essem) vt eos, qui sine lege essent, lucrifacerem. Sanè hæc accuratam ac diligentem examinationem requirunt, quoadusque veritas, sub iis delitescens, perspicuè eluceat. Quã

paucissimis autē dicam quod sentio. Factus est Iudæis tanquam Iudæus, cùm in templo purificatus est, atque sacrificiū obtulit: circuncisóque Timotheo, eum ad Iudæos magistrū misit, per circuncisionem videlicet circuncisionē abrogās atque cōuellens. Quocirca non dixit, Iudæus: verū, tanquā Iudæus. Rursū iis qui sine lege essēt, tāquā sine lege esse, cū apud Atheniēses cōcionē habēs, nō à Prophetis, nec à Lege dissertit, verùm ab ara materiā eos admonēdi traxit: vt nimirū eos ex suismet dogmatibus subigeret atque expugnaret. Eáque de causa non dixit, sine lege, sed tanquam sine lege. Illud autē, cùm sine Dei lege non essem sed sub Christi lege, vel pro eodem posuit (nā in vna & eadē essentia discrimē nō est. hoc enim alio loco demonstrare cupiens, dixit, Igitur & qui māducat, Domino māducat, & gratias agit Deo) aut, si id coactū atque cōtortum esse existimas, illud ab eo indicari arbitror, quòd non tantùm iuxta Legis præscriptum (quæ à nonnullis Patri ascribebatur, ac propter discentium habitum & affectionē, non autē ob Legislatoris dignitatē atque amplitudinē, paruulis potius conueniebat) vitam suam moderatus sit, verùm etiā iuxta cæleste, ac numeris omnibus absolutam Christi legē: hoc est, tanquā non que lege esset, iuxta veterrem legē: at etiam in lege iuxta Euangeliū: Nō extra legem: at etiam intra gratiam: Non lactis expers: at etiam solidi cibi particeps: Palæstræ non rudis & imperitus, at etiā in Olympicis certaminibus luculēter ac splēdidè versatus. Non mœchatus sum: quòd lex id vetaret: at ob Euangeliū ne impudicis quidē oculis mulierē conspexi. Nō cædē perpetraui, metu deterritus: at idē amore ductus, iræ quoque imperaui. Nā vt qui veterem legem seruauerat, diuinæ legis expers non erat: sic qui nouam seruat, in Christi lege est. His porrò verbis non hac mente vtebatur Apostolus, vt Patri legem, Filio Euangeliū attribueret, sed quòd ad multorū suspicionē & iudiciū respiceret. Nā alioqui omnia, quę Patris sūt, Filij quoque sunt: ac rursū quę filij sunt, Patris sunt.

Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, ὅτε ἐν τῷ ἱερῷ ἡγνίσατο, καὶ ἔθυσε, καὶ περιτεμὼν Τιμόθεον, Ἰουδαίοις πέπομφε διδάσκαλον, διὰ περιτομῆς τὴν περιτομὴν ἀναιρῶν. διὸ οὐκ εἶπεν, Ἰουδαῖος, ἀλλ' ὡς Ἰουδαῖος, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, ὅτε Ἀθηναίοις δημηγορῶν, οὐκ ἀπὸ προφητῶν, οὐδ' ἀπὸ τοῦ νόμου διελέχθη, ἀλλ' ἀπὸ βωμοῦ τὴν παραίνεσιν ἐποιήσατο, ἀπὸ τῶν οἰκείων αὐτοὺς χειρούμενος δογμάτων. διὸ οὐκ εἶπεν, ἄνομος, ἀλλ' ὡς ἄνομος. τὸ δὲ μὴ ὢν ἄνομος θεοῦ ἀλλ' ἔννομος Χριστοῦ, ἢ ὡς ἀδιάφορον εἶπεν. ἐπὶ γὰρ μιᾶς οὐσίας, οὐκ ἔστι διαφορά. τοῦτο γὰρ ἀλλαχοῦ δεῖξαι βουλόμενος ἔφη, ὥς τε καὶ ὁ ἐσθίων, κυρίῳ ἐσθίει. καὶ εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ, ἢ εἰ τοῦτο βεβιασμένον ἡγῇ, οἶμαι τοῦτο μηνύειν, τὸ μὴ μόνον κατὰ τὸν νόμον πεπολιτεῦσθαι τὸν τῷ πατρὶ παρά τισιν ἐπιγραφόμενον, καὶ διὰ τὴν ἕξιν τῶν μανθανόντων, οὐ διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ νομοθέτου νηπίοις μᾶλλον ἁρμόττοντα, καὶ στοιχειωθέντα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν τοῦ Χριστοῦ οὐράνιον καὶ τέλειον νόμον. οἷον οὐκ ἄνομος κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ ἔννομος κατὰ τὸ εὐαγγέλιον. οὐκ ἔξω τοῦ νόμου, ἀλλὰ καὶ ἔσω τῆς χάριτος. οὐκ ἄπειρος τοῦ γάλακτος, ἀλλὰ καὶ ἔμπειρος τῆς στερεᾶς τροφῆς. οὐκ ἀμελέτητος τῆς παλαίστρας, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὀλυμπίοις διαλάμψας. οὐκ ἐμοίχευσα διὰ τὸν νόμον, ἀλλ' οὔτε εἶδον ἀκολάστως γυναῖκα διὰ τὸ εὐαγγέλιον. οὐκ ἐφόνευσα διὰ τὸν φόβον, ἀλλὰ καὶ ὀργῆς ἐκράτησα διὰ τὸν πόθον. ὁ μὲν γὰρ τὸν παλαιὸν φυλάξας οὐκ ἦν ἄνομος θεοῦ, οὐδὲ τὸν νέον, ἐστὶν ἔννομος Χριστοῦ. ταῦτα δὲ ἔλεγεν οὐκ ἀποκληρῶν τῷ μὲν πατρὶ τὸν νόμον, τῷ δὲ υἱῷ τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν, καὶ δόξαν ἀφορῶν. πάντα γὰρ τὰ τοῦ πατρὸς τοῦ υἱοῦ ἐστί. καὶ τὰ τοῦ υἱοῦ, τοῦ πατρός.

Ἑρμο-

Ἑρμογένει ἐπισκόπῳ. ρλθ.

Ἡ ἀγάπη, ὦ πάντα μικρὰ πρὸς σὲ φθέγξασθαι, οἴχεται, πρᾶγμα ἔντιμον καὶ μέγα, καὶ λαμπρὸν, καὶ περὶ οὗ ὁ μὲν προφητικὸς χορὸς προεμήνυσεν. ὁ δὲ σωτὴρ δεῦρ' ἐπεφοίτησε. καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐκήρυξαν τῷ οἰκείῳ αἵματι τὰ θεσπισθέντα σφραγίσαντες. τοιγάρτοι τὰ ἑαυτῶν μόνον σκοποῦντες τὸν κοινὸν ἐχθρὸν ἀφέντες, κατ' ἀλλήλων ὁπλιζόμεθα. καὶ κινδυνεύει ὁ κατὰ κράτος ἡττηθεὶς, τῇ ἡμετέρᾳ διαστάσει νευρωθεὶς ἀναμάχεσθαι, καὶ νικᾷν. πέπτωκε μὲν γὰρ εἰ καὶ ἀπερισκέπτως θρασύνεται. ἡ δὲ ἡ ἡμετέρα ῥαθυμία καὶ ὁ πρὸς ἀλλήλους πόλεμος νεῦρα τῷ πεπτωκότι, καὶ ῥώμη γέγονεν ὡς κινδυνεύειν τόγε τῶν ῥαθύμων μέρος, τὸ γεγενημένον παρὰ τοῦ σωτῆρος κατόρθωμα. εἰ γὰρ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν, ἀλλάγε ἀληθὲς ὂν λελέξεται οἴχεσθαι. διὸ καὶ τυχὸν ἴσως τοῦτο ὅπερ ἐζήτησας μαθεῖν, διὰ τοῦ μελῳδοῦ προεμήνυσε. τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθοράν; τουτέστιν εἰς τὴν πολύφθορον τῶν ἀνθρώπων φύσιν. εἰ γὰρ καὶ ἄλλα τινὰ μηνύει. ἠθικώτερον μὲν γὰρ εἰς τὸν Δαβίδ. φυσικώτερον δὲ εἰς τὸν Ἀδὰμ ἐκλαμβάνεται. ἀλλάγε καὶ πρὸς τοῦτον ἐπιβλέπειν ἔδοξε πολλοῖς ἁγίοις τὸν σκοπόν. ἐγὼ μὲν γάρ φησι τοσοῦτον κατέβην, ὡς καὶ ἀπιστεῖσθαι παρὰ πολλῶν διὰ τὴν πολλὴν συγκατάβασιν, καὶ τὸν τύραννον ἐχειρωσάμην, καὶ βοᾷ ὁ τῶν σεραφὶμ λέγων θεωρός. δικαιοσύνην μάθετε ποιεῖν οἱ ἐνοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς. πέπαυται γὰρ ὁ ἀσεβής. ὑμεῖς δὲ τὸ πάσης ἐλπίδος κρεῖττον κατόρθωμα, καὶ τὸ ὑπερφυὲς, καὶ παντὸς ἐπέκεινα θαύματος τρόπαιον διὰ τῆς οἰκείας ῥαθυμίας προδεδώκατε. τίς οὖν ὑμῖν λελείψεται ἀπολογία;

Hermogeni Episcopo. 139.

Charitas, vt acerba omnia ad te loquar, perit & euanescit, res ingentis pretij, ac præclara & splendida, & de qua, tum Propheticus chorus vaticinatus est, tum Seruator huc venit, ac denique Apostoli conciones habuerunt, eáque, quæ sanxerunt cruore suo consignarunt. Ac proinde nostris duntaxat commodis quisque consulentes, omisso hoste alij aduersus alios arma induimus. Ac periculum est, ne ille, qui victus ac profligatus est, ob dissidia nostra collecto robore, acceptam cladem sarciat, victoriámque adipiscatur. Etenim ille quidem iacet, etiamsi audacia stolidè efferatur, at nostra ignauia, mutuúmque bellum, neruos iacenti ac robur attulerunt: ita vt, quantum quidem ad nostram socordiam attinet, metuendum sit, ne præclarum illud facinus quod à Saluatore editum est (etsi enim id dictu audax est, tamen quia verum est, dicetur) prorsus pereat. Vnde etiam hoc fortasse, quod tibi exponi cupis, per Psalmistam prædixit, his verbis vtens, Quæ vtilitas in sanguine meo, dum des- *Psal. 29.* cendo in corruptionem, hoc est ad hominum naturam multis corruptionibus obnoxiam? Etsi enim alia quoque nonnulla indicat (nam si moralem sensum spectes, de Dauide, si naturalem, de Adamo intelligitur) at ad hunc quoque scopum plerisque sanctis viris cēdere visus est. Ego enim inquit, vsque eò me demisi, vt etiam, ob ingentem demissionem multi ad credendum adduci nequeant, tyrannúmque subegi ac prostraui. Idque Seraphinorum *Esa. 26.* spectator his verbis clamat: Discite iustitiam facere, qui habitatis terram: compressus est enim impius. Vos autem facinus omni spe maius, excellénsque atque omnem admirationem excedens trophæū per inertiam vestram prodidistis. Quænā igitur vobis excusatio, quæ venia, quæ misericordia relinquetur, cùm hæc à vobis vita reposcetur, quam in scripturis dunta-

xat iram perspicio, alibi autem, atque in operibus, haudquaquam.

ποῖα συγγνώμη; τίς ἔλεος, ὅταν τοῦτον ἀπαιτηθείητε τὸν βίον, ὃν μόνον ἐν ταῖς γραφαῖς κείμενον ὁρῶ, ἀλλαχοῦ δὲ, καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων οὐδαμοῦ.

Maroni Presbytero. 140.

Ingentem hoc omnibus admirationem mouet, quòd cùm ipse in sceleribus ac flagitiis solutus sis, ac neque fræno pareas, nec obiurgatione castigeris, miserum tamen Zosimum, quem maximè imitaris, sannis ac dicteriis incessas. Nam si non eadem, quæ ille, perpetrares, eum corrigere non autem traducere, ac maledictis insectari oportebat. Cùm autem pictoribus accuratiùs & expressiùs eum in hoc imitatus sis, ea videlicet, quæ imitari minimè conueniebat. imitando consecutus, quid tu, cùm ipsius duntaxat stuporem ac væcordiam euulgare putes, tuũ quoque stuporem in publicum effers? Nam qui hæc audiunt, vtrũque qui lapidibus obruatur, dignum esse existimant, alterum nimirum vt vitiorum architectum, alterum vt discipulum: Quamobrem duorum alterum tibi faciendum est, nempe vt aut peccare desinas, aut eum, qui in iisdẽ, quibus tu flagitiis versatur, ne cauillis impetas. Hoc enim quauis re graui grauius est.

Μάρωνι πρεσβυτέρῳ. ρμ.

Λίαν θαυμάζουσιν ἅπαντες. πῶς ἄφετος ὢν ἐν τοῖς πλημμελήμασι, καὶ μήτε χαλινῷ πειθόμενος, μήτε ἐλέγχῳ σωφρονιζόμενος, Ζώσιμον τὸν δείλαιον κωμῳδεῖς, ὃν μάλιστα ζηλοῖς. εἰ μὲν γὰρ τὰ αὐτὰ αὐτῷ μὴ διέπραττες, διορθοῦν ἐχρῆν, οὐ μὴν κωμῳδεῖν. εἰ δὲ τῶν ζωγράφων ἀκριβέστερος μιμητὴς εἰς τοῦτο γέγονας, τὰ ἀζήλωτα ζηλώσας, τί τὴν ἐκείνου μόνον νομίζων ἐκπομπεύειν ἀναλγησίαν, καὶ τὴν σαυτοῦ δημοσιεύεις. οἱ γὰρ ἀκούοντες ἀμφοτέρους καταλευσθῆναι δίκαιον εἶναι νομίζουσι, τὸν μὲν ὡς ἀρχιτέκτονα τῶν κακῶν, τὸν δὲ ὡς γνήσιον φοιτητήν. δυοῖν τοιγαροῦν θάτερον δίκαιόν σε ποιεῖν, ἢ παύσασθαι ἁμαρτάνοντα, ἢ τὸν ταῦτά σοι δρῶντα, μὴ κωμῳδεῖν. τοῦτο γὰρ δεινῶν ἐστι δεινότερον.

Theodoro Presbytero. 141.

Si dicere fas est (fas est autem vera loqui, cùm quis pro virtute pugnat) periculum est, ne diuina prædicatio ab iis ipsis, qui eam tueri videntur, euertatur. Nam cùm contraria iis, quæ loquuntur faciunt, multos adduxerunt, vt sermonibus, quos habent, non secus ac fabulis attendant. Quocirca operæpretium est, vt ipsi periculum, quod sibi imminet, cogitantes, nihil non agant, quo illius expertes maneant.

Θεοδοσίῳ πρεσβυτέρῳ. ρμα.

Εἰ θέμις εἰπεῖν, θέμις δὲ ἀψευδεῖν ὑπὲρ ἀληθείας ἀγωνιζόμενον. κινδυνεύει τὸ θεῖον κήρυγμα ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν δοκούντων αὐτῷ συνηγορεῖν ἀνατετράφθαι. τἀναντία γὰρ ὧν φράζουσι δρῶντες πολλοὺς, ὡς μύθοις τοῖς λεγομένοις προσέχειν ἀνέπεισαν. χρὴ τοίνυν αὐτοὺς ἐννοοῦντας, ὡς ὁ κίνδυνος αὐτοὺς ὁρᾷ ἅπαντα πρᾶξαι, ὅπως τούτου ἀπείρατοι διαμένωσι.

Paulo. 142.

Minimè quidem oportet diuinitatis naturam Iudæorum more in vnum Deum

Παύλῳ. ρμβ.

Ἥκιστα μὲν χρὴ τὴν τῆς θεότητος φύσιν συστέλλειν Ἰουδαϊκῶς, εἰς μόνον

τὸν ἕνα θεὸν καὶ πατέρα. κατευρύνειν δὲ ὥσπερ εἰς ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα. προσώπων γὰρ ποιότητι καὶ ὑποστάσεων ἰδιότητι διαστέλλοντες, εἰς ἕνα πάλιν συστέλλομεν θεὸν, διὰ τὸ τῆς οὐσίας ταυτόν.

Τῷ αὐτῷ. ρμγ.

Ἄγαμαι τὴν ἀλήθειαν τὴν τῶν συνετῶν τὰς ψυχὰς εἰς τὸ καὶ τῇ τῶν οἰκείων δογμάτων προλήψει μαχέσασθαι περιστήσασαν. οὕτω γὰρ σαφὴ καὶ λαμπρὰν τοῖς βουλομένοις κατοπτεῦσαι τὴν περὶ τῆς ἁγίας τριάδος ἔννοιαν ἔχει. ὁ λέγων γὰρ ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεὸς, οὐ πρὸς τὸν ἀριθμὸν κατέδραμε τῆς μονάδος, ἀλλὰ πρὸς τὸ μυστήριον τῆς τριάδος. οὗ καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ ἐγκατέσπαρται ἡ διδασκαλία, ὡς καὶ Φίλωνα καίτοι Ἰουδαῖον ὄντα καὶ ζηλωτὴν, δι᾽ ὧν ἀπολέλοιπε συγγραμμάτων ἀπομαχέσασθαι τῇ οἰκείᾳ θρησκείᾳ. βασανίζων γὰρ τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ θεοῦ, ἐν εἰκόνι θεοῦ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, ἠναγκάσθη ὑπὸ τῆς ἀληθείας καὶ ἐξεβιάσθη, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον θεολογῆσαι. τί γὰρ εἰ καὶ δεύτερον τὸν συναΐδιον τῷ πατρὶ καὶ ἀριθμῷ, καὶ χρόνων ὄντα ἀνώτερον καλεῖ, τῆς ἀκριβείας μὴ ἐφικνούμενος. ὅμως ἔννοιαν ἔσχε καὶ ἑτέρου προσώπου. καὶ οὐκ ἐνταῦθα μόνον τοῦτο ἔπαθεν, ἀλλὰ καὶ τὸ θεὸς καὶ κύριος, ἑρμηνεῦσαι πειρώμενος, τῆς βασιλικωτάτης τριάδος, τὸ τῶν μὲν πάντη διαιρετῶν ἑνικώτερον, τῶν δὲ ὄντως μοναδικῶν ἀφθονώτερον· καὶ οὕτως κατὰ κράτος εἷλεν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, ὡς ἀναγκασθῆναι τοῦτο διαρρήδην καὶ εἰπεῖν, καὶ ἐν συγγράμμασι καταλεῖψαι. δύο γὰρ ἔφησεν εἶναι τὰς ὄντως δυνάμεις, ὧν ἡ μὲν ποιητικὴ καὶ εὐεργετικὴ, φησὶ, καλεῖται θεός. ἡ δὲ, βασιλικὴ καὶ τιμωρητικὴ, κύριος. οὐ πόρρω βαίνων τοῦ εἰπόντος, Χριστὸς θεοῦ δύναμις, καὶ θεοῦ σοφία. δύναμις οὐκ ἀνυπόστατος, ἀλλ᾽

ac Patrem contrahere, verùm in sanctam atque eiusdem essentiæ Trinitatem dilatare. Siquidem personarum qualitate atque hypostaseωn proprietate distinguentes, per essentiæ identitatem, eam rursum in vnum Deum contrahimus.

Eidem. 143.

Veritatem admiror, quæ prudentum ac sagacium hominum animos eò redegit, vt etiam iis dogmatibus, quibus priùs imbuti fuerant, bellum indixerint. Sic enim luculentam ad dilucidam, iis qui prospicere volũt sanctæ Trinitatis notionem habuit. Nam qui vnum Deum esse ait, non ad vnitatis numerum, verùm ad Trinitatis mysterium cucurrit: cuius in veteri quoque Testamento doctrina inspersa est: adeò vt etiam Philo, licet alioqui Iudæus, & quidẽ ingenti zelo præditus, per ea ingenij monumenta quæ reliquit, cum sua religione pugnam inierit. Illud enim quod à Deo dictum est, perpendens, Ad imaginem Dei fecit hominem, à veritate ipsa compulsus atque adactus est, vt Dei quoque verbi diuinitatem assereret. Quid enim? Etiamsi eum, qui eandem cum patre æternitatem habet, ac tẽpore omni sublimior est, secundum vocat, (quòd exactam veritatis doctrinam minimè assequeretur) tamen alterius quoque personæ notionem habuit. Neque id hoc duntaxat loco ipsi contigit: verùm etiã cùm illa verba, Deus & Dominus, exponere conatur, regiam Trinitatem hoc habere dixit, vt & ea, quæ omnino diuisioni subiciuntur, vnitate ac singularitate superet, & ea, quæ verè singularia sunt, copia vincat. Atque vsqueadeò ipsius animum veritas subegit, vt id apertè, & dicere, & literarum monumentis consignatum relinquere coactus sit. Duas enim veras potentias esse dixit, ex quibus ea quæ efficiens est, atque ad beneficia danda propensa, Deus vocatur: ea autẽ, quæ regia est, ac scelerum vindex, Dominus. Quibus verbis non longè ab eo recedit, qui dixit, Christus Dei virtus

Gene. 1.

1. Cor. 1.

& Dei sapientia: virtus inquam non hypostasis expers, verùm reipsa & verè consistens, atque omnipotens, & hypostasium architecta, eique cuius virtus est, viribus par. Ac rursum idem author spectaculum illud quod Moses vidit, explanans, his verbis vtitur: Spectaculum maximè stupendũ cernit. Ac paucis interiectis: In medio au-
Exod.3. tem flammæ forma quædam erat insigni pulchritudine, nulli earum rerum quæ in oculorũ aspectum cadunt, similis, diuinissimum simulachrum, quouis igne splendidiùs rutilans, quod quispiam eius, qui est, imaginem esse haud abs re sibi finxisset. Quòd si de imagine accuratè ac certò audire cuipiam cordi est, audiat Paulum de Christo ad hunc modum loquentem:
Coloss.1. Qui est imago Dei inuisibilis. Itaque ille quoque orthodoxã diuinitatis doctrinam attingit. Neque enim exactam ac numeris omnibus absolutam doctrinam ab eo requiras, qui omnino ob puram ac sinceram ingenij sagacitatem, & veritatem obtueri, & religionem suam oppugnare potuit. Verum illud cogita, quòd diuinitatis doctrinam haudquaquam in vnam personam conclusit, quemadmodum imperiti Iudæorum magistri, anticipata quadam opinione detenti, profitentur. Nec verò ex his duntaxat, tametsi ad percellendum animum vim maximam habentibus, in hanc, vt opinor, sententiam inductus est, verùm etiam ex hoc loco, Faciamus ho-
Gen.1. minem ad imaginem nostram & similitu-
Gen.19. dinem: & ex hoc, Pluit Dominus à Domino: & ex hoc, Vocauit Dominus in nomine Domini: & ex hoc, Dixit Dominus Domino meo: & ex hoc, In te Deus, & tu
Psa.109. es Deus. Nam eos qui Deum millies sanctum esse dicunt, & eos qui hæc verba,
Esa.6. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth, peruersè interpretari audent, istud
Psal.26. lucule̅ter refutat, Exquisiui faciem tuam, faciem tuam Domine requiram. Ne auertas faciem tuam à me. Nisi enim is, qui his verbis vsus est, sanctam Trinitatem prædicaret, superfluitatis haud immeritò accusari posset. Neque in hoc duntaxat loco

ἐνυπόστατος, καὶ παντοδύναμος, καὶ ὑποστάσεων δημιουργὸς, καὶ ἰσοσθενὴς ἐκείνου, οὗ δύναμίς ἐστι. καὶ πάλιν ὁ Φίλων περὶ τοῦ θεάματος οὗ εἶδε Μωϋσῆς ἐκφράζων, φησὶ, θέαμα πληκτικώτατον, ὁρᾷ. εἶτα μετ' ὀλίγα, κατὰ μέσην δὲ τὴν φλόγα μορφή τις ἦν περικαλλεστάτη τῶν ὁρατῶν ἐμφερὴς, οὐδενὶ θεοειδέστατον ἄγαλμα, φῶς αὐγοειδέστερον τοῦ πυρὸς ἀπαστράπτουσα, ἣν ἄν τις ὑπετύπωσεν εἰκόνα τοῦ ὄντος εἶναι. εἰ δέ τις περὶ τῆς εἰκόνος ἀκριβῶς βούλεται μαθεῖν, ἀκουέτω φράζοντος Παύλου περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου. οὐκοῦν κἀκεῖνος, θεολογίας ὀρθοδόξου ἅπτεται. μὴ γὰρ δὴ τὴν ἀκρίβειαν ζήτει παρὰ τοῦ δυνηθέντος ὅλως διὰ σύνεσιν εἰλικρινῆ, καὶ κατοπτεῦσαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ τῇ οἰκείᾳ θρησκείᾳ ἀπομαχέσασθαι. ἀλλ' ἐκεῖνο ἐννόει, ὅτι εἰς ἓν πρόσωπον οὐ συνέκλεισε τὴν θεολογίαν, ὡς οἱ ἀπαίδευτοι τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, προλήψει τινὶ κατεχόμενοι δογματίζουσιν. οὐκ ἐκ τούτων δὲ μόνον πληκτικωτάτων ὄντων εἰς τοσαύτην προήχθη, ὥς γε ἡγοῦμαι, τὴν ἔννοιαν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. καὶ ἐκ τοῦ, ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου. καὶ ἐκ τοῦ, ἐκάλεσε κύριος ἐν ὀνόματι κυρίου. καὶ ἐκ τοῦ, εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου. καὶ ἐκ τοῦ, ἐν σοὶ ὁ θεὸς, καὶ σὺ εἶ ὁ θεός. τοὺς γὰρ λέγοντας, ὅτι μυριάκις ἐστὶν ἅγιος ὁ θεός. καὶ τὸ, ἅγιος ἅγιος ἅγιος κύριος σαβαὼθ, παρερμηνεῦσαι τολμῶντας, λαμπρῶς ἐλέγχει τὸ, ἐξεζήτησα τὸ πρόσωπόν σου, τὸ πρόσωπόν σου κύριε ζητήσω. μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ. εἰ μὴ γὰρ τὴν ἁγίαν τριάδα ἀνεκήρυττεν, ὁ φράσας περιττολογίας δικαίως ἂν εἴη ἀπαιτηθῆναι δίκας. οὐ μόνον δὲ ἐν τούτῳ. χρῆναι γὰρ οἶμαι ἐπὶ σαφέστερον ὁρμῆσαι ῥητόν. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ, θῦσον τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ

τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. εἰ μὴ γὰρ ἡ τριὰς ἐνταῦθα σαφῶς ἐκηρύττετο, ἐχρῆν ῥηθῆναι, θῦσον τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος αὐτῷ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαι αὐτὸν ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελεῖταί σε, καὶ δοξάσεις αὐτόν. ἀλλ' οὕτω μὲν οὐκ ἐρρέθη. εἴρηται δὲ ὡς εἴρηται. σαφῶς γὰρ, καὶ διὰ τούτων, καὶ δι' ἄλλων πολλῶν, ἅπερ ἵνα μὴ μακρὸν ποιήσω τὸν λόγον, νῦν παραλείψω τοῖς ἀκούειν δυναμένοις. κηρύττει ἡ παλαιὰ διαθήκη, ὅτι οὐχ ἑνὸς προσώπου κηρύττει δεσποτείαν, ἀλλὰ τριῶν μὲν ὑποστάσεων, μιᾶς δὲ οὐσίας, ἵνα καὶ Ἰουδαίων στηλιτεύσῃ τὴν ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου οὐχ ὑγιῆ ἔννοιαν. οἷς καὶ Σαβέλλιος ἠκολούθησεν, ἴσως ἐκ τῆς ἄγαν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητος, εἰς τὸ μίαν ὑπόστασιν δογματίσαι νευρωθεὶς, καὶ Ἑλλήνων ἐξοστρακίσαι τὴν πολυθεΐαν ὧν Ἄρειος καὶ Εὐνόμιος ἑάλωσαν εἶναι φοιτηταὶ, τὴν τῶν ὑποστάσεων διαφορὰν, εἰς τὴν οὐσίαν παραλόγως ἑλκύσαντες. εἰ δέ τις φαίη, διὰ τί γὰρ μὴ σαφῶς καὶ διαρρήδην ἐξ ἀρχῆς ταῦτα κεκήρυκται; φαίην ὅτι μάλιστα μὲν τοῖς συνετῶς ἀκούουσι, λαμπρά ἐστιν αὕτη καὶ ἀπόδειξις, καὶ διδασκαλία, ὡς καὶ τῷ σοφῷ ἔδοξε Φίλωνι. εἰ δὲ καὶ συνεσκιασμένως ἐρρέθη, ἐκεῖνο λογίζεσθαι χρὴ, ὅτι Ἰουδαίοις τοῖς εἰς πολυθεΐαν ῥέπουσι νομοθετῶν, οὐκ ἐδοκίμασε διαφορὰν προσώπων εἰσαγαγεῖν, ἵνα καὶ μὴ διάφορον φύσιν ἐν ταῖς ὑποστάσεσιν εἶναι δογματίσαντες, εἰς εἰδωλολατρείαν ἐκκυλισθῶσιν. ἀλλὰ τὸ τῆς μοναρχίας ἐξ ἀρχῆς μαθόντες μάθημα, κατὰ μικρὸν τὸ τῶν ὑποστάσεων ἀναδιδαχθῶσι δόγμα, τὸ πάλιν εἰς ἑνότητα φύσεως ἀνατρέχον. ὡς εἶναι τὰ μὲν ἑνικῶς λεγόμενα τῆς ταυτότητος τῆς φύσεως παραστατικά. τὰ δὲ ὑπερβαίνοντα τὸν ἑνικὸν ἀριθμὸν τῶν ὑπο-

(opus enim esse existimo ad aliud apertius dictum me conferre) sed etiam in isto, Im- *Psal.49.*
mola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Et inuoca me in die *Ibidem.*
tribulationis: & eruam te, & honorificabis me. Nisi enim hic Trinitas apertè prædicaretur, dicendum erat, Immola Deo sacrificium laudis, & redde ipsi vota tua. Et inuoca eum in die tribulationis: & eruet te, & honorificabis eum. Verùm ad hunc modum minimè dictum est, sed vt superiùs commemoraui. Perspicuè enim tum per hæc, tum per alia multa, quæ ne nimis longam orationem habeam, iis, qui audire possunt, relinquo, vetus Testamentum prædicat, non personæ principatum, sed trium personarum & vnius essentiæ: quò nimirum hac ratione & Iudæorum haud rectam ac sanam de vna persona sententiã proscindat (quorum etiam vestigiis hæsit Sabellius ob ingentem Filij cum Patre æqualitatem, ad vnam personam profitendam fortasse confirmatus:) & Gentilium, quorum Arius & Eunomius discipuli esse deprehensi sunt, (vt qui personarum discrimen ad essentiam stultè atque absurdè traxerint) errorem, quo plures Deos colunt, submoueat. Quòd si quis quærat quidnam causæ sit, quamobrem non apertè ac dilucidis verbis hæc principiò minimè prædicata fuerint, hoc illi responderim: primùm quidem ac maximè, iis qui prudenter & acutè audiunt, claram ac lucidam esse hanc demonstrationem atque doctrinam, quemadmodum etiam erudito viro Philoni visa est. Atque vt etiam demus eam obscuræ & adumbratè traditam fuisse illud considerare operæpretiũ fuerit, quòd quoniam Iudæis, qui ad plurium Deorum cultum propendebant, leges præscribebat, personarum discrimen esse minimè duxit: vt ne ipsi diuersam quoque in personis naturam esse profitentes in Idolorum cultum laberentur: verùm de vnius principatus atque imperij dogmate prius eruditi, personarum doctrinam paulatim addiscerent: sic nempe, vt quæ vnicè ac singulariter diceren-

tur, eandem naturam esse declararent, quæ autem singularem numerum excederent, personarum proprietatem, quæ in vnam essentiam colligeretur, indicarent. Etenim varias ac dissidentes naturas docere, Gẽtilitium est: vnam autem personam seu hypostasim, Iudaicum. At personas in sanctam Trinitatem dilatare, atque in vnam essentiam colligere, rectissimum ac verissimum dogma est.

Eutonio Diacono. 144.

Matt. 13. Illud, Alius centũ, alius sexaginta, alius triginta, virginitatem & continentiam & matrimonium significare potest. Potest etiam rursum animæ institutionem & corporis ministerium, & pecuniarum largitionem designare. Maius enim ac præstãtius est animæ salutem afferre, quàm per corpus ministerium præstare, aut etiam pecunias largiri. Illud enim cum laboribus ac sudoribus efficitur: hoc autem ex rebus externis & aduentitiis præstatur.

Palladio Diacono. 145.

Ne dum per inficiationem id aucuparis, vt minimè errasse videaris, in aliud peccatum incidas (nemo enim malo malũ curat, incredibilis enim cuiusdam absurditatis hoc quidem etiam apud externos ac prophanos esse cẽsetur:) verũ per pœnitentiam allata peccato medicina in eũ statum te adducas, vt non iam ampliùs pecces.

Casio Scholastico. 146.

Tu quidem pecuniarum atque opum desiderio teneri videris, & quia incurabili morbo laboras, excusationémque huius culpæ captas, Demosthenem, (qui his verbis vsus sit, Opibus autem ac pecuniis opus est: ac sine iis, nihil eorum, quæ in rẽ sunt, fieri potest) aduersus nos armis instruxisse, vt qui inuicto Oratori reluctari minimè audeamus. Ego verò, quoniam tu in multis quidem tuis verbis meritò pau-

στάσεων ἰδιότητος τῆς εἰς μίαν οὐσίαν συναγομένης. τὸ μὲν γὰρ διαφόρους φύσεις ὑποτίθεσθαι, ἑλληνικόν. τὸ δ' ἓν πρόσωπον, ἤγουν μίαν ὑπόστασιν, Ἰουδαϊκόν. τὸ δὲ πλατύνοντα εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα τὰς ὑποστάσεις εἰς μίαν οὐσίαν συνάγειν, ὀρθότατόν ἐστι καὶ ἀληθέστατον δόγμα.

Εὐτονίῳ διακόνῳ. ρμδ.

Τὸ, Ὁ μὲν ἑκατόν. ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα, δύναται μὲν τὴν παρθενίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν, καὶ τὸν τίμιον γάμον μηνύειν. δύναται δὲ καὶ τῆς ψυχῆς τὴν διδασκαλίαν, τοῦ δὲ σώματος τὴν διακονίαν, τῶν δὲ χρημάτων τὴν ἐπίδοσιν δηλοῦν. μᾶλλον γάρ ἐστι τὸ σώζειν ψυχὴν, τοῦ διὰ σώματος τὴν διακονίαν πληροῦν. ὥσπερ καὶ αὐτῆς τῆς τῶν χρημάτων χορηγίας. ἡ μὲν γὰρ μεθ' ἱδρώτων καὶ πόνων γίνεται. ἡ δὲ ἐκ τῶν ἔξωθεν προσόντων πληροῦται.

Παλλαδίῳ διακόνῳ. ρμε.

Μὴ τῇ ἀρνήσει τὸ μὴ ἐσφάλθαι δοκεῖν θηρώμενος εἰς ἄλλο ἐκπέσῃς πλημμέλημα. οὐδεὶς γὰρ κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶται. ὑπερβολὴ γὰρ ἀτοπίας τοῦτό γε, καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν εἶναι κέκριται. ἀλλὰ τῇ μετανοίᾳ τὸ πταῖσμα ἰασάμενος, εἰς τὸ μηκέτι ἁμαρτάνειν κατάστησον σαυτόν.

Κασίῳ σχολαστικῷ. ρμϛ.

Αὐτὸς μὲν ὡς ἔοικας χρημάτων ἐρᾷν, καὶ διὰ τὸ ἀνηκέστῳ νοσήματι κεκρατῆσθαι ἀπολογίαν τε τοῦ τοιούτου πταίσματος θηρᾶσθαι τὸν Δημοσθένην εἰρηκότα, δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων, ἐφωπλικέναι. ὡς ἀντιπεῖν οὐ τολμῶσιν ἀμάχῳ ῥήτορι. ἐγὼ δὲ ἐπειδὴ σοῦ μὲν τοῖς πολλοῖς λόγος εἰκότως ὀλίγος. τοῦ δὲ ῥήτορος πολὺς, ἅτε ἐν τῷ πικρῷ

πικρῷ τε, καὶ δεινῷ, καὶ παθητικῷ, καὶ ἐναγωνίῳ, καὶ πολὺ τὸ ἐξηλλαγμένον ἔχοντι κατὰ τὰς νοήσεις, καὶ τὰς λέξεις ἁπάσας ὑπερβαλλομένου, ἡδέως ἄν σε ἐροίμην, πότερον ὡς δεινὸν ῥήτορα τοῦτον ἡμῖν ἐπετείχισας. καὶ δυνάμενον τέχνῃ τ' ἀληθὲς βιάσασθαι, ἢ ὡς ἀξιόπιστον μάρτυρα. εἰ μὲν γὰρ ὡς δεινὸν ῥήτορα, καὶ δυνάμενον τὴν αἰσχρότητα τοῦ σοῦ πάθους κοσμῆσαι, οὐκ ἂν αὐτῷ διαχωρήσαιμεν, εἰ καὶ αἰδούμεθα τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ προτιμήσαιμεν. εἰ δὲ ὡς ἀξιόπιστον μάρτυρα, ἡμεῖς μὲν οὐδὲν δυσχερὲς ἐροῦμεν. ἄλλοι γὰρ ἴσως αὐτὸν διαγράψοιντο, ὡς τέχνῃ λόγων τ' ἀληθὲς ἀμαυροῦν πειρώμενον, καὶ διὰ τοῦτο, οὐδὲ εἰς μαρτυρίαν προσφέρεσθαι δίκαιον ὄντα. τοὺς δὲ τἀναντία αὐτῷ καὶ φράσαντας, καὶ πράξαντας, ἀντιπαρατάξαντες, τῇ τῶν ἐντυγχανόντων κρίσει ἐπιτρέψομεν τὴν ψῆφον, τοσοῦτον αὐθαδείας ἑαυτοὺς πόρρω εἶναι πειθόμεθα. ἐκεῖνο ἐπειδὴ ἑλληνικά τι ὄντα, καὶ τὰ ἑλλήνων πρεσβεύοντα, χρὴ ἐκ τῶν σῶν σε χειρώσασθαι. ἀντιτακτέον τῷ ἀμάχῳ ῥήτορι, τὴν τοῦ Ἰσοκράτους ἀληθεστάτην καὶ σοφωτάτην παραίνεσιν, τὴν φάσκουσαν, πλοῦτος δὲ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτης ἐστὶν, ἐξουσίαν μὲν τῇ ῥᾳθυμίᾳ παρασκευάζων, ἐπὶ δὲ τὰς ἡδονὰς τοὺς νέους παρακαλῶν. οὗτος γὰρ παρ' ἐμοὶ κριτῇ ἐνδοξότερός ἐστιν ἐκείνου, οὐ δεινότητι. ἐν ταύτῃ γὰρ ἐκεῖνος κρατεῖ, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν ἐξετάζοντι. αὕτη γὰρ πανταχοῦ τῆς δεινότητος τοῖς ἔχφροσι προτιμητέα. εἰ δὲ ἐφάμιλλοί τισιν εἶναι δόξοιεν, οὐ φιλονεικητέον, ἀλλὰ δεικτέον πάντας τοὺς ἐνδόξους ἀνθρώπους τῷ Ἰσοκράτει συνᾴδοντας. καὶ πρῶτόν γε τὸ παλαιὸν ἔθος προσοιστέον. ἔθος γὰρ ἦν παλαιὸν μετὰ τὴν συμπόσιον, ἅπτεσθαι λύρας, καὶ ᾄδειν. ἀπόλλοιο, ὦ πλοῦτε. καὶ μήτε ἐν γῇ φανείης, μήτε ἐν θαλάσσῃ. εἰ δὲ καὶ

cus & exiguus es, in Oratoris autem illius multus atque ingens (si quidem ille in graui & amarulento, & commoto ac pugnaci dicendi genere, atque, tum quantũ ad sensus: tum quantum ad dictiones attinet, plurimùm ad aliis dissidenti, omnes à tergo relinquit) lubens ex te sciscitet, húncne vt disertum Oratorem, quique artis præstantia vim veritati afferre queat, nobis obieceris, an potiùs vt idoneum testem cui fides habeatur? Si enim vt disertũ Oratorem quique affectus tui turpitudinem verbis exornare possit, ei certè (tametsi alioqui hominem veneremur) minimè cedemus, verùm antiquiorem eo veritatẽ habebimus. Si autem vt fide dignum testem, nos quidẽ nihil molesti atque acerbi dicimus (alij enim fortasse ipsum, vt orationis artificio verum obscurare conãtem, ac propterea ne dignum quidem qui in testimonium proferatur, repudiarint) verùm iis qui contraria ipsi, & dixerint, & fecerint, in aciem contrà eductis, Lectorũ iudicio calculum permittemus. Vsqueadeo videlicet nos ab arrogantia & contumacia remotos esse confidimus. Quoniã igitur te, vt Gentilem, ac Gentilium dogmata profitentem ex tuis libris subigere oportet aduersus inuictum Oratorem opponenda nobis est verissima & sapientissima Isocratis admonitio, quæ est huiusmodi: Diuitiæ autem vitij potiùs quàm probitatis ac virtutis ministræ sunt: vt quæ licentiam quidem inertiæ afferant, iuuenes autem ad voluptates cohortentur. Hic enim, meo quidem iudicio præclarior illo est, non quidem eloquentia (nam ille hac superior est) verùm si quis veritatem expendat, hæc enim vbique apud cordatos viros eloquentiæ laudi antefertur. Quòd si pares inter se nonnullis illi videantur, de hoc contentio minimè excitanda est, verùm illud ostendendum, præclaros omnes viros Isocrati assentiri. Ac primùm quidem vetus consuetudo proferenda est. Apud veteres enim hoc in more positum erat, vt post conuiuium lyram caperent, illúdque canerent, ô diuitiæ, vtinam nec

in terra videamini, nec in mari. Quòd si altero adhuc teste opus sit, iustus etiam Aristides testimonio erit: vt qui cùm opes sibi comparare posset, paupertatem amplexus sit: adeò vt vrbs Atheniensis & eum extremo vitæ die functum publico sumptu inhumarit, & ipsius filias collata dote viris collocarit. Quòd si tertius quoque testis adhibendus est, calculum feret Thebanus Epaminondas, omnium illius vrbis Imperatorum præstantissimus, qui cùm in concionem vocaretur, eo die progredi detrectauit: quòd tum ipsius vestis ablueretur, nec aliam qua indueretur, haberet. Quòd si quartus quoque, sententiam etiã Crates feret, qui facultatib⁹ omnibus suis vrbis suæ Senatui cessit, dixítque, Crates Cratetem libertate donat. Quòd si etiam quintus, huic sentẽtiæ Phocio subscribet. Nam cùm Alexander Macedo centum ad eum talenta misisset, ex his, qui ea tulerãt, percontatus est, ecquid causæ esset, quãobrem ex tam multis Atheniensibus ad eum duntaxat Alexander misisset. Qui cùm respondissent, hac de causa id regem fecisse, quod eum probum atque honestum virum existimaret: tum ille, Sinat igitur me talem, & esse, & videri. Atque hæc iis, qui munus tulerant, locutus, pecunias quidem remisit, ad Alexandrum autem scripsit, vt, si sibi gratificari vellet, eos, quos Sardis captiuos tenebat, dimissos faceret, quod etiam ab eo factum est. Vides quẽadmodum officio quoque fungi citra pecunias liceat. Quòd si sextus etiam producendus est, calculum item feret Plato (principem enim iam profero, quem ne reiicere quidem poteritis. (vsqueadeo magnum quendam & eximium virum eum esse ducitis) qui ne quis aurum & argentum possideat, interdicit. Quin Lycurgus quoque Lacedæmoniorum legislator (nam ne septimo quidem calculo deficiemur) capite sanxit, si quis nummum Lacedæmonem importasset. At si omissis calculis ipsam rei naturam expendere oportet, nullum in humana vita scelus reperietur, quod non ob pecuniarum amorem

ἑτέρου δεήσοι μάρτυρος, μαρτυρήσοι καὶ Ἀριστείδης ὁ δίκαιος, ὅς γε οὗτος, καί τοι δυνάμενος χρηματίσασθαι, τὴν πενίαν ἠσπάσατο, ὡς τὴν Ἀθηναίων μὲν πόλιν αὐτὸν μὲν τελευτήσαντα θάψαι, τὰς δὲ θυγατέρας προικίσασαν ἐκδοῦναι. εἰ δὲ καὶ τρίτου, ψηφιεῖται ὁ Θηβαῖος Ἐπαμινώνδας, ὁ πάντων τῶν ἐκεῖσε στρατηγῶν ἐπισημότερος, ὅς γε εἰς ἐκκλησίαν καλούμενος παρῃτήσατο προελθεῖν κατ᾽ ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐπειδὴ τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ πλυνόμενον ἔτυχε, καὶ ἕτερον περιθέσθαι οὐκ εἶχεν. εἰ δὲ καὶ τετάρτου, ψηφιεῖται καὶ Κράτης, ὁ πᾶσαν τὴν ἰδίαν οὐσίαν τῷ βουλευτηρίῳ τῆς ἑαυτοῦ πόλεως παραχωρήσας, καὶ φήσας, Κράτης Κράτητα Θηβαῖον ἐλευθεροῖ. εἰ δὲ καὶ πέμπτου, ἐπιψηφιεῖται καὶ Φωκίων. Ἀλεξάνδρου γὰρ τοῦ Μακεδόνος ἑκατὸν τάλαντα χρυσίου αὐτῷ πεπομφότος, ἤρετο τοὺς κομίσαντας, τί δή ποτε πολλῶν Ἀθηναίων ὄντων, αὐτῷ μόνῳ Ἀλέξανδρος πέπομφε. φησάντων δέ, ὅτι ἡγεῖταί σε καλὸν καὶ ἀγαθόν. ἀπεκρίνατο, Οὐκοῦν ἐάτω με καὶ εἶναι καὶ δοκεῖν τοιοῦτον. καὶ ταῦτα τοῖς κομίσασιν εἰπών, ἀπεπέμψατο μὲν τὰ χρήματα, Ἀλεξάνδρῳ δὲ γέγραφεν, εἰ βούλοιτο αὐτῷ χαρίσασθαι, ἀπολῦσαι τοὺς ἐν Σάρδεσιν αἰχμαλώτους. ὅπερ ἐκεῖνος πεποίηκεν. ὁρᾷς ὅτι ἔστι τὰ δέοντα γενέσθαι ἄνευ χρημάτων. εἰ δὲ καὶ ἕκτου ψηφιεῖται. ἐπιφέρω γὰρ λοιπὸν τὸν κολοφῶνα, καὶ Πλάτων, ὃν οὐδὲ παραγράψασθαι δύνασθε, οὕτως μέγαν τινὰ αὐτὸν ἥγησθε καὶ θαυμαστόν, ἀπαγορεύων τὸ χρυσὸν καὶ ἄργυρον κεκτῆσθαι. καὶ Λυκοῦργος δὲ ὁ τῶν Λακεδαιμονίων νομοθέτης. οὐδὲ γὰρ ἀπορήσομεν. ἑβδόμης ψήφου τὸν εἰσάγοντα εἰς τὴν Λακεδαίμονα νόμισμα, θανάτῳ ἀμείψασθαι ἐνομοθέτησεν. ἀλλ᾽ εἰ χρὴ τὰς ψήφους ἀφεμένους αὐτὴν τὴν φύσιν τοῦ πράγματος κατασκέψασθαι, οὐδὲν εὑρεθήσεται ἐν τῷ

βί-

βίῳ δεινόν, ὃ οὐ διὰ τὸν χρημάτων γίνεται ἔρωτα. διὰ τοῦτον ἔχθραι, καὶ μάχαι, καὶ πόλεμοι. διὰ τοῦτον φόνοι, καὶ λῃστεῖαι, καὶ συκοφαντίαι. διὰ τοῦτον φόνοι καὶ λῃστεῖαι, καὶ συκοφαντίαι. διὰ τοῦτον οὐ πόλεις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔρημοι, καὶ ἡ οἰκουμένη, καὶ ἡ ἀοίκητος αἱμάτων πνεῖ καὶ φόνων. καὶ οὐδὲ τῆς θαλάσσης ἀπέσχετο τουτὶ τὸ κακόν. ἀλλὰ κἀκεῖ μετὰ πολλῆς εἰσεκώμασε τῆς μανίας, τῶν πειρατῶν αὐτὴν πολιορκούντων, καὶ νεώτερόν τινα λῃστείας ἐπινοούντων τρόπον. διὰ τοῦτον καὶ οἱ τῆς συγγενείας ἀνετράπησαν νόμοι, καὶ οἱ τῆς φύσεως ἐκινήθησαν θεσμοί, καὶ τὰ τῆς ὁσίας αὐτῆς διέφθαρται δίκαια. ὁ γὰρ πονηρὸς οὗτος καὶ μιαρὸς ἔρως, οὐ κατὰ τῶν ζώντων μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν τελευτησάντων, τὰς τῶν τυμβωρύχων ὥπλισε δεξιάς, εἴ γε οὐδὲ τὸν ἀπαλλαγέντα τῆς ἐνταῦθα ζωῆς, τῆς ἑαυτῶν ἐῶσιν ἀπηλλάχθαι ἐπιβουλῆς. καὶ ὅσα δ᾽ ἄν τις εὕροι κακά, εἴτε ἐν βουλευτηρίοις, εἴτε ἐν δικαστηρίοις, εἴτε ἐν οἰκίαις, εἴτε ἐν πόλεσιν, ἀπὸ ταύτης τῆς ῥίζης βλαστάνοντα ὄψεται. ἀλλὰ τί κάμνω, πᾶσαν γὰρ τοῦ νοσήματος τούτου τὴν κακίαν, οὐδὲ πάντες ὁμοῦ συνελθόντες ἐκφράσαι δυνήσονται. εἰ δὲ οἴει τὸν κεκτημένον δυσάλωτον εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο περιμάχητον εἶναι τὸν πλοῦτον, ἐγὼ τοὐναντίον ἀποδεῖξαι πειράσομαι. τίνα γὰρ οὐ δέδοικεν ὁ πολύχρυσος; οὐχὶ λῃστάς; οὐχὶ συκοφάντας; οὐχὶ δυνάστας; ὅπου γε καὶ τοὺς οἰκέτας αὐτοὺς ὑποπτεύει. καὶ τί λέγω δοκῶν ζῆν. οὐ γὰρ ζῇ τοιούτῳ νοσήματι κεκρατημένος. ἀλλ᾽ οὐδὲ τεθνεώς, τῆς τῶν λῃστῶν κακουργίας ἀπαλλαγῆναι οἷός τέ ἐστιν, οὐδὲ ἰσχύει ὁ θάνατος ἐν ἀσφαλείᾳ αὐτὸν διαφυλάξαι, ἀλλὰ καὶ νεκρὸν ὄντα καὶ ταφέντα συλῶσιν, οἱ τὰ τοιαῦτα κακουργεῖν εἰωθότες. οὕτω χρῆμα ἐπισφαλὲς ὁ πλοῦτος. οὐ γὰρ δὴ οἰκίαι διορύττονται μόνον, ἀλλὰ καὶ θῆκαι ἀναρ-

perpetretur. Ob eas odia, & pugnæ, & bella. Ob eas cædes, & latrocinia, & calumniæ. Ob eas non vrbes duntaxat, sed etiã solitudines, non solùm cultæ & habitatæ, sed etiam incultæ ac desertæ terræ cruore ac cædibus redolent. Ac ne à mari quidem hoc malum abstinuit, verùm illic quoque ingenti cum furore grassatur, prædonibus illud obsidentibus, ac nouũ quẽdam latrocinij modum excogitantibus. Ob eas & cognationis ac necessitudinis leges euersæ sunt, & naturæ sanctiones conuulsæ, atque adeò sepulturæ iura labefactata. Hic enim improbus ac scelestus amor, non aduersus viuos duntaxat, sed etiam aduersus eos qui mortem obierunt, furum sepulchra effodientium manus armauit: quippe quæ ne eum quidem qui ex hac vita excessit, ab insidiis suis liberum atque immunem esse patiantur. Ac denique quæcunque mala quispiam inuenire queat, siue in conciliis, siue in iudiciis, siue in domibus, siue in vrbibus, ex hac radice ea pullulare conspiciet. Verùm quid laboro? Omnem enim huius morbi malignitatem, ne si omnes quidem mortales in vnum coierint, explicare poterunt. Quòd si eum qui pecuniam habeat, vix subigi atque expugnari posse arbitraris, ac propterea rem quandam omni contentione appetẽdam diuitias esse, ego contrarium demonstrare conabor. Ecquem enim non pertimescit qui auro abũdat? An non latrones? An non calumniatores? An non amplos ac potentes homines? quippe cùm etiam famulos ipsos suspectos habeat. Et quid dicam dum viuere videtur? (neque enim viuit, dum huiusmodi morbo correptus tenetur) imò ne mortuus quidem latronum improbitate liberari potest, nec mors ipsum ab iniuria tutum & incolumem seruare potest: sed exanime quoque corpus ac sepultum deprædãtur, qui huiusmodi sceleribus assueuerunt. Vsqueadeò periculosa res est opũ copia. Neque enim domus tantùm effodiuntur, sed etiam libitinæ & sepulchra effringuntur. Quidnam igitur hoc cala-

mitosius ac miserabilius fingi possit, cùm ne mors quidem ipsi securitatem præbet, verùm miserum illud corpus, ne vita quidem orbatum, huius vitæ calamitatibus defungi potest: quippe cùm ij, qui in huiusmodi sceleribus versari solent, aduersus puluerem & terram bellum gerere festinent, & quidem multo acriùs ac molestiùs, quàm cùm vitæ vsura frueretur? Nam tum, si ipsis in illius penu ingredi cõtigisset, exinanitis arculis à corpore vtique manus abstinuissent, neque vsque eò in capiendo progressi fuissent, vt corpus quoque ipsum spoliarent. Nunc verò ne ab hoc quidem sibi temperant scelestæ eorũ, qui sepulchra effodiunt, manus, verùm & illud continenter mouent, atque vndique conuertunt, ac cum ingenti crudelitate cõtumeliis afficiunt. Etenim, posteaquàm terræ traditum est, illud, tum eiusmodi integumento, tum vestium inuolucro nudant, atque ita iacere sinunt. Quisnam igitur adeò teter & importunus hostis est, vt diuitiæ? quippe quæ & viuentium animæ exitium afferant, & mortuorum corpori contumeliam inurant, ac ne terra quidem illud occultari sinant: quod tamen in commune conceditur, & rei capitalis dãnatis, & iis qui in fœdissimis criminibus deprehensi sunt, Nam cùm ab his capitis pœnam Legislatores expetiuerũt, nihil vltrà sibi inquirendum putant: illos contrà diuitiæ post mortem quoque grauissimo supplicio mulctant, vt pote quos nudos & insepultos proponant, spectaculum sanè miserum & horrendum. Itaque superuacanea est hæc oratio, quę illud demonstrare studet, diuitias eam vim habere, vt ægrè admodum expugnari possint: quippe cùm ne post discessum quidem è vita securitatẽ obtineant, qui iis præditi sunt. Et tamen quis non cum mortuo in gratiam redit, sit licet barbarus, sit bellua, sit execrandus dæmon? Siquidem huiusmodi spectaculum, perquàm etiam rigidum & implacabilem hominem frangere atque commouere potest. Ac propterea, cùm quis mortuum conspicit, etiamsi eum teterrimum

ῥήγνυνται καὶ τάφοι. τί οὖν ἀθλιώτερον καὶ ἐλεεινότερον τούτου γένοιτο ἄν, ὅταν μηδ᾽ ὁ θάνατος αὐτῷ τὴν ἀσφάλειαν παρέχῃ, ἀλλὰ τὸ δείλαιον σῶμα ἐκεῖνο, μηδὲ ζωῆς στερηθὲν ἀπαλλαγῆναι, οἷόν τέ ἐστι τῶν ἐν τῇ ζωῇ συμφορῶν, τῶν τὰ τοιαῦτα κακουργεῖν εἰωθότων, πρὸς κόνιν καὶ γῆν ἐπειγομένων πολεμεῖν. καὶ πολλῷ ἀργαλεώτερον, ἢ ἡνίκα ἔζη. τότε μὲν γάρ, εἰ συνέβη, εἰς τὸ ταμιεῖον εἰσελθεῖν, τὰ κιβώτια κενώσαντες, τοῦ σώματος ἂν ἀπέχοιντο, καὶ οὐκ ἂν τοσαῦτα ἔλαβον, ὡς καὶ αὐτὸ γυμνῶσαι τὸ σῶμα. νυνὶ δὲ οὐδὲ τούτου ἀπέχονται αἱ μιαραὶ τῶν τυμβωρύχων χεῖρες, ἀλλὰ καὶ κινοῦσιν αὐτὸ συνεχῶς, καὶ περιστρέφουσι, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ὠμότητος ἐνυβρίζουσι. μετὰ γὰρ τὸ παραδοθῆναι τῇ γῇ γυμνόν, καὶ τῆς ἐκεῖθεν καὶ τῆς ἀπὸ τῶν ἱματίων περιβολῆς ποιήσαντες, οὕτως ἀφιᾶσιν ἐρρίφθαι. τίς οὖν οὕτως ἐχθρὸς ἀκήρυκτος, ὡς ὁ πλοῦτος; ζώντων μὲν καὶ τὴν ψυχὴν ἀπολλύς, τεθνεώτων δὲ καὶ τὸ σῶμα ἐνυβρίζων, καὶ μηδὲ τῇ γῇ κρύπτεσθαι συγχωρῶν· ὃ κοινόν, καὶ τῶν καταδίκων ἐστί, καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ἑαλωκότων. ἐκείνους μὲν γὰρ τοῦ θανάτου τὴν δίκην ἀπαιτήσαντες οἱ νομοθέται, οὐδὲν περαιτέρω πολυπραγμονοῦσι. τούτους δὲ ὁ πλοῦτος καὶ μετὰ θάνατον ἀργαλεωτάτην ἀπαιτεῖ δίκην, γυμνοὺς προτιθεὶς καὶ ἀτάφους θέαμα ἐλεεινὸν καὶ δεινόν. ὥστε περιττὸς ὁ λόγος ὁ σπουδάζων δεικνύναι, ὅτι δυσχείρωτον ὁ πλοῦτος· ὅπου γε οὐδὲ μετὰ τὴν τελευτὴν τυγχάνουσιν ἀσφαλείας οἱ τοῦτον κτησάμενοι. καίτοι γε τίς πρὸς τὸν τεθνεῶτα οὐ σπένδεται, κἂν βάρβαρος ᾖ, κἂν θηρίον, κἂν δαίμων ἀλιτήριος. καὶ γὰρ ἡ θέα δεινὴ καὶ τὸν σφόδρα ἀμείλικτον ἐπικλάσαι. διά τοι τοῦτο, ὁπόταν τις νεκρὸν θεάσηται, κἂν ἄσπονδος νεκρὸς ᾖ, κἂν ἀκήρυκτος πολέμιος, μετὰ τῶν ἐπιτηδείων δακρύει, οὕτως ἅπαντες τὴν κοινὴν αἰδοῦνται φύσιν,

καὶ τοὺς παρ᾽ αὐτῆς εἰσενεχθέντας νόμους. ἀλλ᾽ ὁ χρυσὸς οὐδὲ τούτου τυχὼν ἀφίησι τὴν κόλασιν τοῖς περιποιησαμένοις αὐτόν, ἀλλὰ καὶ τοὺς οὐδὲν ἀδικηθέντας, τοῦ τεθνεῶτος ἐχθροὺς καθίστησιν. εἴγε τὸν νεκρὸν γυμνοῦν σῶμα, τῶν ἄγαν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων τυγχάνει, καὶ ἡ μὲν φύσις καὶ τοὺς πολεμίους αὐτῷ καταλλάττει τότε. ὁ δὲ πλοῦτος καὶ τοὺς οὐδὲν ἔχοντας αἰτιᾶσθαι ἐκπολεμεῖ, καὶ μεθ᾽ ὕβρεως πολλῆς τὸ σῶμα αἰκίζεται. καίτοιγε πολλά ἐστιν ἐκεῖ τὰ δυνάμενα ἐπισπάσασθαι πρὸς ἔλεον. ποῖα δὴ ταῦτα; αὐτὸ τὸ νεκρὸν εἶναι, τὸ ἀκίνητον, τὸ πρὸς γῆν ὁδεύειν καὶ τέφραν, τὸ μηδένα παρεῖναι τὸν βοηθήσοντα. ἀλλ᾽ οὐδὲν ἐπικάμπτει τοὺς μιαροὺς καὶ ἀλιτηρίους ἐκείνους, διὰ τὴν ἀπὸ τῆς πονηρᾶς ταύτης ἐπιθυμίας τυραννίδα. ὁ γὰρ δεινὸς καὶ ἀκόρεστος τῆς φιλοχρηματίας ἔρως, καθάπερ τις τύραννος ἀπηνὴς καὶ ἀλάστωρ παρέστηκεν αὐτοῖς, ἐγκελευόμενος τὰ ὠμὰ καὶ ἀμείλικτα ἐπιτάγματα ἐκεῖνα, καὶ θηρία αὐτοὺς κατασκευάσας. οὕτως ἐπὶ τὸν τάφον ἄγει. εἰ τοίνυν εἰς τὸν προκείμενον γὰρ ἐπανακτέον τὸν λόγον πολλοὶ καὶ ἔνδοξοι εἰσὶν οἱ τὸν ἀπαγορεύσαντες. καὶ καθάπερ ἐχθρῷ καὶ πολεμίῳ τῆς ἀρετῆς μὴ σπεισάμενοι, τό, τε νόσημα τὸ τῆς φιλοχρηματίας πᾶν ἐδείχθη αἴτιον τῶν κακῶν. οἵ τε κτησάμενοι οὐ δυσχείρωτοι, οὐδὲ δυσάλωτοι, ἀλλὰ καὶ εὐχείρωτοι πᾶσιν οὐ μόνον ζῶντες, ἀλλὰ καὶ τεθνεῶτες ἀναπεφήνασι. πέπαυσο τῷ χαλεπῷ τούτῳ νοσήματι κεχειρωμένος, καὶ ῥήτορα ἡμῖν ἐπιτειχίζων. εἰ μὲν γὰρ τῆς σῆς γνώμης ἦν ἡ ψῆφος, οὐ πολὺς ἂν ἦν ἡμῖν ὁ λόγος. ὡς γὰρ νοσοῦσαν αὐτὴν ἀνήκεστα, τάχιστα ἂν παρεγραψάμεθα. ἐπειδὴ δὲ τὸν ῥήτορα ἡμῖν ἐξώπλισας, πῶς ἂν εἴποιμι εὐπρεπῶς, ἠνάγκασας ἡμᾶς, καίτοι αἰδουμένους τὸν ἄνδρα, πολλοὺς αὐτῷ ἀνθοπλίσαι, τοὺς διαρρήδην τὴν γνώ-

& infestissimum hostem habuerit, vnà cũ ipsius familiaribus & necessariis collachrymat. Adeò omnes communem naturam, legésque ab ea inuectas venerantur. At aurum, ne hoc quidem consecutum, pœnam iis, qui se adepti sunt, remittit: verùm eos quoque, qui nulla iniuria affecti sunt, hominis mortui hostes reddit. siquidem cadauer spoliare acerborum inimicorum & hostium est. Ac natura quidem hostes quoque ipsi tum reconciliat: at diuitiæ, eos quoque, qui nihil habent quod obiiciat, hostes efficiunt, ac cum ingenti contumelia corpus excruciant. Atqui multa illic sunt, quæ animos ad misericordiam pertrahere queant. Quænam tãdem hæc? Nimirum hoc ipsum, quòd mortuus est, quod motu caret, quòd ad terram ac cinerem tendit, quòd nemo præstò est, qui opem ipsi ferat. At nihil horum, ob eam tyrannidem, quam improba hæc cupiditas parit, impuros ac nefarios illos inflectit. Siquidem acris ille atque inexplebilis pecuniarum amor, instar crudelis cuiusdam & immanis tyranni ipsis astat, sæua illa & inhumana edicta ipsis proponens, eósque in feras commutatos ita demum ad sepulchrum ducit. Cùm igitur (vt ad institutum orationem nostrã referamus) multi ac celebres viri sint, qui diuitias prohibuerint, & tanquam cum virtutis inimico & hoste fœdus ferire detrectarint, eúmque & auaritiæ morbum malorum omnium causam esse demonstratum sit, & eos, qui opes adepti sint non ægrè ac magno cum negotio, sed facilè expugnari atque opprimi posse constiterit, desine quæso graui huic morbo subiici, atque oratorem nobis tanquam murum opponere. Etenim si iudicij tui esset hic calculus, haud longam orationẽ haberemus. Nam eum, vt incurabili morbo laborantem, confestim reiecissimus. Quandoquidem autem Oratorem in nos armasti, (quonam pacto id honestè dicã?) vt aduersus eum (tametsi maximo apud nos loco ac numero sit) multos vicissim, qui sententiam illam apertis verbis euer-

tant, armare nobis necesse esset, effecisti. Ac de hac re hactenus. Quoniam autem perquàm copiosa est veritas, age iam ipsum quoque Oratorem ostendamus hoc nomine gloriantem & exultantem quòd turpibus lucris superior sit. Quibusnam igitur verbis vsus est? Nec verò quisquam vllum quæstum iis rebus, quas in Rep. gessi, aut in verbis meis adnexum esse demonstrare poterit. Ad hunc scilicet modum ipse quoque huiusce magnitudinis nomine gloriatur. Quòd si dicas, cur igitur Oratori visum est, sententiam, quæ tam facilè refellatur, pronunciare? Maximè quidem illud respondeam, non à me, sed à te qui ipsum propugnatorem ipsius exigendam esse. Quòd si etiam pro ipso aliquid dicere oportet (oportet autem vt opinor, ne quibusdam absente aduersario dimicare, vel potiùs vicisse videamur: & quia etiam alioqui tum veritatem amo, tum virum suspicio ac veneror) id, vt potero efficiam. Hoc igitur aio, alios omnes rei ipsius natura perspecta & animaduersa, meritò diuitias, vt virtutis hostes, proscripsisse. Oratorem autem, non rem ipsam per se spectantem, sed ad necessarios belli vsus oculos coniectos habentem, his verbis vsum esse. Aliter enim nec arma fabricari, nec triremes construi, nec annona militibus dari, nec denique alia omnia, quibus bellum delectatur & exultat, concinnari sine pecunia poterant. Quódque hoc verum sit, ex eo constat quod alio loco ait: Ad ea negotia, quæ nunc ingruunt, nulla omnino re magis, quā pecunia, ciuitas opus habet. Quæ cùm ita sint, si ille Atheniēsibus, siue bene, siue malè (id enim mitto) bellum gerentibus consuluit, tu hoc vt generalem atque communem sententiam ne proferas, aut comprobes, nec eos qui ad quæstum faciendum auidi sunt beatos prædices, atque imiteris, nec defensionem iis, quæ defendi nequeunt, compares, nec Oratorem vt væcordem, quíque facilè refellatur, insecteris. Nam si quispiam disertum hunc & eloquentem Oratorem exagitare velit (dicam enim hoc

μὴν ἐκείνην ἀνατρέποντας. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. ἐπειδὴ δὲ τῆς ἀληθείας ἡ παῤῥησία πολλή, φέρε δὴ καὶ αὐτὸν τὸν ῥήτορα ἀποδείξωμεν, σεμνυνόμενον καὶ ἐναβρυνόμενον, ἐπὶ τῷ αἰσχρῶν λημμάτων κρείττων εἶναι. τί τοίνυν ἔφη, καὶ οὐδεὶς ἂν ἔχοι λῆμμα πρὸς οἷς ἐγὼ πεπολίτευμαι καὶ λέγω, δεῖξαι προσηρτημένον οὕτω καὶ αὐτὸς ἐγκαλλωπίζεται τῇ μεγαλοψυχίᾳ ταύτῃ. εἰ δὲ φαίης, τί οὖν ἔδοξε τῷ ῥήτορι, οὕτω ῥᾳδίως ἐλεγχομένην ἀποφήνασθαι γνώμην. ἀποκριναίμην, ὅτι μάλιστα μὲν οὐ κἀγώ, αὐτὸς δὲ ὑπεύθυνος εἶ ὁ τοῦτον προστησάμενος τῇ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογίᾳ. εἰ δὲ καὶ ἀπολογήσασθαι χρή, χρὴ δέ, ὡς οἶμαι. ἵνα μή τισι δόξωμεν ἐρήμην ἀγωνίζεσθαι, μᾶλλον δὲ ἐρήμην νενικηκέναι, ἄλλως τε, ἐπειδὴ καὶ φιλῶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ αἰδοῦμαι τὸν ἄνδρα τοῦτο, ὡς ἂν δυναίμην, ποιήσω. φημὶ τοίνυν, ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι πάντες αὐτὴν τοῦ πράγματος τὴν φύσιν καταμαθόντες, εἰκότως ἀπεκήρυξαν τὸν πλοῦτον, ὡς τῆς ἀρετῆς ὄντα πολέμιον. ὁ δὲ ῥήτωρ οὐκ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα καθ' ἑαυτὸ σκοπῶν, ἀλλὰ πρὸς τὴν χρείαν τοῦ πολέμου βλέπων, τοῦτ' ἔφη. ἄλλως γὰρ οὐχ οἷόν τε ἦν ὅπλα χαλκεῦσαι, καὶ τριήρεις ποιήσασθαι, καὶ στρατιώταις σιτηρέσιον δοῦναι, καὶ τὰ ἄλλα οἷς χαίρει ὁ πόλεμος, καὶ οἷς ἀγάλλεται, κατασκευάσαι χρημάτων ἄνευ. καὶ ὅτι τοῦτ' ἔστιν ἀληθές, ἑτέρωσε φησίν, οὐδενὸς τῶν πάντων οὕτως, ὡς χρημάτων δεῖ τῇ πόλει πρὸς τὰ νῦν ἐπιόντα πράγματα. μὴ τοίνυν εἰ Ἀθηναίοις, εἴτε εὖ ἢ μὴ καλῶς, ἐῶ γὰρ τοῦτο, πολεμοῦσι συνεβούλευσε. σὺ ὡς γενικὴν καὶ κοινὴν γνώμην πρόφερε, μηδὲ ἀποδέχου, μηδὲ ζήλου τοὺς χρηματιζομένους, μηδὲ ἀπολογίαν τοῖς ἀναπολογήτοις πορίζου, μηδὲ ἐπαινεῖν ἐθέλοιμι, τὸν ῥήτορα διάσυρε ὡς ἀνόητον, καὶ ῥᾳδίως ἐλεγχόμενον. εἰ γάρ τις ἐθέλοι τοῦ δεινοῦ τούτου

τοῦ ῥήτορος καταδραμεῖν. εἰρήσεται γὰρ καὶ τοῦτο μετὰ τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογίαν. δεινὸς γάρ, ὡς ἔφην, ἐρῶ τῆς ἀληθείας. φήσει, ὅτι, ὦ ῥητόρων ἄριστε, θαυμάζω, πῶς εἰς τοὐναντίον πολλάκις περιτρέπων τὰ ἐνθυμήματα, καὶ τοῦ πεῖσαι τοὺς ἀκούοντας, μηδὲν ἕτερον προτιμῶν, καὶ πηγὴ, καὶ ἀρχὴ καὶ ὅρος πάσης δεινότητος τοῖς μετὰ σὲ ἀνθρώποις γεγενημένος, οὐ συνεῖδες τοῦθ' ὃ μέλλω λέγειν. ἐχρῆν γὰρ ἀσφαλίσασθαί σε τὴν γνώμην, καὶ εἰπεῖν, δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν ὀφειλόντων γενέσθαι ἐν πολέμῳ. ἀλλ' ἴσως ἀπεκρίνατο ἄν, εἴγε περιῆν, ὅτι ἡ ὑπόθεσις τοῦ λόγου, καὶ πᾶσα ἡ σύμφρασις, τοῦτο δηλοῖ. ἀλλ', ὦ σοφέ, πάλιν ἂν εἴποι πρὸς αὐτόν, εὖ μὲν λέγεις. τοῦτο γὰρ καὶ ὁ τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἀναδεξάμενος περὶ τῆς σῆς ἀπολογίας ἔφη. οὕτως οὐδὲν πρὸς φιλονεικίαν βλέπων ἐφθέγξατο. καὶ πείθομαι, καὶ σὲ ἀληθεύειν κἀκεῖνον. ἐπειδὴ δέ τινες ἀπαίδευτοι, ὡς καὶ οὗτος, ὁ τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἐνστησάμενος, μήτε τὰς ὑποθέσεις καταμανθάνοντες, μήτε τὴν σύμφρασιν ἀπαγγέλλοντες, αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ βούλονται τῆς τῶν προηγούντων, ἢ ἑπομένων ἀκολουθίας ἀποσπῶντες, καὶ ἑαυτοὺς καὶ ἑτέρους φενακίζουσιν. ἐχρῆν σε ἀσφαλίσασθαι τὸν λόγον. οὕτως γὰρ εἰρημένος τοὺς μὲν εὐχερεῖς καὶ ἀμαθεῖς εἰς φιλοχρηματίαν ἀλείφει, καὶ μυρίων ἐμπίπλησι κακῶν. τοὺς δὲ πεπαιδευμένους, καὶ σοφοὺς εἰς ἀντιλογίαν καὶ ἄκοντας ἐγείρει. τί γὰρ εἰπεῖν δύνανται. τί φής, ὦ Δημόσθενες; οὐδὲν ἔστι τῶν δεόντων ἄνευ χρημάτων γενέσθαι; οὐ σωφροσύνην ἐπιδείξασθαι; οὐκ ἀνδρίαν; οὐ δικαιοσύνην; οὐ φρόνησιν; οὐ φιλοσοφίαν; οὐκ ἀγαθότητα. ταῦτα γὰρ καὶ πρέποντα καὶ δέοντα, ἄν τις κυρίως καλέσειε. ναί, φησί. τί οὖν ἔστιν ὅπερ ἔφης τῶν ὀφει-

quoque post ipsius purgationem. acris enim, vt iam dixi, veritatis amor est.) his verbis vtetur: ô cunctorum Oratorum præstantissime, miror quonam pacto argumenta plerunque in contrarium inuertens, nec quicquam aliud eo prius atque antiquius habens, quàm vt auditoribus id quod cupis persuadeas, tametsi eloquētiæ omnis & fons, & origo, & regula posteris extiteris, illud tamen, quod dicturus sum, minimè animaduertisti. Sententiam enim munire oportebat, ac sic loqui: Pecuniis autem opus est, ac sine iis, nihil earum rerum, quæ in bello fieri debent, effici potest. At respondisset fortasse, si superstes esset: Orationis argumentum totúmque elocutionis corpus hoc indicare: verùm, ô vir sapiens (rursum ad eum ille dixisset) probè quidem loqueris. Nā hoc etiam ille, qui hoc certamen suscepit, antequàm pro te ipse diceres attulit (vsqueadeò nihil cōtendendi animo locutus est:) atque & te, & illum vera dicere prorsus credo. Quoniam autem imperiti quidam, cuiusmodi ille est, qui hoc certamen instituit, nec argumentum animaduertentes, nec verborum constructionem exponentes, ipsásque per se res ab eorum quæ antecedunt, aut subsequuntur, serie auulsas, perpendere cupientes, & seipsos, & alios in fraudem inducunt, oportebat te sermonem communire. Vt enim dictus est, leues quidem & imperitos homines ad pecuniarum studium acuit, atque infinitis malis cumulat: eruditos autem & sapientes viros, inuitos etiam ac repugnantes, ad cōdicendum excitat. Quid enim dicere possunt? Quid ais, ô Demosthenes? Nihil corū, quæ oportet, sine pecuniarum adiumento fieri potest? Non temperantiæ, non fortitudinis, non iustitiæ, non prudentiæ, non philosophiæ, non bonitatis specimen edi? Hæc enim & cōgruentia, & cum officio coniuncta quispiam propriè appellarit. Est ita, inquit. Quidnam igitur est quod dixisti? Nimirū eorum, quæ in bello fieri debent. Ecquid igitur, ad eum dixeris, hoc in tua oratione

minimè posuisti? An tibi multorum inertia ignota est, quòd quæ volunt, eadem etiam confirmant? Imò verò tu hoc ipsum nos docuisti. Tuum enim est celebre illud ac verũ apophthegma: Quod quisq; vult, hoc etiam putat. At res persæpe haudquaquam ita cõparatæ sunt. Quid igitur molestiæ, imò quid non vtilitatis afferebat exigua hæc additio: siquidem & te culpa & reprehensione, & alios omnes confusione atque tumultu liberasse? Si hæc quispiam ad eum verba habuisset, sic opinor, & eum ipsi correctionis huiusce nomine gratiam habiturum fuisse (prudens enim vir erat) & sermonem emendaturum. Hac enim ratione nemo iam stultorum imperitiam suam Demosthenica eruditione fulcire ac roborare ausus fuisset.

λόντων γενέσθαι, εἶπον, ἐν πολέμῳ. τίοιῶ τοῦτο φαίης ἂν πρὸς αὐτόν. οὐκ ἔταξας σαφῶς ἐν τῷ σαυτοῦ λόγῳ. ἢ οὐκ οἶδας τὴν τῶν πολλῶν ῥαθυμίαν, ὅτι ἃ βούλονται, ταῦτα καὶ κυροῦσι. μᾶλλον δὲ σὺ τοῦθ' ἡμᾶς ἐδίδαξας. σὸν γάρ ἐστι τὸ ἀοίδιμον ἐκεῖνο, καὶ ἀληθὲς ἀπόφθεγμα. ὃ γὰρ βούλεται, τοῦθ' ἕκαστος καὶ οἴεται. τὰ δὲ πράγματα πολλάκις οὐχ οὕτω πέφυκε. τί τοίνυν ἐλύπει ἡ μικρὰ αὕτη προσθήκη; τί δ' οὐκ ὠφέλει εἴγε καὶ σὲ ἐγκλήματος καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας συγχύσεως καὶ ταραχῆς ἀπήλλαξεν. εἰ ταῦτ' ἔφασαν πρὸς αὐτόν, καὶ χάριν ἂν οἶμαι αὐτὸν εἰδέναι τῆς ἐπανορθώσεως. συνετὸς γὰρ ἦν ἀνὴρ καὶ διορθώσασθαι τὸν λόγον. οὕτω γὰρ οὐδεὶς ἂν λοιπὸν τῶν ἀνοήτων ἐτόλμησε τὴν οἰκείαν ἀπαιδευσίαν ἐκ τῆς δημοσθενικῆς παιδεύσεως νευρῶν.

Eutonio Diacono. 147.

Εὐτονίῳ διακόνῳ. ρμζ.

In hac quoq; vita, vir optime, optimi ac maximè regij viri (sic enim eos, qui virtutibus florẽt, appellare fas est) magis viuunt, quàm maximè seruiles, (sic quippe vocare par est eos, qui præposteris voluptatibus ancillantur. Probi enim ac virtute prædi ti omnibus rebus sublimiores sunt, non modò animi molestiam, sed etiam timores & pericula, & quasuis mutationes superantes: non nihil perpetiendo, sed quod multo maius est, ac diuinam huiusmodi vitam conspicuam facit) ingruentia etiam ea contemnendo. Contrà qui in scelerum cœno volutantur, mihi ob eos, qui hinc oriuntur, mœrores, & metus, & pericula, atque infinitum perturbationum examen, ne viuere quidem videntur. Nam siue mors expectetur, etiam ante mortẽ præ metu moriuntur: siue cõtumelia, sine paupertas, aut aliud quoddam inopinatum mali genus, priùs etiam, quàm id ipsis experiri contingat, intereunt. Si ergo hæc ita

Κἀνταῦθα, ὦ βέλτιστε, οἱ ἄριστοι καὶ βασιλικώτατοι. οὕτω γὰρ καλεῖν θέμις τοὺς ἀρεταῖς κομῶντας. μᾶλλον ζῶσι τῶν ἀνδραποδεστάτων. οὕτω γὰρ ὀνομάζειν δίκαιον τοὺς ἡδοναῖς ἀτόποις δουλεύοντας. οἱ μὲν γὰρ φιλάρετοι πάντων εἰσὶν ὑψηλότεροι, οὐ μόνον ἀθυμίας, ἀλλὰ καὶ φόβων, καὶ κινδύνων, καὶ μεταβολῆς ἁπάσης ἑστηκότες ἀνώτεροι. οὐ τῷ μηδὲν ὑπομένειν. ἀλλ' ὃ πολλῷ μεῖζόν ἐστι, καὶ θείαν δείκνυσι τὴν τοιαύτην ζωήν, τῷ καὶ ἐπιόντων αὐτῶν καταφρονεῖν. οἱ δὲ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἐγκαλινδούμενοι, οὐδὲ ζῆν μοι δοκοῦσι. διὰ τὰς ἐξ αὐτῶν ἀθυμίας, καὶ τοὺς φόβους, καὶ τοὺς κινδύνους, καὶ τὸν μυρίον τῶν παθῶν ἑσμόν. ἄν τε γὰρ θάνατος προσδοκηθῇ, θνήσκουσι καὶ πρὸ τοῦ θανάτου τῷ δέει. ἄν τε νόσος, ἄν τε ὕβρεις, ἄν τε πενία, ἢ ἄλλό τι τῶν ἀδοκήτων, καὶ πρὸ τῆς πεί-

ρας ἀπολώλασιν. εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, ἔχει δὲ κἂν μὴ θέλωμεν, τοὺς κἀνταῦθα κἀκεῖσε εὐκλεῶς ζῶντας ζηλώσωμεν.

se habent, vt habent, etiamsi nolimus, demus operam, vt eos, qui, & hic, & illic præclarè atque cum gloria viuunt, imitemur.

Eidem. 148.

Τῷ αὐτῷ. ρμη.

Ὁ μὲν τῶν εὖ τῶν βιούντων, ὦ θαυμάσιε, λόγος, ὅρκου πιστότερος ταῖς ἁπάντων τῶν ἀκουόντων στεφανοῦται ψήφοις. τὸ δὲ σφόδρα φιλεῖσθαι βούλεσθαι, ἀπὸ τοῦ σφόδρα φιλεῖν τίκτεται. οὐκοῦν εἰ μὲν πιστεύεσθαι βουλήμεθα, εὖ βιῶμεν. εἰ δὲ ἀγαπᾶσθαι, ἀγαπῶμεν.

Eorum, qui rectè atque ex virtute viuũt, sermo (vir admirande) iureiurando quouis maiorem fidem nanciscitur, audientium omnium calculis coronatur. At vehemẽter amari velle, à vehementi amore proficiscitur. Quamobrem si sermonibus nostris fidem haberi volumus, rectè viuamus. Si autem diligi, diligamus.

Casio Scholastico. 149.

Κασίῳ σχολαστικῷ. ρμθ.

Ἄγαν ἐκθειάσας τὴν γραφεῖσάν μοι πρὸς σὲ περὶ ἀρετῆς καὶ τοῦ μὴ ἐρᾶν χρημάτων ἐπιστολήν, σύμβολον ἐξήνεγκας τοῦ πεπεῖσθαι τί καλῶς ἔχειν, τούτοις οὓς φάσκειν πεπεῖσθαι. ὥσπερ γὰρ ἃ ψέγομεν, ἀποφεύγομεν, εἰ σωφρονοῦμεν, οὕτως ἃ θαυμάζομεν, αἱρούμεθα. ἄσκει τοίνυν ταῦτα. εὔκλειαν γὰρ ἀθάνατον ὠδίνει.

Quòd hanc epistolam, quam de virtute acnon amãdis pecuniis ad te nuper scripsi, maiorẽ in modũ admiratus es, hinc satis signidedisti, te persuasum istud habere, rectũ esse his obtẽperare. Quemadmodũ enim quæ vituperamus, fugimus, si sapimus: ita contrà, ea, quæ admiramur amplectimur. Hæc igitur cole: immortalem enim gloriam parturiunt.

Epimacho. 150.

Ἐπιμάχῳ. ρν.

Ἐπειδὴ τί ἐστι τό, μεγαλύνουσι τὰ φυλακτήρια, μαθεῖν ἐθέλων γέγραφας, ἴσθι ὅτι δελτία ἦν μικρά, ἴσα τὸν νόμον ὠδίνοντα, ἅπερ ἐφόρουν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταί, ὥσπερ νῦν αἱ γυναῖκες τὰ εὐαγγέλια τὰ μικρά. ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν νομοθέτης εἰς τὸ ἔργον αὐτοὺς ἐμβάλλων, καὶ τὴν λήθην ἐξοστρακίζων ἐθέσπισεν. ἐξάψεις τὰ δικαιώματα ἐπὶ τῆς χειρός σου, τουτέστιν ἐξαρτήσεις, κρεμάσεις. αὐτοὶ δὲ τοῦ μὲν ἔργου οὐδένα ἐποιοῦντο λόγον. περὶ δὲ τοὺς τελαμῶνας τῶν βιβλιδίων πολλὴν ἐποιοῦντο σπουδήν, μάμψεως ἠξιώθησαν.

Quoniã quid sibi illud velit, Magnificãt Phylacteria, vt tibi exponã, per literas à me petiisti, illud scito, quòd perexigui quidã libelli erãt, Legem continẽtes: quos quidẽ Iudæorum magistri gestabãt, quemadmodum etiam nunc fœminæ parua Euãgelia. Quandoquidem enim Legislator, vt eos in opus iniiceret, atque obliuionẽ ab eis amoliretur, illud lege lata promulgarat, Appẽdes iustificationes meas in manu tua: ipsi autem operis quidem nullam curã gerebant, at circa libellorum lora plurimum studij adhibebant, idcirco reprehensi sunt.

Theophilo Lectori. 151.

Θεοφίλῳ ἀναγνώστῃ. ρνα.

Ὁ μακάριος Τιμόθεος ὁ σὸς ἀδελφός, ἐξ ἀνθρώπων ᾤχετο, πᾶν μὲν ὅσον εἶχε θνητόν, ἐν γῇ καταλείψας. τῇ δὲ

Beatus Timotheus frater tuus ex hominum cœtu excessit, id quidem omne quod mortale habebat, in terra deserens, animo

autem in cælum penetrans, atque cum diuinis ac mundo sublimioribus virtutibus, vt confido choros agitans. Quam etiam ob causam nos mœrorem eum quẽ maximum accepimus, quique nos, quantumlibet pro viribus, reluctantes, penè subegit, tandem abiecimus, cùm illud cogitassemus, rerum humanarum finem amplissimorum ipsi bonorum initium extitisse. Neque enim vulgarem in modum vir ille huius vitæ curriculum exegit, verùm strenuè ac generosè, atque ita vt ob præclara facinora ab omnibus prædicaretur, atque omni quidẽ laude sublimior esset, iis autem, quæ in potestatem caderent, ornaretur. Etenim re vera pudicitiæ ac temperantiæ delubrum erat, prudentiæ sedes, fortitudinis arx, iustitiæ metropolis, humanitatis penu, mansuetudinis templum, atque vt vno verbo complectar, virtutum omnium thesaurus. Sic enim omnes adeptus est, vt alius vnam quãdam adipisci magni æstimasset. Etenim rerum mundo sublimiorum amore correptus, animo atque cogitatione in cælum saltabat, ac res cælestes inquirebat, terrenásque aspernabatur. Nam cùm verissimam voluptatem Christianísque congruentem temperantiam esse meritò censuisset, ventrem, ventrísque asseclas affectiones tyrannicum quendam in modum subegit ac superauit: sic nempe vt illi frugalitatem victúsque tenuitatem indiceret, his autẽ ne se quidem commouere permitteret. Hincque fama ipsius gloriam vbique prædicabat: ipséque in omnium ora versabatur: atque omnes spem habebant, fore vt si ad imperium Ecclesiasticum perueniret, splendidiores virtutis radios emitteret. Verùm vt probus athleta, desiderantibus adhuc spectatoribus in cælestem aulam ad accipiendam coronam auolauit, relicta hic sepulchralis cuiusdam, monimenti instar gloria, & memoria, iísque laudibus quæ ab omnibus in eum conferuntur. Ecquis igitur huiusmodi viri laudes prædicare cupiens, rei dignitatem vel tantillum attingere queat? Ecquis eũ laudare atque

ψυχῇ οὐρανοβατῶν. καὶ ταῖς θείαις καὶ ὑπερκοσμίοις ὡς πιστεύω συγχορεύων δυνάμεσι. διὸ καὶ ὑμεῖς τὴν λύπην, καίτοι μεγίστην οὖσαν, καὶ εἰς τὸ δυνατὸν ἀντέχοντας, σχεδὸν χειρωσαμένην, παρεγραψάμεθα, ἐννοήσαντες, ὅτι ἡ τῶν ἐνθάδε τελευτὴ, ἀρχὴ τῶν μεγίστων αὐτῷ ἐκεῖσε καθέστηκεν ἀγαθῶν. οὐ γὰρ ὡς ἔτυχεν ὁ ἀνὴρ τὸν ἐνθάδε βίον διήθλησεν. ἀλλ' ἀνδρείως, καὶ γενναίως, καὶ παρὰ πάντων ἐπὶ ταῖς ἀριστείαις ἀνακηρυττόμενος, πάσης μὲν εὐφημίας κρείττων ὤν, τοῖς δὲ κατὰ δύναμιν ἐπαίνοις στεφανούμενος. ὄντως γὰρ ἦν ἀνάκτορον μὲν σωφροσύνης, ἑστία δὲ φρονήσεως, ἀκρόπολις δὲ ἀνδρείας, μητρόπολις δὲ δικαιοσύνης, καὶ ταμεῖον μὲν φιλανθρωπίας, τέμενος δὲ ἡμερότητος. καὶ συλλήβδην εἰπεῖν πασῶν τῶν ἀρετῶν θησαυρός. οὕτως γὰρ ἑκάστην ἐκτήσατο, ὡς ἂν ἕτερος μίαν τινὰ κτήσασθαι περὶ πολλοῦ ἐποιήσατο. τῶν γὰρ ὑπερκοσμίων ἐραστὴς γενόμενος ἐπήδα πρὸς τὸν αἰθέρα τῷ λογισμῷ καὶ τὰ οὐράνια ἐπολυπραγμόνει, καὶ τῶν ἐπιγείων ἠμέλει. ἡδονὴν γὰρ ἀληθεστάτην, καὶ Χριστιανοῖς πρέπουσαν, τὴν σωφροσύνην εἰκότως ὑπειληφώς, γαστρὸς, καὶ τῶν μετὰ γαστέρα παθῶν τυραννικῶς ἐκράτησε, τῇ μὲν τὴν αὐτάρκειαν νομοθετήσας, τοῖς δὲ οὐδὲ πτερύξασθαι συγχωρήσας, ἐντεῦθεν πανταχόθεν διήγγελλεν ἡ φήμη τὸ κλέος, καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασιν ἦν, καὶ πάντες ἤλπιζον λαμπροτέρας αὐτὸν εἰ ἀρχῆς ἐπιλάβοιτο ἐκκλησιαστικῆς πέμψειν τῆς ἀρετῆς τὰς ἀκτῖνας. ἀλλ' ὥσπερ ἀγαθὸς ἀθλητὴς, ποθούντων ἔτι τῶν θεατῶν, εἰς τὰς οὐρανίους αὐλὰς στεφθησόμενος ἀπέπτη, καταλείψας ἐνθάδε ὥσπερ ἐντάφιον δόξαν καὶ μνήμην, καὶ τὸν παρὰ πάντων ἔπαινον. τίς τοιγαροῦν τὸν τοιοῦτον ἐγκωμιάσαι βουλόμενος, κἂν ἐπ' ὀλίγον τῆς ἀξίας ἐφάψοιτο; τίς ἐπαινέσαι θέλων οὐ κατόπιν τῆς ὑποθέσεως ἀπολειφθεὶς ἑαυτὸν αἰτιάσοιτο,

ὡς πράγματι ἀμηχάνῳ ἐγχειρήσας; τίς τὴν πρᾳότητα καὶ τὸ μειλίχιον, καὶ τὴν πρὸς ἅπαντας μὲν, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς φιλαρέτους αἰδῶ, λόγοις ἐπιχειρήσας ὑπογράψαι, οὐχ ἑαυτὸν μέμψοιτο, μηδὲν εὑρίσκων εἰπεῖν τῆς ἀληθείας ἐφάμιλλον. οὕτω γὰρ τοὺς συνόντας ᾕρει, ὡς εἰς τὸν τῆς φιλίας θεσμὸν, αὐτῷ νέμεσθαι τὰ πρωτεῖα. ὑψηλὸς μὲν γὰρ ἦν τῇ ἀρετῇ, ταπεινὸς δὲ τῷ φρονήματι, καὶ πρᾶος μὲν ἐν ταῖς ἐννοίαις· καὶ πολὺς μὲν ἐν ταῖς εὐεργεσίαις. ταχὺς δὲ ἐν ταῖς παρακλήσεσιν. ὃ δέ με καταπαῦσαι βουλόμενον οὐκ ἐᾷ, τοῦτο ῥητέον, ὅτι τὴν ἐλεημοσύνην διαφερόντως ἀγαπῶν, τὸ λαθεῖν φιλανθρωπευόμενος ἐθηρᾶτο. εὖ εἰδὼς, ὅτι τοῦτο μάλιστά ἐστιν ἐλεημοσύνη. εἰ γὰρ μέτεστι δείξεως, ταύτην διαπραττόμενοι, οὔ μοι δοκοῦσι φιλανθρωπεύεσθαι, ἀλλὰ τὰς ὧν εὖ παθόντων ἐκτραγῳδεῖν συμφορὰς· καὶ τὸ θεῖον ἔργον ἀργαλεωτάτῳ λυμαίνεσθαι νοσήματι. φιλάνθρωποι γὰρ καὶ εὐεργέται καλεῖσθαι ποθοῦντες τὰς τῶν ἄλλων ἐκπομπεύειν οὐ παραιτοῦνται δυσπραγίας. ὁ δὲ ἀοίδιμος ἐκεῖνος. σιωπᾶν γὰρ οὐ θέμις, καὶ φθεγγομένους ἀναγκαῖον ἐλέγχεσθαι τὴν ἀξίαν αὐτῷ μὴ σώζοντας, οὐχὶ τῷ παρέχειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ λανθανόντως τοῦτο διαπράττεσθαι, τοὺς εἰς τὴν κάμινον τῆς πενίας τυγχάνοντας ἐδρόσιζεν. ἀλλὰ τί κάμνω; πέλαγος ἀγαθῶν, εὐτελεῖ λόγῳ ἀνυμνῆσαι πειρώμενος. διὸ δὴ ἐγὼ μὲν ἐνταῦθα στήσω τὸν λόγον· αὐτὸς δὲ τῆς λύπης τῆς ἐπ' αὐτῷ παυσάμενος, τίμα τὸν ἄριστον ἐκεῖνον τῇ μιμήσει τῆς ἀρετῆς.

ornare instituens, non à tergo susceptæ materiæ relictus, seipsum accuset, vt qui rem impossibilem aggressus sit? Ecquis lenitatem atque comitatem, atque cùm erga omnes, tum præsertim ad probos viros, pudorem, sermone informare conatus sibi ipsi non succenseat, vt qui nihil, quod veritati par sit, inuenire queat? Sic enim eos, quibuscum versabatur capiebat, vt, quantum ad amicitiæ leges attinebat, primas illi omnes tribuerent. Etenim virtute quidẽ sublimis erat, at animo summissus & humilis: lenis in congressibus, at in animi conceptionibus acutus: ac denique & in beneficiis dandis largus & prolixus, & in cohortationibus atque cõsolationibus promptus ac celer. Quod autem me finẽ scribendi facere cupientem non sinit, hoc dicendum est, nimirum quod cùm eleemosynam singulari quodam amore complecteretur, id tamen studiosè captabat, vt obscura & incognita esset ea benignitas: quòd exploratum haberet, eleemosynam in hoc maximè sitam esse. Nam si ostentationis particeps est, ij, qui ea funguntur, non mihi benignitatem exhibere, verùm eorum, qui beneficio afficiuntur, calamitates exaggerare videntur, diuinũ opus molestissimo morbo labefactare. Nã dum humani ac liberales vocari cupiunt, aliorum miserias euulgare minimè detrectant. At clarus ille vir (nec enim tacere fas est, & item loquendo necesse est illud conspicuum fieri, me meritam ipsius laudem minimè consequi) non modò largiendo, sed etiam occultè id faciendo, eos, qui in paupertatis fornace versabantur. velut rore quodam perfusos recreabat. Verùm quid meipsum fatigo, dum bonorum pelagus tenui ac vili oratione prædicare conor? Quocirca hic quidem ego sermoni finem imponam: tu verò compressa ea mœstitia, quam ipsius causa suscepisti, per virtutis cultum præstantissimũ illum virum honore affice.

Hermogeni Episcopo. 152.

Per summam curam ac diligẽtiam grassetur vulnerum animi curatio. Nam quæ cicatricem præmaturè duxerunt, plerunque aperiri ac recrudescere consueuerũt.

Martiniano, Zosimo, Maroni, Eustachio. 153.

Congressus mecum vir quidam præclarus, atque & nobilitate, & moribus ornatus cum lachrymis mihi exposuit, quosdam, quibus virtus haud paruæ curæ est, in priuato consessu hæc de vobis verba habuisse: Quid turpium ac tacendorum vitiorũ isti clam perpetrant, verebuntur, qui cùm tam perspicuè immodesti ac petulantes sint, non erubescunt? Quid obscuriorum scelerum non admiserint, qui etiam de manifestis gloriantur? Quonam pacto cõsiliis vllis castigari ac meliores effici queãt, qui etiam prudentes viros irrident? Quonam pacto reprehensi sceleribus suis finẽ imponant, qui etiam reprehendentibus obtrectant, cósque maledictis lacerant? Quonam pacto diuina oracula vereantur, qui eas fabulas etiam & figmenta esse ducunt? Quonam pacto iudicium pertimescant, qui per opera sua ne illud quidem esse proclamant? Quonam pacto Christi verbis obtemperabunt, qui per ea, quæ perpetrant Epicurum prædicant? Equidẽ ipse his auditis, magno animi dolore affectus sum: vos autem æquum fuerit rationem inire, qua hanc insectationem obliteretis. Obliterabitis autem, si ad meliorem mentem redieritis. Redibitis autem, si Scripturas sacras veras esse credideritis. Credetis autem si continenter ipsis fruamini. Fruemini autem, si earum mentem intellexeritis. Intelligetis autem, si assiduã cum viris diuina sapientia præditis cõsuetudinem habueritis. Habebitis autem, si vitium fugeritis, fugietis autem si pœnas ipsi impendentes timueritis. Timebitis autem, si Deum esse credideritis. Credetis autem, si è tanto furore emerseritis. Emer-

Ἑρμογένει ἐπισκόπῳ. ρνβ.

Διὰ πάσης ἀκριβείας χωρείτω τῶν ψυχικῶν τραυμάτων ἡ θεραπεία. τὰ γὰρ ὕπουλα, ὡς τὰ πολλὰ, ἀναστομοῦσθαι φιλεῖ.

Μαρτινιανῷ, Ζωσίμῳ, Μάρωνι, Εὐσταθίῳ. ρνγ.

Ἐντυχών μοί τις τῶν λόγου καὶ μνήμης ἀξίων ἀνδρῶν, καὶ εὐγενείᾳ, καὶ τρόποις κεκοσμημένων, μετὰ δακρύων ἀπήγγελλεν, ὡς συνεδρεύοντές τινες καθ' ἑαυτοὺς, οἷς ἀρετῆς οὐ μικρὸς λόγος, τοιαῦτά τινα περὶ ὑμῶν ἔφασκον. τί τῶν ἀποῤῥήτων, καὶ αἰσχρῶν παθῶν ὀκνήσουσιν οὗτοι διαπράξασθαι λανθάνοντες, οἵγε περιφανῶς οὕτως ἀσχημονοῦντες οὐκ ἐρυθριῶσι. τί δὲ οὐκ ἂν ποιήσαιεν τῶν ἀφανῶν κακῶν, οἵγε ἐπὶ τοῖς περιδήλοις καλλωπίζονται; πῶς δὲ ὑποβολῆς σωφρονισθεῖεν, οἵγε καὶ τοὺς σωφρονοῦντας γελῶσι; πῶς δὲ ἐλεγχόμενοι παύσοιντο, οἵγε τοὺς ἐλέγχοντας διασύρουσι; πῶς δὲ τοὺς θείους χρησμοὺς αἰδεσθεῖεν, οἵγε καὶ μύθους αὐτοὺς νομίζουσι; πῶς δὲ κρίσιν φοβηθεῖεν, οἵγε μηδὲ εἶναι ταύτην διὰ τῶν ἔργων κηρύττουσι; πῶς δὲ τῷ Χριστῷ πείσονται, οἵγε Ἐπίκουρον, δι' ὧν δρῶσιν, ἀνακηρύττουσιν; ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα ἀκούσας, λίαν ἐπλήγην τὴν ψυχήν. ὑμεῖς δὲ σκοπεῖν δίκαιοι ἂν εἴητε, ὅπως ταύτην ἐξαλείψοιτε τὴν κωμῳδίαν. ἐξαλείψεται δὲ, εἰ γνωσιμαχήσαιτε. γνωσιμαχήσαιτε δὲ, εἰ πεισθείητε ἀληθεῖς εἶναι τὰς ἱερὰς γραφάς. πεισθείητε δὲ, εἰ συνεχῶς αὐτῶν ἀπολαύσαιτε. ἀπολαύσοιτε δὲ, εἰ τὸν νοῦν αὐτῶν μάθοιτε. μάθοιτε δὲ, εἰ τοῖς κατὰ θεὸν σοφοῖς προσεδρεύσοιτε. προσεδρεύσοιτε δὲ, εἰ κακίαν φύγοιτε. φεύξεσθε δὲ, εἰ τὰς τιμωρίας τὰς ἐπηρτημένας αὐτῇ φοβηθείητε. φοβηθήσεσθε δὲ, εἰ τὸ θεῖον εἶναι πιστεύετε. πιστεύ-

σετε δὲ, εἰ ἐκ τῆς τοσαύτης μανίας ἀνενέγκοιτε. ἀνενέγκοιτε δὲ, εἰ τοὺς ἀνενεγκόντας ζηλώσετε. ζηλώσετε δὲ, εἰ ἀρετῆς ἀντιλάβοισθε. ἀντιλάβοισθε δὲ, εἰ βασιλείας ἐρασθείητε. ἐρασθείητε δὲ, εἰ τὰ βλεπόμενα, πρόσκαιρα εἶναι νομίσετε. νομίσετε δὲ, ἐὰν τὴν οὐδένειαν αὐτῶν καταμάθοιτε. μαθήσεσθε δὲ, εἰ τὸ ἐπίκηρον αὐτῶν θεωρήσετε. θεωρήσετε δὲ, ἐὰν ἀδεκάστοις ὀφθαλμοῖς θεάσησθε. θεάσοισθε δὲ, εἰ τῶν οὐρανίων ἀνθέξεσθε. ἀνθέξεσθε δὲ, εἰ τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν διορατικώτερον κατασκευάσετε. κατασκευάσοιτε δὲ, εἰ πρὸς τὸ θεῖον συνεχῶς ἀποβλέπειν ἐθίσετε.

Ὠφελίῳ σχολαστικῷ. ρνδ.

Τὸ σαφὲς τῷ σεμνῷ κεκραμένον, οὐκ ἀσαφὲς τῷ ἀκροωμένῳ, τὸ λεγόμενον, κατασκευάζει.

Θεογνώστῳ πρεσβυτέρῳ. ρνε.

Ὁ ἀοίδιμος, καὶ πάσης εὐφημίας ἄξιος Τιμόθεος ὁ ἀναγνώστης, οὕτως ὀρθῶς ἐβίωσεν, ὡς μηδένα δυνηθῆναι εἰπεῖν, ὅτι ἐθαυμάζετο μὲν, οὐκ ἠγαπᾶτο δέ. τὸ μὲν γὰρ τῷ τῆς ἀρετῆς ἐρᾶν. τὸ δὲ τῷ τὰ φορτικώτερα φεύγειν, ἐξ ἴσης ἐκαρποῦτο, ὅσγε καὶ διὰ τὸ τῆς γνώμης κόσμιον, τῶν μὲν ἡλικιωτῶν πρεσβύτερος, τῶν δὲ πρεσβυτέρων ἡλικιώτης ἐδόκει. τοὺς μὲν νουθετεῖν, οἷός τε ὢν, τοὺς δὲ οὐδὲν ἐνδιδοὺς ἐφ' ὅτῳ διορθώσοιντο.

Ἡσυχίῳ λαμπροτάτῳ. ρνϛ.

Οἰκίαν μὲν διαφανῆ, καὶ θαύματος κρείττονα φασί σε κατεσκευακέναι, τῆς δὲ ψυχῆς ἠμεληκέναι, ὥσπερ τινὸς φαυλοτάτου καὶ οὐδαμινοῦ. ἴσθι τοίνυν μὴ καλῶς βουλευόμενος, ἡ μὲν γὰρ οἰκία τῆς σῆς πλεονεξίας, καὶ ἐν τοῖς μετ' ἔπειτα χρόνοις κῆρυξ καὶ σιωπῶσα γενήσεται. ἡ δὲ ψυχὴ τὰς φοβερὰς ὑποστήσεται τιμωρίας.

getis autem, si eos, qui emerserunt, imitemini. Imitabimini autem, si virtutem arripueritis. Arripietis autem, si cælestis regni amore teneamini. Tenebimini autem, si ea quæ oculis cernuntur, caduca & tandem interitura esse existimaueritis. Existimabitis autem, si quàm nihil sint didiceritis. Discetis autem, si eorum fragilitatem animo perspexeritis. Perspicietis autem, si incorruptis oculis ea contemplemini. Contemplabimini autem, si cælestia arctè complectamini. Complectemini autem, si animæ oculũ perspicaciorem reddideritis. Reddetis autẽ, si eum ad diuinũ numẽ contuendum perpetuò assuefeceritis.

Ophelio Scholastico. 154.

Perspicuitas cum grauitate coniuncta, obscuritatem, vt est in prouerbio, auditoribus non parit.

Theognosto Presbytero. 155.

Celebris ille, atque omni laude dignus, Timotheus Lector, adeò rectè vixit, vt nemo sit qui dicere possit, eum admirationi quidem, at non amori fuisse. Illud enim ex virtutis amore ac studio, hoc autem ex eo quod res eas, quæ inuidiam afferebant, fugeret, peræquè consequebatur: quippe qui etiã, ob animi moderationẽ & honestatem & æqualibus suis antiquior, & seniorum æqualis esse videretur: quòd videlicet, & illos monere posset, & his nullam corrigendi sui ansam porrigeret.

Hesychio clarissimo. 156.

Te quidem splendidam domum, atque omni admiratione sublimiorem, extruxisse aiunt: at interim animam, tanquam vilissimum aliquod ac nullius omnino pretij, neglexisse. Hæc igitur scito, te haud probum cõsilium inire. Nam domus quidem tua in posterum quoque auaritiam tuam etiam tacens prædicabit: at anima horridos cruciatus sustinebit.

Martiniano, Zosimo, Maroni Eustathio. 157.

Quodnam Saluatoris oraculum, optimi viri, aut quinam sermo in opus non exiit, vt eum quoque, quem de iudicio habuit, reiiciatis? Nam si illi in irritum cesserunt, ne huic quidem fides adhibeatur. Si autem omnes euenerunt, quid est quamobrem huic fidẽ arrogare recusatis? Si quidem ea, quæ contigerunt, futurorum euẽtum spondent. Quòd si me breuiter oracula quædam (omnia enim haud facilè, imò etiam fortasse nec possibile est) in medium afferre vultis, ne hoc quidem facere grauabor. Dixit Hierosolymã captum iri: & capta est. Dixit celeberrimum illud Tẽplum euersum iri: & ita contigit. Dixit Apostolicam prædicationem victoriam adepturam: & adepta est: Dixit se & filiis maiori, quàm patres venerationi fore, & patribus dulciorem quàm filij, & vxoribus suauiorem quàm mariti, & res ipsa subsecuta est. Dixit fore, vt Iudæi dispergerentur: & quemadmodum fugitiui quidam & verberones dispersi sunt. Dixit fore, vt Ecclesia quidem oppugnaretur, at non expugnaretur: & luculẽta, tum in terra, tum in mari ipsius trophæa sunt. Dixit se perspicuum facturum id quod mulier ea, quæ vnguentum effuderat, fecisset: & neminẽ id facinus fugit. Dixit fore, vt quamcunque terram Sol hic lustrat, eandẽ quoque prædicatio Euangelica peragraret: & peragrauit. Neque enim vlla est natio, aut vllus extremus recessus, qui eam non audierit. Dixit se piscium captores, hominum piscatores effecturum: & ad hunc vsque diem rete homines captat. Crucẽ & mortem prædixit, & hoc impletum est. Resurrectionem & ascensionem prædixit: & extitit. Verùm si oracula omnia in medium proferre coner, ne si sermonem quidem finire velim, id queam. Cùm igitur hæc omnia dixit, atque in finem adduxit, hic de clarissimo suo secundo aduentu atque incorrupto iudicio locutus fidem non nãciscetur? Et quis tandem eorum qui men-

Μαρτινιανῷ, Ζωσίμῳ, Μάρωνι, Εὐσταθίῳ. ρνζ.

Ποῖος χρησμὸς, ὦ βέλτιστοι, ἢ ποῖος λογὸς τοῦ σωτῆρος εἰς ἔργον οὐκ ἐκβέβηκεν, ἵνα καὶ τὸν περὶ τῆς κρίσεως παραγράψησθε. εἰ μὲν γὰρ ἐκεῖνοι διέπταισαν, μηδ᾽ οὗτος πιστευέσθω. εἰ δὲ πάντες εἰς ἔργον ἐκβεβήκασι, τοῦ χάριν τούτῳ πιστεύειν οὐκ ἀξιοῦτε. τὰ γὰρ γεγενημένα, τῶν ἐσομένων ἐγγυᾶται τὴν ἔκβασιν. εἰ δὲ βούλεσθε, συντόμως καί τινας τῶν χρησμῶν. πάντας γὰρ ἴσως οὐ δυνατὸν, οὐδὲ ῥᾴδιον εἰς μέσον ἀγαγεῖν ἡμᾶς, οὐδὲ τοῦτο ποιῆσαι παραιτησόμεθα. εἶπεν ἁλώσεσθαι τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ἑάλω. εἶπε καθαιρεθήσεσθαι τὸν πολυθρύλλητον ἐκεῖνον ναὸν, καὶ γέγονεν. εἶπε κρατήσειν τὸ ἀποστολικὸν κήρυγμα, καὶ κεκράτηκεν. εἶπεν ὡς ἔσται αὐτὸς, καὶ παισὶ πατέρων αἰδεσιμώτερος, καὶ πατράσι παίδων γλυκύτερος, καὶ γυναιξὶν ἀνδρῶν ποθεινότερος, καὶ τὸ πρᾶγμα ἠκολούθησεν. εἶπε διασπαρήσεσθαι τοὺς Ἰουδαίους, καὶ καθάπερ δραπέται τινὲς καὶ μαστίγιαι, πανταχοῦ διεσκορπίσθησαν. εἶπε πολεμηθήσεσθαι μὲν τὴν ἐκκλησίαν, μὴ νικηθήσεσθαι δὲ, καὶ σαφῆ, καὶ λαμπρὰ ἐν γῇ καὶ θαλάττῃ τὰ τρόπαια. εἶπε κατάδηλον ποιήσειν ὅπερ ἐποίησεν ἡ καταχέασα τοῖς ποσὶν αὐτοῦ τὸ μύρον γυνή. καὶ οὐδένα διέλαθε τὸ γεγονός. εἶπεν ὅτι ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ γῆν, τοσαύτην καὶ τὸ κήρυγμα καταλήψεται, καὶ κατείληφεν. οὐκ ἔστι γὰρ ἔθνος, οὐκ ἐσχατιὰ τούτου ἀνήκοος. εἶπε ποιήσειν τοὺς ἁλιεῖς τῶν ἰχθύων ἁλιεῖς ἀνθρώπων· καὶ ἕως νῦν ἡ σαγήνη θηρᾷ. προεῖπε τὸν σταυρὸν, καὶ τὸν θάνατον, καὶ πεπλήρωται. εἶπε τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν ἀνάληψιν, καὶ γέγονεν. ἀλλ᾽ εἰ πάντας τοὺς χρησμοὺς εἰς μέσον ἀγαγεῖν πειράσομαι, οὐδ᾽ εἰ παύσασθαι βουλοίμην, δυναίμην. ὁ τοίνυν ταῦτα πάντα εἰρηκὼς, καὶ εἰς τέλος ἀγαγὼν, οὗτος περὶ

περὶ τῆς ἐπιφανεστάτης ἑαυτοῦ δευτέρας παρουσίας καὶ ἀδεκάστου κρίσεως εἰρηκὼς, οὐ πιστευθήσεται; καὶ τίς ἀνέξεται τῶν νοῦ καὶ φρονήσεως οὐκ ἀμοιρούντων. εἰ μὲν γὰρ ἐκεῖνοι οἱ χρησμοὶ εἰς ἔργον οὐκ ἐκβεβήκασι μηδ᾽ οὗτος πίστεως ἀξιούσθω. εἰ δὲ πάντες τέλος εἰλήφασι τὸ προσῆκον, δι᾽ ἣν αἰτίαν οὗτος μόνος ἀπιστεῖται. οὐδὲ τοῦτο δὲ παραλελείψεται οὐ μικρὸν ὂν, ἀλλὰ παρ᾽ ἐμοὶ κεῖται τὸ μέγιστον. ὅτι εἰ ἐν οἷς αὐτῷ συνηνέχθησαν, δι᾽ ἣν αἰτίαν ἀπιστεῖται. τὸ μὲν τὴν θείαν φύσιν εἰς τὰ καθ᾽ ἡμᾶς καταβῆναι πράγματα, καὶ τοσαύτην οἰκονομίαν ἐργάσασθαι, καὶ σημεῖα τοιαῦτα καινουργῆσαι, καὶ τὰ πάθη διὰ πάθους ἰάσασθαι, καὶ τὸν θάνατον διὰ θανάτου θανατῶσαι, ἀπιστούμενον διὰ τῶν πραγμάτων τὴν ἀπόδειξιν ἔλαβεν. οὐ γὰρ ἂν εἰ ἄνθρωπος ψιλὸς ἦν, μετὰ θάνατον πάντας ἂν ἐχειρώσατο. καὶ μυρίων θεῶν ἑσμοὺς ἐκ τῆς οἰκουμένης ἐξήλασε, καὶ τὰ διαβόητα χρηστήρια ἐπεστόμισε, καὶ ἁλιεῖς παιδευτὰς τῆς ὑφ᾽ ἡλίῳ ἐχειροτόνησε, καὶ τὰ ἀνήμερα καὶ ἀπάνθρωπα φῦλα ἐτιθάσσευσε. τὸ δὲ κρίσιν ἔσεσθαι προειπὼν ὁμολογούμενον πρᾶγμα παρὰ τοῖς πλείστοις καὶ ἐνδοξοτάτοις τῶν σοφῶν, καὶ δίκαιον ὂν καὶ ἀκόλουθον, καὶ λογικοῖς πρέπον, καὶ τῇ θείᾳ προνοίᾳ ἁρμόττον. καὶ περὶ τῶν τῇδε δοκούντων πολλοῖς ἀνωμάλως γίγνεσθαι πραγμάτων ἀπολογούμενον. οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἀπιστεῖται. εἰ γὰρ τὰ ἀπιστούμενα ἐξέβη, ποίᾳ μηχανῇ, τὸ πιστευόμενον οὐκ ἐκβήσεται; εἰ γὰρ ἐν οἷς διενέχθη, οὐκ ἠλέγχθη, ἐν ᾧ συνηνέχθη, πίστεως ἄξιος ἂν εἴη. εἰ γὰρ τὰ λογικὸν ὑπερβαίνοντα ζήτησιν γέγονε, τὸ κατὰ λόγον πολλῷ μᾶλλον γενήσεται. τῶν γὰρ ὑπὲρ λόγον γεγενημένων τὸ εὔλογον καὶ ἀκόλουθον συμβήσεται.

te ac prudentia minimè destituti sunt, hoc ferat? Nam si oracula illa in opus minimè excesserunt, ne hinc quoque fides arrogetur. Si autem cuncta eum, quem par erat, finem acceperũt, quid afferri potest quamobrẽ huic soli fides denegetur? Quin ne hoc quidem, quod non parui, sed meo quidem iudicio, maximi momenti est, prætermittam, nempe cùm in his rebus, in quibus hominum opinio ab ipsius verbis dissidebat, fidem inuenerit, quid est causæ cur in iis, in quibus cum eo multis probè conuenit, ipsius verbis diffidatur? Nam quòd diuina natura ad res nostras descendisset, tantámque administrationẽ obiisset, tot miracula designasset, vitiosásque perpessiones per passionem curasset, ac mortem per mortem extinxisset, cùm minimè crederetur, per res ipsas demonstrationem accepit. Non enim, si simplex homo extitisset, mortales omnes post mortem subegisset, nec infinitum deorum examen ex orbe depulisset, nec celebribus oraculis silentium indixisset, nec piscatores vniuersæ terre magistros creasset, nec feras & inhumanas nationes cicurasset. Quid autem cùm iudicium fore prædixerit (quæ res apud plurimos & clarissimos quosque doctorum virorum extra controuersiam est, ac præterea æqua & consentanea, rationéque præditis congruens, ac diuinæ prouidentiæ conueniẽs, & de rebus huius vitæ, quæ plerisque præposterè fieri videntur, eam purgans) fidem tamen hoc minimè inueniat, haud sanè scio. Nã cùm ea, quibus fides detrahitur euenerint, quonam tandem pacto non eueniet, quod fidẽ nanciscitur? Cùm enim in iis in quibus dissidebat, falsi minimè cõuictus sit, in ea re, in qua cõcors est, dignus profectò est, cui fides habeatur. Nam cùm ea, quæ rationalẽ omnem inuestigationem superabant, facta sint, quod rationi consentaneum est multo magis fiet. Iis enim effectis quæ rationem excedunt, id quod cum ratione coniunctum, atque consentaneum est, profectò continget.

Iisdem. 158.

Non consonat, viri optimi, sed potiùs vehementer dissonat ab eo quod sentitis, diuinus calamus. Vos enim linguam à fato moueri ac perturbari dicitis. Diuinum autem oraculum contra vitæ nostræ tempus à lingua conturbari ait. Tempus enim rotæ speciem imitatur, vt pote quod in sese torqueatur & conuoluatur. Nihil autē commodius fuerit, quàm scripturā ipsam audire. Quid igitur ait? Lingua constituitur in membris nostris, quæ inflammat totum corpus, & maculat rotam vitæ nostræ. Non dixit, rota maculat linguam nostram, sed lingua rotam, hoc est, tēpus ad rotæ speciem accedens. Etenim voluntatem accusat, & temeritatem reprimit, à quibus vita nostra exacerbatur, atque innumeris rerum varietatibus & inconstantiis succumbit. Vnde etiam subiunxit: Et inflammata à Gehenna. Quod profectò non adiunxisset, si inuita lingua moueretur. Quòd autem tempus rotam appellarit, propter orbicularem ac rotundam figuram (in seipsum enim voluitur) confirmat Psalmista, qui coronam ipsum nominauit, dixítque ad Deum, Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Nam hîc quoque ab orbiculari figura tempus corona meritò nuncupatum est. Quocirca, nisi risum excitare vultis, ne diuinum oraculū, quod cum vestris cupiditatibus pugnat, tanquam concors & consonans profteratis: verùm id agite, vt linguam sexcentis frenis comprimatis.

Orioni Monacho. 159.

Aut maiorem, aut certè non minorem, quàm amici tui, voluptatē hinc cepimus, quòd prudentia tua robur huiusce vitæ valere iussit, ad diuinæ Philosophiæ certamen se accinxit. Atque confidimus, te, diuina ope fauente, præmia quoque atque coronas consecuturum.

Τοῖς αὐτοῖς. ρνη.

Οὐ συνᾴδει, ὦ βέλτιστοι, ἀλλὰ καὶ κομιδῆ ἀπᾴδει τῶν ὑφ' ὑμῶν νενομισμένων τὸ θεῖον γραφεῖον. ὑμεῖς γὰρ ἔφατε ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης τὴν γλῶτταν κινεῖσθαι καὶ συνταράττεσθαι· τὸ δ' ἱερὸν λόγιον, τοὐναντίον φάσκει ὑπὸ τῆς γλώττης συγχεῖσθαι τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν. τροχοειδὴς γὰρ ὁ χρόνος εἰς ἑαυτὸν ἀνακυκλούμενος. οὐδὲν δὲ οἷον αὐτῆς ἀκοῦσαι τῆς γραφῆς. τί οὖν φησίν, ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, ἡ φλογίζουσα ὅλον τὸ σῶμα, καὶ σπιλοῦσα τὸν τροχὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν. οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι, ὁ τροχὸς σπιλοῖ τὴν γλῶτταν, ἀλλ' ἡ γλῶττα τὸν τροχόν, τὸν τροχοειδῆ δηλονότι χρόνον. τὴν γὰρ προαίρεσιν αἰτιᾶται, καὶ τὴν προπέτειαν ἀναστέλλει. ὑφ' οἷς ὁ βίος ἡμῶν ἐκτραχύνεται, καὶ μυρίαις ἀνωμαλίαις ὑποπίπτει. διὸ καὶ ἐπήγαγε, καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης. οὐκ ἂν τοῦτο προσθεῖσα, εἴγε ἄκουσα ἡ γλῶττα ἐκινεῖτο. ὅτι δὲ τροχὸν τὸν χρόνον ἐκάλεσε, διὰ τὸ τροχοειδὲς καὶ κυκλικὸν σχῆμα. εἰς ἑαυτὸν γὰρ ἀνελίττεται, ἐγγυᾶται ὁ μελῳδὸς, στέφανον αὐτὸν καλέσας, καὶ εἰπὼν πρὸς τὸν θεόν. εὐλογήσεις τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου. κἀν ταῦτα γὰρ ἀπὸ τοῦ κυκλικοῦ σχήματος στέφανος, εἰκότως ὁ χρόνος ὠνόμασται. εἰ τοίνυν βούλεσθε γέλωτα μὴ ὀφλισκάνειν, μὴ τὸ ἐναντίον τοῖς οἰκείοις βουλήμασι λόγιον ὡς συνᾷδον προφέρετε. ἀλλὰ μυρίοις χαλινοῖς τὴν γλῶσσαν ἄγχετε.

Ὠρίωνι μονάζοντι. ρνθ.

Ἢ μᾶλλον, ἢ οὐχ ἧττον τῶν σῶν φίλων ἥσθημεν, ὅτι ἡ σὴ σύνεσις τοῖς βιωτικοῖς χαίρειν φράσασα, εἰς τὸν τῆς θείας φιλοσοφίας ἀπεδύσατο ἀγῶνα. καὶ πιστεύομεν, ὡς τῆς θείας συμπραττούσης ῥοπῆς, καὶ ἀναρρήσεων, καὶ στεφάνων τεύξεται.

Νεί-

Νείλῳ. ρξ.

Πολλάκις ἐθαύμασα, τῶν τὴν τοῦ θεοῦ μακροθυμίαν, ἐφόδιον ποιουμένων κακίας. δέον γὰρ τοσαύτης χρηστότητος πολιτευομένης, τὴν κακίαν μὴ αὔξεσθαι, ἀλλ' ἐλέου καὶ συγγνώμης τυχόντας, τὴν εὐεργεσίαν αἰδουμένους, κακίας μὲν ἀπέχεσθαι· ἀρετῆς δ' ἀντέχεσθαι. οἱ δὲ τολμῶσιν ἀτόλμητα. ἴστωσαν οὖν ὡς οὐ διαφεύξονται τὴν δίκην. τὸ γὰρ θεῖον λόγιον βοᾷ, Αὐτὸς γὰρ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Ἀφρασίῳ πρεσβυτέρῳ. ρξα.

Εἰ καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα· ἀλλ' οὖν γε ἀπὸ τῶν παλαιόντων πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, διδακτέον τοὺς νόμους τοὺς ἀθλητικούς. ὥσπερ οὖν ἐκεῖνοι οὐ μόνον ἀποδυσάμενοι. ἀρχὴ γὰρ τοῦ ἀγωνίσασθαι τὸ ἀποδύσασθαι. ἀλλὰ καὶ ἀποκειράμενοι τὴν κόμην, καὶ ἀλειψάμενοι ἐλαίῳ, ἵνα μήτε ληφθῶσι ταῖς θριξίν, ἀλλὰ καὶ ὀλισθῆσαι παρασκευάσωσι διὰ τοῦ ἐλαίου τοῦ ἀντιπάλου τὰς χεῖρας. οὕτως ἐπὶ τὸν ἀγῶνα χωροῦσιν. οὕτως καὶ ἡμεῖς, εἴγε στεφανοῦσθαι γενέσθαι ποθοῦμεν, ἀποδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔξωθεν ἀποκειράμενοι, καὶ εἰς ἐλεημοσύνας καταναλώσαντες, γυμνοὶ πάσης φροντίδος, καὶ ἀχίτωνες εἰς τὸ στάδιον τῆς ἀρετῆς ἀναβῶμεν, τὰ περὶ ψυχῆς ὀλύμπια ἀγωνισάμενοι. εἰ δὲ μηδὲν τούτων δρῶντες, νομίζοιμεν καὶ ἀγωνίζεσθαι, καὶ ἐναβρυνόμεθα ἐπὶ τούτῳ, πρῶτον μὲν κἀνταῦθα παρὰ τῶν ἐχεφρόνων γελασθησόμεθα. ἔπειτα δὲ κἀκεῖσε ἀκριβῶς εἰσόμεθα, ὅτι ἑαυτοὺς παρελογισάμεθα, ὅταν μὴ μόνον ἀστεφάνωτοι, ἀλλὰ καὶ δίκας ὑφέξοντες ἀπαγώμεθα.

Nilo. 160.

Sæpenumero eos miratus sum, qui Dei lenitatem in vitij occasionem vertunt. Nā pro eo atque oportebat eos, tāta benignitate vigente, vitium minimè adaugere, verùm, posteaquàm misericordiam & veniā consecuti essent, huiusmodi beneficio commôueri, atque à vitio quidem abstinere, virtutem autem amplexari, ipsi contrà nefaria quoque scelera perpetrare minimè dubitāt. Sciant igitur illi, se pœnam haudquaquam vitaturos. Clamat enim diuinum oraculum, Ipse reddet vnicuique iuxta opera sua.

Aphrasio Presbytero. 161.

Etsi nobis aduersus carnem & sanguinem colluctatio non est, at ab his tamen qui aduersus carnem & sanguinem luctātur, palæstræ leges edocendæ sunt. Quemadmodum igitur illi non modò exutis vestibus (certandi enim principium est vestes deponere) verùm etiam detonsa coma, corporéque oleo delibuto (vt nec crinibus prehendentur, ac per oleum lubricas aduersarij manus reddant) ita demum in certamen progrediuntur: ad eundem nos quoque modum, si coronam referre cupimus exuto veteri homine vnà cum ipsius actionibus, præcisísque atque in eleemosynas insumptis rebus externis, omni cura nudi, ac vestitu carentes, ad virtutis stadium ascendamus, vt Olympicum de anima certamen obeamus. Quòd si nihil horum facientes, certare nobis videamur, atque hoc nomine gloriemur, primùm quidem hîc quoque a prudentibus viris ridebimur: posteà autem illic etiam certò comperiemus, nos à nobisipsis delusos ac circumscriptos fuisse: cùm videlicet, non modò coronæ expertes erimus, verùm etiā ad luendas pœnas abducemur

Athanasio Presbytero. 162.

Quoniam mirum tibi videri scripsisti, qui fiat vt cùm graue atque atrox facinus sit, Zosimum, qui Presbyteri speciem gerit, sacris operari, ei tamen, à quo scelerate ordinatus est, haudquaquam graue esse videatur, hoc responderim. Tu quidem pro tuo in improbos odio atque in probos amore iustè stomacharis (neque enim quisquam inficias iuerit) ego verò illud quoque te monere iustum esse censui, vt linguam tuam à maledicentia puram ac liberam conserues. Etsi enim ille innumeris, vt scripsisti, mortis generibus dignus est, vt qui ne honore quidem melior factus sit, verùm sacerdotij dignitate tanquam armis quibusdam ad vitium abutatur (vnde etiã, nisi resipiscat,) grauissimas ab eo incorruptus iudex pœnas expetet: neque enim iniustus est Deus: at minimè tamẽ dignũ fuerit, te os tuũ impuris ipsius flagitiis exponendis & insectandis conspurcare.

Ioanni Scholastico. 163.

Si te ad pugnam aduersarius tuus extimulat, satius quidem fuerit nihil omnino respondere. Si autem hoc te, vt qui summè philosophari minimè institueris, facere posse negas, reprehensionem saltem philosophia tempera, his Oratoris verbis ad eum vtens. Metuo, ne ea, quæ decent, de te dicens, in eos sermones, qui me minimè decent, incidam. Sic enim & mediocriter philosophaberis, & illum vlcisceris.

Heraclidi Presbytero. 164.

Illud tibi permirum videri dixisti, quî fiat, vt diabolus, viribus eius fractis & debilitatis, quàmplurimos homines in potestatem suam redigat. Ego verò minimè illud miror, quòd scelestus ille excubans, ac nec tempus vllum nec horam prætermittens, nos desidia torpentes & dormiẽtes superet. Etenim eos quidem, quos superarit in exitum secum trahere poterit: at primum illud regnum, quod à diuina potentia euersum est, obtinere nullo modo queat. Imò contrà illud mirandum esset, si nos, nihil eorum, quæ victores decent, facientes, eum, qui nihil non aduersus nos mouet ac machinatur, vinceremus. Nam quod permulti homines vnà cum hoste aduersus fratres in aciem procedant, ac propterea clades oriatur, etsi verum sit, prætereo: nec hoc iis, qui id perpetrant, nimis graue atque acerbum videatur. Quapropter, cùm & ex nostra ignauia concidamus, & per id quod ille hoc molitur, vt ea omnia quæ pro nobis esse debebant, nobis aduersentur, deiiciamur, ac denique per id quod fratres nostri in illius castris versentur, atque aduersum nos arma capiant, offensionem patiamur, ecquid est cur mireris nos vinci ac profligari? Quod si quæras, quidnam igitur faciendum sit, hoc respondebo: Quoniam diabolus, & si cecidit, tamen stolidè se iactat, audaciaque effertur, excubandum est, laborandum, periclitandum, diuinum auxilium accersendum & implorandum, ac denique quiduis agendum, vt & ducem ipsum, & eos qui cum ipso militant, superemus. Nam alioqui, si nihil horum efficere in animum inducentes, ea quoque quæ præclarè à Christo gesta sunt, prodimus, nosipsos, non diaboli robur (quòd Seruator quidem extinxit, nostra autem socordia auxit) accusare debemus.

Eudæmoni Lectori. 165.

Vmbra, & insomnium, & fumus, optime vir, & quiduis eorum, quæ quàm ocyssimè auolant, hominum vita meritò appellata est. Ac propterea ne ipsi quidem addictum animum habere oportet, nec delicias, delicias existimare. Maiorem quippe partem ita habet, vt earum sensu careat. Etenim prima ætas ingenti amentia referta est. Ea item, quæ ad senectutem tendit, omnẽ eum, qui nobis inest, sensum debilitat & extinguit. Atque exiguum quid-

Ἀθανασίῳ πρεσβυτέρῳ. ρξβ.

Ἐπειδὴ γέγραφας θαυμάζειν, ὅπως τὸ ἱερᾶσθαι Ζώσιμον τὸν δοκοῦντα εἶναι πρεσβύτερον δεινὸν ὄν, οὐ δεινὸν εἶναι δοκεῖ τῷ παρανόμως αὐτὸν χειροτονήσαντι, φήσαιμι, ὅτι αὐτὸς μὲν ἀπὸ μισοπονήρου, καὶ φιλαγάθου τρόπου δικαίως ἀγανακτεῖς· οὐδεὶς γὰρ πρὸς τοῦτ' ἀντερεῖ, ἐγὼ δέ σοι κἀκεῖνο παραινέσαι δίκαιον ᾠήθην, καθαρὰν κακηγορίας τὴν γλῶτταν διατηρῆσαι. εἰ γὰρ κἀκεῖνος μυρίων, ὡς γέγραφας, ἐστὶν ἄξιος θανάτων, μηδὲ τῇ τιμῇ βελτιωθεὶς, ἀλλ' ὅπλῳ κακίας τῇ ἱερωσύνῃ χρησάμενος, καὶ τολμῶν τὰ ἀτόλμητα· διὸ καὶ παρὰ τοῦ ἀδεκάστου κριτοῦ, εἰ μὴ γνωσιμαχήσειε, σφοδροτάτας ἀπαιτηθήσεται δίκας. οὐ γὰρ ἄδικος ὁ θεός, ἀλλ' οὖν τὸ σαυτοῦ στόμα μιαίνειν οὐκ εἴης δίκαιος, τὰς μιαρὰς ἐκείνου πράξεις ἐκκωμῳδῶν.

Ἰωάννῃ σχολαστικῷ. ρξγ.

Εἰ ἐρεθίζει σε πρὸς μάχην ὁ σὸς ἀντίδικος, ἄμεινον μὲν μὴ ἀποκρίνασθαι. εἰ δὲ τοῦθ', ὡς φῂς, ἀδύνατόν σοι καθέστηκεν, ἄκρως φιλοσοφῆσαι μὴ προῃρημένῳ· κέρασον τῇ φιλοσοφίᾳ τὸν ἔλεγχον, λέγων τὰ τοῦ ῥήτορος πρὸς αὐτὸν, φοβοῦμαι μὴ τὰ προσήκοντα περὶ σοῦ λέγων, εἰς οὐ προσήκοντας ἐμαυτῷ ἐμπέσω λόγους. οὕτω γὰρ καὶ φιλοσοφήσεις μετρίως, κἀκεῖνον εἰς δίκας εἰσπράξῃ.

Ἡρακλείδῃ πρεσβυτέρῳ. ρξδ.

Αὐτὸς μὲν ἔφης θαυμάζειν λίαν, ὅπως ὁ διάβολος τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων καὶ μετὰ τὸ ἐκνευρισθῆναι χειροῦται. ἐγὼ δὲ τοῦτ' οὐ θαυμάζω, εἰ ἀγρυπνῶν ὁ μιαρὸς ἐκεῖνος, καὶ μηδένα καιρὸν, μηδὲ ὥραν παραλείπων, ἡμῶν ῥαθυμούντων καὶ κοιμωμένων περιγίνεται. συναπολέσαι μὲν γὰρ ἑαυτῷ τοὺς ἡττηθέντας δυνήσεται, βασιλεῦσαι δὲ τὴν πρώτην βασιλείαν τὴν ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως ἀνατραπεῖσαν, οὐκ ἂν δυνηθείη. τοὐναντίον γὰρ ἂν ἦν θαυμαστὸν, εἰ μηδὲν ποιοῦντες ἡμᾶς, ἂν τοῖς προστυχοῦσι περιόντες τοῦ πάντα καθ' ἡμῶν κινοῦντος περιῆμεν. τὸ γὰρ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων συστρατεύεσθαι τῷ ἐχθρῷ κατὰ τῶν ἀδελφῶν, καὶ διὰ τοῦτο περιφανῶς τὴν ἧτταν συμβαίνειν, καίτοι ἀληθὲς ὂν παρήσω, μὴ λίαν πικρὸν ὀφθείη τοῖς τοῦτο δρῶσιν. ὅταν οὖν καὶ ἐξ οἰκείας ῥαθυμίας πίπτωμεν, καὶ ἐκ τοῦ ἐκεῖνον πάντα τὰ ὑπὲρ ἡμῶν ὀφείλοντα εἶναι καθ' ἡμῶν μηχανᾶσθαι, ὑποσκελιζόμεθα, καὶ ἐκ τοῦ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἡμετέρους ἐκείνῳ μὲν συστρατεύεσθαι, καθ' ἡμῶν δὲ ὁπλίζεσθαι, σκανδαλιζόμεθα, δι' ἣν αἰτίαν θαυμάζεις ἡττώμεθα. εἰ δὲ φαίης, τί οὖν ποιητέον, ἀποκρινοῦμαι, ὅτι ἐπειδὴ, εἰ καὶ πέπτωκεν ὁ διάβολος, ἀλλ' ὅμως ἀπειροκάλως θρασύνεται, ἀγρυπνητέον, καὶ πονητέον, καὶ κινδυνευτέον, καὶ τὴν θείαν συμμαχίαν κλητέον, καὶ πάντα πρακτέον, ὅπως καὶ τὸν στρατηγὸν αὐτὸν, καὶ τοὺς συστρατευομένους νικήσωμεν. εἰ δὲ μηδὲν τούτων βουλόμενοι πρᾶξαι, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ κατορθωθέντα προδίδομεν, ἑαυτοὺς αἰτιᾶσθαι ὀφείλομεν, καὶ οὐ τὴν ἐκείνου ῥώμην, ἣν ὁ σωτὴρ μὲν ἔσβεσεν, ἡ δ' ἡμετέρα ῥαθυμία ηὔξησεν.

Εὐδαίμονι Ἀναγνώστῃ. ρξε.

Σκιὰ, καὶ ὄναρ, καὶ καπνὸς, ὦ βέλτιστε, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν θᾶττον ἀφιπταμένων τῶν ἀνθρώπων εἰκότως κέκληται βίος. διὸ οὐδὲ χρὴ αὐτῷ προσπεπηγέναι, οὐδὲ τρυφὴν ἡγεῖσθαι τὴν τρυφήν. τὸ γὰρ πλέον ἐν ἀναισθησίᾳ ἔχει. ἡ μὲν γὰρ πρώτη ἡλικία πολλῆς γέμει τῆς ἀνοίας, ἡ δὲ πρὸς τὸ γῆρας ὁδεύουσα, πᾶσαν τὴν ἐν ἡμῖν αἴσθησιν χαλᾷ καὶ μαραίνει· καὶ ὀλίγον ἐστὶ τὸ μέσον τὸ δυνάμενον

dam interiectum est, quod deliciis & voluptati cum sensu frui queat. Imò ne hoc quidem purè ac liquidè ipsius particeps est: quippe quam infinitæ curæ ac labores & molestiæ labefactent. Atque etiam si & purè ac syncere (quod fieri non potest) frueretur, tamen id, quod medium est extrema superare minimè deberet, verùm ab vtroque superari. Cùm autem media vitæ pars innumeris tempestatibus, & curis, & periculis, & insidiis, & laboribus, aliisque, quæ nunc prætermitto, perturbetur, vbinam tandē delicias & voluptates mihi demonstraturus sis, velim exponas.

μετ' αἰσθήσεως τρυφῆς ἀπολαῦσαι. μᾶλλον δὲ οὐδ' ἐκεῖνο εἰλικρινῶς αὐτῆς μετέχει, μυρίων φροντίδων, καὶ πόνων, καὶ λυπῶν λυμαινομένων αὐτῷ. εἰ δὲ καὶ εἰλικρινῶς ἀπέλαυεν, ὅπερ ἀδύνατον, οὐ τὸ μέσον κρεῖττον ὤφειλεν εἶναι τῶν ἄκρων, ἀλλὰ τὸ συναμφότερον κρατεῖν τοῦ μέσου. ὅταν δὲ καὶ τὸ μέσον μυρίοις χειμῶσι, καὶ φροντίσι, καὶ κινδύνοις, καὶ ἐπιβουλαῖς, καὶ πόνοις, καὶ τοῖς ἄλλοις, ἃ νυνὶ παραλείπω, ἐκταράττηται, ποῦ τὴν τρυφήν μοι δείξεις, εἰπέ μοι.

Ammonio Scholastico. 166.

Videris (ô quónam te nomine dignè appellem!) ne communes quidem notiones sequi. Nam quod per literas quæsiuisti quámnam ob causam Christus mulieres eas, quæ ipsius vicem dolebant non modò non collaudarit, sed etiam insectatus sit, maximo argumento est communes notiones apud te minimè conseruari. Huiusmodi enim commiseratio, contumelia illi erat, qui eiusmodi passione non mouebatur, qui autem sponte ac voluntario animo pugnant, beati prædicantur. Non enim ea quæ fiunt, verùm eorū, qui perpetiuntur, animi perpensi & explorati, aut hoc, aut illud pertrahunt. Nam quòd & prædones & martyres iisdem pœnis afficiantur, nec ab vno eodémque principio manat, nec ad vnū & eundem finē tendit.

Ἀμμωνίῳ σχολαστικῷ. ρξϛ.

Κινδυνεύεις, ὅτι σε καλέσας ἀξίως προσείπω, ταῖς κοιναῖς μηδ' ἕπεσθαι ἐννοίαις. τὸ γὰρ γεγραφέναι δι' ἣν αἰτίαν τὰς συμπασχούσας γυναῖκας οὐκ ἀπεδέξατο ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ ἐπέσκηψε, τεκμήριόν ἐστι μέγιστον τοῦ μὴ τὰς κοινὰς ἐννοίας σώζεσθαι παρά σοι. ὕβρις γὰρ ἐκείνῳ τὸ συμπαθὲς, ᾧ μὴ τὸ πάθος καταθρηνεῖται, οἱ δ' ἑκουσίως ἀθλοῦντες μακαρίζονται. οὐ γὰρ τὰ γινόμενα, ἀλλ' αἱ τῶν πασχόντων γνῶμαι βασανιζόμεναι, ἢ τοῦτο, ἢ ἐκεῖνο ἐφέλκονται. τὸ γὰρ καὶ λῃστὰς, καὶ μάρτυρας ταὐτὰ πάσχειν, οὔτ' ἀπὸ μιᾶς ὁρμᾶται ἀρχῆς, οὔτε εἰς ἓν βλέπει τέλος.

Theophilo. 167.

Quòd optimæ narrationes insita in nobis ad virtutem subsidia excitare soleant, minimè te fugit. Cùm igitur hoc ita se habeat, demus operā, ne inhonesti atque absurdi quicquā, aut dicamus, aut faciamus.

Θεοφίλῳ. ρξζ.

Ὅτι τὰ ἄριστα διηγήματα τὰς ἐν ἡμῖν ἐμφύτους ἀφορμὰς τὰς εἰς ἀρετὴν φημὶ βλεπούσας διεγείρειν εἴωθεν, οἶσθα. εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, μηδὲν ἀπρεπὲς, μήτε λέγωμεν, μήτε πράττωμεν.

Hieraci Medico. 168.

Quandoquidem is, qui per comœdiam tragicum supercilium populo iniecit,

Ἱέρακι ἰατρῷ. ρξη.

Ἐπειδὴ ὁ τῷ δήμῳ διὰ τῆς κωμῳδίας ὀφρὺν ἐμβαλὼν τραγικὴν, καὶ ἐπι-

ἐπιστύψας αὐτῆς τὸ φορτικὸν ἄριστος εἶναί σοι παραινέτης ἔδοξεν, ἅτε γράψας ἃ μετὰ σεμνότητος πολλῆς ἐπιστύφειν τοὺς ἀκούοντας πέφυκεν, ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· οὐ τὸ πένεσθαι ἐπονείδιστον πρᾶγμα ἡγούμενος, τὴν τῆς φιλοσοφίας καὶ πάσης ἐπιστήμης τε καὶ τέχνης μητέρα.

Ἰσιδώρῳ διακόνῳ. ρξθ.

Τὸ νικᾶν ἀπὸ τοῦ κακῶς ποιεῖν, σατανικῶν ἐστι θεσμῶν. διά τοι τοῦτο ἐν τοῖς ἐκείνου τελουμένοις Ὀλυμπικοῖς ἀγῶσιν, οὕτω στεφανοῦνται οἱ ἀγωνιζόμενοι. ἀλλ' ἐν τῷ σταδίῳ τοῦ Χριστοῦ ἐναντίος ἐστὶν ὁ τῶν στεφάνων νόμος. τὸν πληττόμενον γὰρ, οὐ τὸν πλήττοντα στεφανοῦσθαι νενομοθέτηται. ὡς μὴ τῇ νίκῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ τρόπῳ τῆς νίκης τὸ θαῦμα γίνεσθαι μεῖζον. ὅταν γὰρ τὰ παρὰ ἀνθρώποις ὄντα νίκης ποιητικὰ ἥττης ποιητικὰ ἀποφανθῇ, τότε θεία δύναμις, τότε οὐράνιον στάδιον, τὸ ἀγγελικὸν θέατρον εἰκότως εἶναι πιστεύεται.

Εὐσταθίῳ πρεσβυτέρῳ. ρο.

Λαμπρᾶς εὐφημίας παρὰ πάντων σοι διεγειρομένης, ἀγρυπνεῖν σε δίκαιον, ὅπως ταύτην τοῖς μετέπειτα κατορθουμένοις ἱδρύσῃς.

Μαρτινιανῷ, Ζωσίμῳ, Μάρωνι, Εὐσταθίῳ. ροα.

Εἰ μὲν ἦν τις, ὦ τί καλέσας ὑμᾶς τῆς ὑμετέρας ἀναλγησίας καθάψωμαι, ὁ τὸ μέλλον ἐγγυησόμενος, καὶ καταστήσων δῆλον, ὡς οὐδεὶς ὑμῶν ἔσται ὁ τοιαῦτα ἐπιτολμήσων δρᾶσαι, οἷα ἐδράσατε, ἀσμένως ἂν τὴν ἡσυχίαν ἤγαγον, καὶ τοῖς παρελθοῦσιν ἐχαρισάμην τὸ λαθεῖν. ἐπειδὴ δ' οὐδείς ἐστιν ἀξιόχρεως ἐγγυητὴς, ἀναγκαία μοι ἔδοξεν εἶναι ἡ διὰ τῶν γραμμάτων παραίνεσις. ἂν μὲν γὰρ εὕρῃ ὑμᾶς τὴν αὐτὴν νοσοῦντας νόσον, ἴσως ἐργάσεται τὸ

ipsiúsque molestiam atque inuidiā astrinxit, optimus tibi monitor esse visus est, vt qui ea scripserit, quæ cum ingenti grauitate auditorum animos coërcere solent, audi eum dicentem: Nequaquam turpem & probrosam rem existimans paupertatem, quæ philosophiæ, atque omnis artis ac scientiæ parens est.

Isidoro Diacono. 169.

Lædendo vincere, satanicarum legum est. Ac proinde in Olympicis illis certaminibus, quæ in ipsius honorem celebrantur, sic coronam consequuntur, qui decertant. At in Christi palæstra contraria coronarum lex est. Sic enim lege sancitum est, vt qui percutitur, non qui percutit corona donetur: vt non ob victoriam duntaxat, sed etiam ob victoriæ modum maius miraculū existat. Nam cùm ea, quæ apud homines victoriam conciliant, hoc afferre constat, vt quispiam superetur, tum demū diuina virtus, tum cæleste stadium, tum Angelorū theatrū meritò esse creditur.

Eustathio Presbytero. 170.

Cùm luculenta laus ab omnibus tibi excitetur, vigilandum tibi est, vt eam insequētibus rectè factis firmas ac stabilias.

Martiniano, Zosimo, Maroni, Eustathio. 171.

Si quispiā esset (ô quo vos nomine nuncupem, vt vestrum stuporem perstringam) qui futuri sponsorem se præberet, ac perspicuum faceret neminem vestrûm fore, qui posthac eiusmodi flagitia, quæ perpetrastis, admitteret, lubens fecissem vt quiescerem, ac præteritis sceleribus, vt in obscuro atque incognita iacerent, concederem. Quoniam autem huius rei nemo nisi satis locuples sponsor est, idcirco necessariam hanc literariam admonitionem esse duxi. Nam si vos eodem adhuc mor-

bo laborantes inueniat, ipsa fortasse, quod suum est, exequetur. Si autem è furore atque amentia emersos, nimirum id quod opto, contigerit. Quandoquidem etiam optimis medicis, qui ex alienis calamitatibus proprios mœrores carpunt (nam multi ipsorum quæstus duntaxat causa artem exercent) nihil optatius est, quàm vt confectis medicamentis, ægroti his opus minimè habeant. Eodem igitur ipse quoque modo illud quidem opto ne quis vestrum hac admonitione indigeat. Si autē (quod vtinam ne accidat) ea vobis sit, secunda vobis, vt dici solet, nauigatio haud inutilis erit. Quidnam igitur sit, de quo monendos vos duxerim, exponam. Cogor enim dicere, quod perspicuis verbis dicere nolo, nempe vos, in vitij labyrinthum nescio quo pacto prolapsos, non modo diuinas, sed etiam ipsas, vt aiunt, naturæ leges euertisse. Nam qui aduersus naturæ leges debacchantur, non mirum si ipsi quoque alij aduersus alios furore ac rabie agitantur. Neque enim cupiditas, diuini metus freno carens facilè cohibetur: verū, quemadmodum equus freni impatiens, aut vt magis propriè loquar, pestis instar, per omnem ætatem serpit, atque omnes cuiusuis sexus ac dignitatis inficit & labefactat. Enimvero honestorum quidem virorum aures offendere minimè pulchrum est: at eos, qui sine vllo metu, ea, quæ nefas est, perpetrant, obiurgare summoperè cōducit. Ingentis enim ignauiæ ac timiditatis esset, si is, qui malum aliquod radicitùs euellere pararet, ne vocem quidē mittere conaretur: perinde atque silentio solo vitium curari ac propulsari posset. Cæterùm, quàm maximè licuit tectè atque adumbratè scripsi: vt meliore mente induta, crimina ea, quæ & naturæ aduersantur, & modum omnem excedunt, committere desinatis: ne immodicæ quoque pœnæ à vobis expetantur. Semper enim atque omnino id contendit supplicij modus, vt flagitiorum magnitudini respondeat, Sodomorum cruciatum, si res in comparationem veniat, ludi cuiusdam instar esse demonstrans.

αὐτοῖς. ἂν δὲ ἀνενεγκόντας ἀπὸ τῆς μανίας, ὅπερ εὔχομαι, γένοιτο. ἐπεὶ καὶ τοῖς ἀρίστοις ἰατροῖς τοῖς ἐπ' ἀλλοτρίαις συμφοραῖς ἰδίας καρπουμένοις λύπας· πολλοὶ γὰρ αὐτῶν κέρδους ἕνεκεν μόνον τὴν τέχνην μεταχειρίζονται, εὐχῆς ἔργον ἐστὶ μετὰ τὸ κατασκευάσαι τὰ βοηθήματα, μηδὲ εἰς χρείαν αὐτῶν τὸν κάμνοντα. καὶ αὐτὸς εὔχομαι μὲν μηδενὶ ὑμῶν ταύτης χρείαν γενέσθαι τῆς παραινέσεως. εἰ δ' ἄρα γένοιτο, ὃ μὴ γένοιτο, ὁ δεύτερος ὑμᾶς, οὐ διαψεύσει πλοῦς. τί τοίνυν ἀναγκαῖον ᾠήθην παραινέσαι, φράσω. ἀναγκάζομαι γὰρ εἰπεῖν, ὅπερ σαφῶς εἰπεῖν οὐ βούλομαι, ὅτι εἰς τὸν τῆς κακίας λαβύρινθον οὐκ οἶδ' ὅπως ἐμπεπλεχότες, οὐ μόνον τοὺς θείους, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς τῆς ἐννόμου φύσεως, δικαίως καὶ κατ' ἀλλήλων λυττῶσιν. οὐ γὰρ κωλύεται ῥᾳδίως ἐπιθυμία, τὸν τοῦ θείου φόβου χαλινὸν οὐκ ἔχουσα, ἀλλ' ὥσπερ χαλινῷ μὴ πειθόμενος ἵππος, ἢ καθάπερ, κυριώτερον εἰπεῖν, λοιμὸς, πᾶσαν ἡλικίαν ἐπινέμεται, καὶ πᾶν γένος, καὶ πᾶσαν ἀξίαν λυμαίνεται. σεμνοπρεπῶν μὲν οὖν ἀνδρῶν ἀκοὴν ἐνοχλεῖν οὐ καλόν. τοῖς δὲ ἀδεῶς δρῶσιν, ἃ δρᾶν οὐ θέμις, ἐπιτιμᾶν χρησιμώτατον. ἀνανδρίας γὰρ ἂν εἴη πολλῆς, μέλλοντά τι κακὸν ἐκριζοῦν, μηδὲ φωνὴν ῥῆξαι ἐπιχειρεῖν, ὡς τῆς σιγῆς αὐτομάτου ἰασομένης τὴν κακίαν. πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως οἷόν τ' ἦν συνεσκιασμένως ἐπέστειλα, ὅπως σωφρονισθέντες παύσησθε, καὶ τῶν κατὰ φύσιν εἶναι δοκούντων, καὶ τῶν ὑπερφυῶν πλημμελημάτων, ἵνα μὴ ὑπερφυεῖς ἀπαιτηθῆτε τὰς δίκας. πάντη γὰρ καὶ πάντως φιλονεικεῖ τῷ μεγέθει τῶν πλημμελημάτων ὁ τῆς κολάσεως τρόπος, τῇ παραβολῇ τὰ Σοδόμων πάθη παίγνια εἶναι ἀποφαίνων.

Τοῖς

Τοῖς αὐτοῖς. ροβ.

Ἄκρατος μέν ἐστιν, ὡς οἶμαι, ἡ κρίσις. κιρνᾶται δὲ πρὸς τὴν ποιότητα καὶ ποσότητα καὶ πηλικότητα τῶν ἁμαρτημάτων. εἰς τοῦτο γὰρ μάλιστα βλέπει τὸν σκοπὸν τὸ εἰρημένον τῷ μελῳδῷ, ὅτι ποτήριον ἐν χειρὶ κυρίου, οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεράσματος, πίονται ἐξ αὐτοῦ πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς γῆς. ὅτι δὲ ἐπὶ τιμωρίας τὸ ποτήριον ἐνταῦθα, καὶ τῷ Ἱερεμίᾳ εἴρηται· λάβε τὸ ποτήριον τοῦ θυμοῦ, καὶ πότισον πάντα τὰ ἔθνη, καὶ πρώτην τὴν Ἱερουσαλήμ. τοὺς γὰρ λέγοντας περὶ τοῦ μυστικοῦ ποτηρίου τὸν μελῳδὸν προπεφητευκέναι, ἐλέγχουσι μὲν καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, καὶ ὅσοι τούτου ἄμοιροι τυγχάνουσιν· ἐλέγχει δὲ οὐχ ἥκιστα καὶ αὐτὸς ὁ ἱεροψάλτης, πρὸ τούτων τῶν ῥήσεων φράσας, ὅτι ὁ θεὸς κριτής ἐστι, τοῦτον ταπεινοῖ, καὶ τοῦτον ὑψοῖ.

Iisdem. 172.

Purum quidem, vt opinor, Dei iudiciū est: temperatur autem iuxta scelerum qualitatem & quantitatem. Huc enim maximè spectat quod à Psalmista dictum est, Calix in manu Domini vini meri plenus mixto: bibent ex eo omnes peccatores terræ. Quod autem hoc loco calix de pœna intelligendus sit, nemini dubium est. quemadmodum etiam apud Ieremiam dictum est, Accipe calicem iræ, & pota omnes Gentes, ac primam Ierusalem: Nam quòd quidem de mystico poculo Psalmistam vaticinatum esse asserunt, eorū opinionem & Iudæi & Gentiles, cæterique omnes, qui huius expertes sunt, refutāt. Atque etiā eos maximè Psalmista ipsemet refellit: vt qui ante hæc verba dixerit, Deus iudex est, hunc humiliat, & hunc exaltat.

Θεοδοσίῳ πρεσβυτέρῳ. ρογ.

Ἐδάκρυσεν, ὦ φιλοσοφίας ἄγαλμα, ὁ Χριστὸς ἐπὶ Λαζάρῳ, μάλιστα μὲν κἀν τούτῳ ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κανόνας ἡμῖν καὶ ὅρους πηγνὺς, ἵνα μὴ ἐκβακχευώμεθα ὑπὸ τῆς λύπης. οἱ γοῦν θεασάμενοι εἶπον, ἴδε πῶς ἐφίλει αὐτόν. ἐπειδὴ δ' ἔφης, οὐκ ἔπρεπε τῷ προειδότι ὅτι ἀναστήσεται, τὸ δακρῦσαι· δακρύομεν γὰρ ἅπαντες τοὺς τεθνεῶτας οὐ τοὺς αὐτίκα μάλα ἀναστήσεσθαι προσδοκωμένους. θέα εἰ δυνήσεται ὁ λόγος ἅψασθαι τῆς ἀκριβείας. φίλος ἦν τοῦ σωτῆρος. φίλος δ' οὖν αὐτοῦ, πάντως δίκαιος ἦν. οὐ γὰρ ἂν ἐφιλεῖτο παρὰ τῆς ἀχράντου δικαιοσύνης μὴ δίκαιος ὤν. οὐ γὰρ χάριτι οἶδε φιλεῖν, ἀλλὰ κρίσει. δίκαιος δ' ὢν, καὶ ἐξελθὼν εὐκλεῶς τὸ στάδιον τουδὶ τοῦ βίου, πάντως ἐν ἀναπαύσει ἦν καὶ τιμῇ. ἐπεὶ οὖν ἔμελλε τοῦτον διὰ τὴν οἰκείαν δόξαν ἀναστήσειν, ἐδάκρυσε, μονονουχὶ λέγων, τὸν εἴσω τοῦ λιμένος

Theodosio Presbytero. 173.

Christus (ô Philosophiæ simulacrum) ob Lazarum lachrymas profudit: maximè quidem in hoc quoque, quemadmodum & in aliis rebus regulas nobis ac terminos figens, vt ne bacchantium more præ mœstitia præcipites agamur. Ij quippe qui eū conspexerunt, dixerunt, Ecce quomodo amabat eum. Quoniam autem minimè cōsentaneum fuisse dixisti, vt is lachrymas emitteret, qui Lazarum ad vitam rediturum esse prænoscebat (nos enim omnes ea de causa mortuos lachrymis prosequimur, quòd eos haud statim reuicturos esse expectemus) vide an quod dicturus sum exactam huius rei causam attigere queat: Saluatoris amicus erat. Amicus porro cùm esset, omnino vel probus erat. Neque enī puræ & labis omnis experti iustitiæ charus fuisset, nisi iustus extitisset. Deus enim non fauore, sed iudicio, ad amandum duci solet. Cùm autem iustitia præditus esset, atque ex huius vitæ stadio cum laude atque gloria excessisset, non est dubium,

quin in requiete atque honore esset. Quoniam igitur ipsum ob suam gloriã à morte ad vitam excitaturus esset, collachrymauit his propemodum verbis vtens: Eum qui portũ iam appulerat, rursum ad fluctus & procellas voco: eum, qui iam coronã cõsecutus erat, ad certamina rursum duco.

Eidem. 174.

Cùm in vnoquoque penè cõgressu multi de virtute sermones habeantur, parua tamen apud multos eius cura est, magna autem apud paucos. Cæterùm omnes, nõ modò ipsius amantes ac studiosi, verùm etiam hostes, eam laudibus efferunt. Tanta ipsius pulchritudo est! Improbitatem contrà, & hostes & amatores vituperant. Tanta ipsius deformitas est! Verùm præsenti voluptate tanquam armis quibusdam instructa, tametsi alioqui belluina forma prædita, eam, quæ diuina pulchritudine fulget, apud plerosque superat. Operæpretium itaque est illud nosse, quod etiamsi præsens voluptas, maiorem vim habere videatur, quàm quod in posterum vtilitatẽ allaturum est, at in exitiosum tamen ac pestiferũ finẽ desinit. Quocirca satius ac præstabiliᵘˢ est à laboribᵘˢ ad requiẽ, quàm à voluptate ad cruciatũ proficisci.

Martiniano Presbytero. 175.

Prudentia simplicitate temperata, diuinam quandam rem, hoc est numeris omnibus absolutam virtutem parit. At si altera ab altera seiungatur, illa in peruersitatem incidit, hæc in stultitiam desinit. Etenim illa ad malum aliquod patrandũ apta est: hæc fraudi ac deceptioni patet. Ac propterea diuinum oraculum per vnã imaginem hoc minimè declarauit (neque enim in iis animantibus, quæ ratione carent, prudentia cum simplicitate coniuncta est: verùm alia improbitatem, alia simplicitatem consectantur) verùm his verbis vsus est, Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Hoc autem non eo spectat, vt serpentis venenum ac

εἰσελάσαντα, πάλιν ἐπὶ τὰς τρικυμίας καλῶ, τὸν ἤδη στεφθέντα, πάλιν ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ἄγω.

Τῷ αὐτῷ. ροδ.

Πολλῶν λόγων γιγνομένων μικροῦ δεῖν καθ' ἑκάστην συνουσίαν περὶ ἀρετῆς, ὀλίγος μὲν αὐτῆς τοῖς πολλοῖς τυγχάνει λόγος, πολὺς δὲ τοῖς ὀλίγοις. πλὴν πάντες οὐ μόνον οἱ ἐρασταὶ αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτὴν ἀνακηρύττουσι. τοσοῦτόν ἐστιν αὐτῆς τὸ κάλλος. τὴν δὲ κακίαν καὶ οἱ ἐχθροὶ καὶ οἱ ἐρασταὶ κακίζουσι. τοσοῦτόν ἐστιν αὐτῆς τὸ ἀπεχθές, ἀλλὰ τῇ παραυτίκα ἡδονῇ ὁπλιζομένη, εὐδοκιμεῖ παρὰ πολλοῖς. καίτοι θηριόμορφος οὖσα, τὴν θείῳ κάλλει ἀστράπτουσαν. χρὴ οὖν εἰδέναι, ὅτι εἰ καὶ ἡ παραυτίκα ἡδονή, μεῖζον δοκεῖ ἰσχύειν τοῦ ὕστερον συνοίσοντος. ἀλλ' εἰς ὀλέθριον καταστρέφει τέλος. ἄμεινον οὖν ἀπὸ πόνων εἰς ἀνάπαυσιν ἰέναι, ἢ ἀπὸ ἡδονῆς εἰς τιμωρίαν.

Μαρτινιανῷ πρεσβυτέρῳ. ροε.

Ἡ φρόνησις τῇ ἁπλότητι κιρνωμένη, θεῖόν τι χρῆμα. φημὶ δὲ, ἐντελεστάτην ἀρετὴν ἀποτελεῖ. εἰ δὲ θατέρα θατέρας χωρισθείη, ἡ μὲν, εἰς πονηρίαν ἐμπίπτει. ἡ δὲ, εἰς μωρίαν τελευτᾷ. ἡ μὲν γὰρ εἰς τὸ κακουργεῖν, ἡ δὲ εἰς τὸ ἀπατᾶσθαί ἐστιν ἐπιτηδεία. καὶ διὰ τοῦτο ὁ θεῖος χρησμὸς διὰ μιᾶς εἰκόνος τοῦτο οὐ παρέστησεν. οὐ γάρ ἐστιν ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις φρόνησις μετὰ ἁπλότητος. ἀλλὰ τὰ μὲν τὴν πονηρίαν, τὰ δὲ τὴν ἁπλότητα μεταδιώκει. ἀλλ' ἔφη, γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. οὐχ ἵνα τὸ ἰοβόλον καὶ πληκτικὸν τοῦ ὄφεως μιμησώμεθα. κακίζονται γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι

Ἰουδαῖοι, ὡς ὄφεις, καὶ γεννήματα ἐχιδνῶν, οὐδ' ἵνα τὸ ὕπουλον καὶ δολερόν. οὐ γὰρ κατὰ πάντα τὸ παράδειγμα λαμβάνεται, ἀλλ' ἐκ μέρους. ἐπεὶ οὐκ ἂν ἦν παράδειγμα, ἀλλὰ ταυτότης. ἀλλ' ἵνα τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τουτέστι τὴν κακίαν, ὥσπερ λεβηρίδα ἀποδυσώμεθα. καὶ τὴν μὲν πίστιν, ὥσπερ ἐκεῖνος τὴν κεφαλὴν φυλάττωμεν. τοῦ δὲ σώματος, ὀλίγον φροντίζωμεν. τὰ δὲ ἄλλα ἐῶμεν. καὶ κερνῶμεν τούτοις τὴν τῆς περιστερᾶς ἁπλότητα, οὐχ ἵνα τὸ ἀνόητον αὐτῆς ἀπομαξώμεθα. διαβάλλεται γὰρ Ἐφραῒμ ὡς περιστερὰ ἄνους οὐκ ἔχουσα καρδίαν. ἀλλὰ τὸ ἀφελὲς καὶ ἀπόνηρον. εἰ δὲ βούλει. καὶ δι' ἑτέρου παραδείγματος βαδιεῖται ὁ λόγος. λέων κέκληται οὐ μόνον ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ δίκαιος καὶ ὁ διάβολος. ἀλλ' οὐ κατὰ ταυτόν. ὡς γὰρ ἔφθην εἰπὼν οὐ κατὰ πάντα λαμβάνεται τὸ ὑπόδειγμα, ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνο μόνον τὸ μέρος τὸ χρησιμεῦον τοῖς λεγομένοις, καὶ τὸ λοιπὸν χαίρειν ἐᾶται. ὁ μὲν οὖν Χριστὸς κατὰ τὸ βασιλικὸν καὶ ἄμαχον. ἀναπεσὼν γὰρ ἐκοιμήθη ὡς λέων. ὁ δὲ δίκαιος κατὰ τὸ ἀδεὲς καὶ ἄφοβον. δίκαιος γὰρ ὡς λέων πέποιθεν. ὁ δὲ διάβολος, κατὰ τὸ θηριῶδες καὶ αἱμοβόρον. ὡς λέων γὰρ περιπατεῖ ζητῶν τίνα καταπίῃ. εἰ τοίνυν ἐξ ἑνὸς ζώου διαφόρους εἰκόνας ἡ γραφὴ παρέστησε καὶ οὐ συγχέομεν τὰ θεωρήματα, ἀλλ' ἑκάστῳ τὸ πρέπον ἀπονέμομεν. τί θαυμάζεις εἰ τὴν τοῦ πηλοῦ εἰκόνα ἔλαβεν ὁ Παῦλος, οὐχ ἵνα τὸ αὐτεξούσιον λυμήνηται ὃ πανταχοῦ στεφανοῖ, ἀλλ' ἵνα μὴ μόνον τὴν σφοδρὰν πειθὼ καὶ ὑπακοὴν δείξῃ, ἣν δίκαιος ἂν εἴη ἔχειν ὁ ἄνθρωπος πρὸς τὸ θεῖον, ἀλλὰ καὶ τὴν λύτταν ἰάσηται τῶν ἐπισκήψαι τολμώντων, τῇ ἀκηράτῳ καὶ παντὸς ἐπέκεινα καὶ λόγου καὶ νοῦ ἐπιστήμῃ.

percutiendi libidinem imitemur (vituperantur enim Iudæi, vt serpentes, & genimina viperarum) nec rursus vt versutiam ac fraudem (neque enim istud exemplũ iuxta omnem rationem accipitur, sed ex aliqua duntaxat parte, alioqui exemplum nõ esset, sed res omnino eadem:) verùm vt veterem hominem, hoc est vitium, tanquã serpentis pellem, exuamus, atque fidem quidem, vt ille caput, custodiamus, corporis autem exiguam curam geramus, cætera verò missa faciamus atque his columbæ simplicitatem admisceamus: non vt ipsius stoliditatem exprimamus (traducitur enim Ephraim vt stulta columba, non habens cor) verùm vt ipsius simplicitatem ab omni improbitate remotam imitemur. Quòd si ita lubet, per aliud etiam exemplum oratio nostra grassabitur. Leo vocatus est, non modò Christus, sed etiam vir iustus, & diabolus: at non eadẽ ratione. (Vt enim antè dixi, non iuxta rationes omnes exemplum vsurpatur, sed iuxta illam duntaxat partem, quæ instituto sermoni conducit: ac quod reliquum est iubetur valere.) Christus quippe ob regiam amplitudinem, atque inuictum robur hoc nomine appellatus est. Recumbens enim, inquit, dormiuit vt leo. Iustus autẽ vir ob intrepidum animum, ac nihil periculi metuentem. Iustus enim confidit vt leo. Diabolus denique ob feritatem cruorísque sorbendi auiditatem. Circuit enim vt leo, quærens quẽ deuoret. Cùm igitur ex vno animali varias imagines Scriptura sacra exhibuerit, nec tamen propterea speculationes confundamus, verùm cuique, quod ipsi aptum est, tribuamus, quid miraris, si Paulus luti imaginem ceperit, non vt voluntatis humanæ libertatẽ conuellat, quã vtique prædicat, verùm vt non modò ingentem obedientiam, quam vir iustus meritò ad Deum habere debet, ostendat, sed eorum etiam, qui purissimam illam, atque & sermonem omnem & cogitationem excedentem scientiam insectari non dubitant, furori medeatur.

Iſidoro Diacono. 176.

Cùm diuinum numen victimas & cruores ob pueriliatem, in quam tum homines verſabantur, tolerarit, quid miraris, quòd eam quoque quæ per citharam & Pſalterium celebrabatur, Muſicam tolerarit: quæ vt nonnulli aiunt, turbulentos animi motus propulſat, atque & mœrorē lenit, & iram mitigat, & luctus per lachrymas leuat. Multi enim, vt ferunt, quod lachrymas per vim compreſſerit, in varios morbos inciderunt.

Theodoto Presbytero. 177.

Quoniam quid ſibi hæc verba velint, διὰ συγκρίματος, quæſiiſti (hoc enim à Daniele in ſua interpretatione prætermiſſum eſſe) illud habe: Quoniam ob ingentem potentiam, & quia inuicto robore pollere regnum ſuum exiſtimabat, Barbarus in ſuperbiam atque inſolentiam prolapſus fuerat (ita vt ſe humanos terminos exceſſiſſe, atque in diuinam claſſem aſcriptum eſſe duceret) mox autem abſcindendus erat (hoc enim viſæ arboris exciſio teſtabatur) idcirco non modò conſpectarum rerum terrore, ſed etiam figurata quadam ratione moderatio: rem enim ac prudentiorem reddere cupiens, tanquam in regio quodam tribunali narrationem conformat, rege nimirum ſententiam proferente, exercitus autem duce eam interpretante, hoc eſt ſententiam exponente (ſiquidem vox hæc σύγκριμα interpretationis ſignificationem habet) militibus autē eam exequentibus. Vnus enim eum, qui ſententiā promulgauit, velut Archangelum eſſe dixit (vnus porro, ſi interpreteris, vigilem ſonat) ſanctos autem Angelos eos, quibus arboris amputatio imperata eſt. Quoniam enim ſententiam prohibere minimè poterant (celeriter enim & cū clamore prolata fuerat) ſpes autem aliqua ſalutis elucebat, propterea quòd radices manerent, percunctantur, hoc eſt poſtulant, vt præfinitum temporis ſpatium intelligant. At

Ἰσιδώρῳ Διακόνῳ. ρος΄.

Εἰ θυσιῶν καὶ αἱμάτων ἠνέσχετο τὸ θεῖον διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων τὸ τηνικάδε νηπιότητα, τί θαυμάζεις εἰ καὶ μουσικῆς διὰ κιθάρας καὶ ψαλτηρίου τελουμένης, τῆς ὥς φασί τινες τὰ πάθη τὰ ψυχικὰ θεραπευούσης, καὶ λύπην μὲν καταπραϋνούσης, θυμὸν δ' ἐξημερούσης, καὶ τὰ πένθη διὰ τῶν δακρύων κουφιζούσης· πολλοὶ γάρ ὥς φασι δακρῦσαι καρτερήσαντες, εἰς διάφορα πάθη ἐνέπεσον.

Θεοδότῳ Πρεσβυτέρῳ. ροζ΄.

Ἐπειδὴ ἔφης τί ἐστι διὰ συγκρίματος εἰς ὁ λόγος. καὶ ῥῆμα ἁγίων τὸ ἐπερώτημα. τοῦτο γὰρ παραλελεῖφθαι τῷ Δανιὴλ, εἰς τὴν ἑρμηνείαν, ἴσθι ὅτι ἐπειδὴ ὑπὸ τῆς ἄγαν ἐξουσίας, καὶ τοῦ ἄμαχον οἴεσθαι ἔχειν τὴν βασιλείαν ὁ βάρβαρος εἰς ὑπερηφανίαν ἐξέπεσεν, ὡς ἔξω μὲν τῶν ἀνθρωπίνων ὅρων ἑαυτὸν εἶναι νομίσαι· εἰς δὲ θείαν λῆξιν ἐγκρίνειν, ἔμελλε δὲ κόπτεσθαι. τοῦτο γὰρ ἡ τοῦ ὀφθέντος δένδρου ἐκτομὴ διεμαρτύρετο. οὐ μόνον τῷ φόβῳ τῶν ὀφθέντων, ἀλλὰ καὶ τῷ σχηματισμῷ σωφρονέστερον αὐτὸν ἐργάσασθαι ἐθελήσας· ὥσπερ καὶ ἐπὶ βασιλικοῦ δικαστηρίου σχηματίζει τὴν διήγησιν, τοῦ μὲν βασιλέως ἀποφαινομένου, τοῦ δὲ στρατηγοῦ ἑρμηνεύοντος, τουτέστι διαγγέλλοντος τὴν ψῆφον. τὸ γὰρ σύγκριμα, ἑρμηνείαν λέγει. τῶν δὲ στρατιωτῶν εἰς ἔργον ταύτην ἀγόντων. εἰς μὲν γὰρ τὸν τὸ κήρυγμα τῆς ἀποφάσεως ποιησάμενον ἔφησεν οἱονεὶ ἀρχάγγελον. εἶς γὰρ ἑρμηνεύεται ἄγρυπνος. ἁγίους δὲ τοὺς τὸ δένδρον ἐκτέμνειν προσταχθέντας ἀγγέλους. ἐπειδὴ γὰρ μὴ τὴν ἀπόφασιν κωλύειν οἷοί τ' ἦσαν. μετὰ σπουδῆς γὰρ καὶ κραυγῆς ἐξενήνεκτο. ἐλπίς δέ τις ὑπεφαίνετο σωτηρίας. τῶν ῥιζῶν μενουσῶν ἐπερωτῶσι. τουτέστιν ἀξιοῦσιν, ὥστε τὸν ὡρισμένον χρόνον μαθεῖν. ὁ δὲ οὐ

τοῦτο

τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν αὐτοὺς ἐκδιδάσκει. ἵνα γάρ φησι, γνῶσιν οἱ ζῶντες, ὅτι κυριεύει ὁ ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν.

Ἑρμογένει ἐπισκόπῳ. ροη΄.

Οἶδα μὲν ὅτι οὐ δεινότητα λόγων ἐπιδεικνύμενος, οὐδὲ τὴν ἀπ' αὐτῆς θηρώμενος δόξαν, ἐπὶ τὸ παραινέσαι τοὺς περὶ Ζώσιμον καὶ Παλλάδιον καὶ Μάρωνα, ἀλλ' ἀπὸ εὐνοίας καὶ φιλοστοργίας ὥρμησας. εἰ δ' αὐτοὶ παρὰ πάντων ἐκκωμῳδούμενοι, ὡς παρὰ μόνου σοῦ νομίζοντες κεκωμῳδῆσθαι δυσκόλως ἔχουσι πρὸς σὲ μὴ δείσῃς· ἔχεις γὰρ τὴν θείαν συμμαχίαν, σοῦ μὲν ὑπερασπίζουσαν, ἐκείνους δὲ ἀμυνομένην.

Στρατηγίῳ σχολαστικῷ. ροθ΄.

Ἡ τῶν δικαίων παρρησία ἡ ὑπὲρ τῆς ἰδίας δικαιοσύνης, οὐκ ἀπὸ μεγαληγορίας, ὦ θαυμάσιε, ἐτέχθη, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης. αὕτη γὰρ ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν αὐτοὺς δικαίως πάσχειν, εἰς ταύτην αὐτοὺς ἐλθεῖν ἐξεβιάσατο. οὐδεὶς γοῦν αὐτῶν ἐν ἀνέσει ὤν, τοιαύτας ἔρρηξε φωνάς· ἀλλ' ὁ μὲν γῆν, ὁ δὲ σποδὸν, ὁ δὲ σκώληκα ἑαυτὸν ἀπεκάλεσεν. ἐν δ' ἀμηχάνοις ἀπολειφθεὶς πειρασμοῖς, τὸν οἰκεῖον ἠναγκάσθη ἐκφράσαι βίον, ἵνα μὴ δόξειεν πονηρῶν ἕνεκεν πραγμάτων πάσχειν· δεδοικότες γὰρ τὸ πονηρὸν παρὰ πολλοῖς ἀνοήτοις, ἀφ' ὧν ἔπασχον κτήσασθαι δόξαν, μᾶλλον δὲ καὶ ὀνειδισθέντες ὡς δι' ἁμαρτίαν πάσχοντες, εἰς ταῦτα ἐξεβιάσθησαν, ὡς ἔφην, ἐλθεῖν τὰ ῥήματα. οἱ γὰρ νοῦ καὶ φρονήσεως ἀμοιροῦντες, ἀπὸ τῶν συμφορῶν κατὰ τόνδε τὸν βίον συμπιπτουσῶν, καὶ βίον διαβάλλειν εἰώθασιν, ὅπερ καὶ οἱ φίλοι τῷ γενναίῳ ἔφραζον Ἰὼβ, οὐκ ἄξια ὧν ἡμάρτηκας μεμαστίγωσαι. καὶ τὸν ἅγιον δὲ Παῦλον ἀνδροφόνον τινὰ καὶ κακοῦργον ᾤοντο εἶναι, εἰ τὴν ἔχιν ἐκκρεμαμένην αὐτοῦ τῆς χειρὸς θεα-

ille non hoc duntaxat, ſed etiam cauſam ipſis exponit. Vt cognoſcant, inquit, ij qui viuūt, quòd altiſſimus cæleſtis regni principatum tenet.

Hermogeni Epiſcopo. 178.

Scio te non eloquentiæ oſtentandæ ſtudio, nec vt hinc gloriam aucuperis, ad Zoſimum & Palladium & Maronem admonendos te contuliſſe: verùm beneuolentia & charitate ductum hanc operam ſuſcepiſſe. Quòd ſi illi, cùm ab omnibus ſugillentur, tamen à te ſolo ſugillari ſe exiſtiment, ac proinde aduerſum te ſtomachentur, ne timeas. Diuinum enim auxilium habes, quod & tuas partes tueatur, & illos vlciſcatur.

Strategio Scholaſtico. 179.

Libertas ea loquendi, qua iuſti viri pro iuſtitia ſua vſi ſunt, vir admirande, non à faſtu atque arrogātia, ſed à neceſſitate nata eſt. Hæc enim, ne iuſtè incommodis affici viderentur, huiuſmodi voces ab iis expreſſit. Neque enim quiſquam ipſorum, dum à calamitatibus immunis fuit, in eiuſmodi voces erupit: verùm alius terram, alius cinerem, alius vermen ſe appellauit. At in grauiſſimis tentationibus derelictis, ne ob improbas & ſceleratas actiones calamitatibus premi viderētur, vitam ſuam exponere neceſſe habuerunt. Nam cùm metuerent, ſiniſtram apud ſtolidos homines, ob ea quæ perpetiebantur, exiſtimationem, colligerent, imò etiam, tanquam ob ſcelus perpetientes, probris atque conuitiis inceſſerentur, ad hæc, vt dixi, verba venire coacti ſunt. Etenim qui mentis ac prudentiæ expertes ſunt, ab iis calamitatibus, quæ in hac vita occurrunt, vitæ quoque criminandæ occaſionem trahere conſueuerunt. Quo ſcilicet in genere illud eſt quod amici Iob ad egregium illum ac virtute præſtantem virum dicebant, Lenioribus, quàm pro peccatorum tuorum merito, flagris affectus es. Eodémque modo

BB

sanctum Paulum grassatorem quẽdam & facinorosum hominem esse Barbari illi putabant, qui viperam de ipsius manu pendentem conspexerant. Vnde etiam his verbis vtebantur: Prorsus homicida est homo hic, quem ereptum è mari vltio nõ sinit viuere. Quin Semei quoque, ille inquam petulanti lingua præditus, Psalmistam, cùm à filio vexaretur, homicidam appellabat, ob ipsius nimirùm calamitatem, ad improbam hanc de ipso sententiam ferendam adductus. Quæ cùm ita sint, noli tu quoque committere, vt eos omnes, qui in calamitatibus versantur, condemnes: verùm ita existima, nonnullos etiam esse, qui adipiscendarum coronarum causa perpetiantur. Quòd si admiratione afficeris, atque addubitas, hãc sententiam tibi è cælo feremus. Quidnam igitur ad discipulos suos ait ille, qui rerum omnium imperium obtinet? In mundo pressuram habebitis. Atque ad Iob etiam dictum est: An putas me aliam ob causam oraculum edidisse, quàm vt iustus appareas? Verè enim quem Deus amat castigat: & corripit omnem filium quem recipit. Neque id sanè absurdum videri debet. Nam etiam Regum amici ipsi sunt, qui in bellis maximè periclitantur, & vulneribus afficiuntur, & peregrinationes suscipiunt: Eáque præsertim sunt, quæ fiduciam ipsis & authoritatem apud Regem conciliant, atque vt iam eum eo, qui superiorem dignitatis locum obtinet, tanquam cum eo, qui eiusdem gradus sit, vtantur, efficit. Ea quippe quæ corpore gerunt, vulnera, amicitiæ pignora habent. Quòd si dixeris, Quid igitur est, quòd quidam ob eam causam animis offenduntur ac deiiciuntur? hoc responderim, id ab eorum amentia proficisci, non ab ipsius rei natura. Neque enim hîc est laborum præmium: verùm hîc quidem certamina, postea autem præmia. Quamobrem in certaminum tempore requiem, animique oblectamentum minimè quærant, nec tempora cõfundant. At imbecillior ego sum, fortasse dixeris. Verùm tibi quoque prospexit Deus, atque & in impro-

σάμενοι βάρβαροι· διὸ καὶ ἔλεγον· πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὃν διασωθέντα ἐκ τῆς θαλάσσης ἡ δίκη ζῆν οὐκ εἴασε. καὶ ὁ Σεμεεὶ δὲ ὁ ἀθυρόγλωττος ἐκεῖνος ἀνήρ, ἀνδροκτόνον τὸν μελῳδὸν ἀπεκάλει, διωκόμενον ὑπὸ τοῦ υἱοῦ, ἀπὸ τῆς συμφορᾶς, τὴν πονηρὰν ταύτην περὶ αὐτοῦ φέρων ψῆφον. μὴ τοίνυν μηδ' αὐτὸς πάντων καταψηφίζου τῶν ἐν συμφοραῖς. ἀλλὰ τινὰς νόμιζε, καὶ διὰ στεφάνους ὑπομένειν. εἰ δὲ θαυμάζεις καὶ διαπορεῖς, τὴν ψῆφόν σου ταύτην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ οἴσομεν. τί οὖν ἔφη ὁ πάντων τὸ κράτος ἀνημμένος τοῖς οἰκείοις φοιτηταῖς, ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἕξετε. καὶ τῷ Ἰὼβ δὲ ἐρρέθη, οἴει με ἄλλως κεχρηματικέναι ἢ ἵνα μὴ ἀναφανῇς δίκαιος. ὃν τρόπον γὰρ ἀγαπᾷ κύριος παιδεύει. μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται· καὶ οὐδὲν ἀπεικός. οἱ γὰρ τῶν βασιλέων φίλοι, οὗτοι μάλιστα παρακινδυνεύουσιν ἐν τοῖς πολέμοις, καὶ τραύματα ἔχουσι, καὶ ἀποδημίας στέλλονται· καὶ ταῦτά ἐστι μάλιστα τὰ ποιοῦντα αὐτοὺς παρρησίαν ἔχειν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ὡς ὁμοτίμῳ λοιπὸν τῷ παραβεβηκότι κεχρῆσθαι. ἔχουσι γὰρ τὰ ἐν τοῖς σώμασι τραύματα, τῆς φιλίας ἐνέχυρα. εἰ δὲ φαίης, τί οὖν πρὸς τοὺς ὑποσκελιζομένους διὰ ταῦτα; φαίην, ὅτι τοῦτο παρὰ τὴν ἄνοιαν αὐτῶν γίγνεται, καὶ οὐ παρὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν. οὐ γὰρ ἐνταῦθα ἡ ἀντίδοσις τῶν πόνων· ἀλλὰ τὰ μὲν ἐνταῦθα ἆθλα· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἔπαθλα. μὴ ζητείτωσαν τοιγαροῦν ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀγώνων τὴν ἄνεσιν, μηδὲ συγχεέτωσαν τοὺς καιρούς. ἀλλ' ἀσθενέστερος φαίης ἂν ἴσως εἰμί, ἀλλὰ καὶ σοῦ προενόησεν ὁ θεός, καὶ ἀπήτησε πολλοὺς καὶ τῶν πονηρῶν δίκας ἐνταῦθα, καὶ τῶν δικαίων ἠμείψατο τινάς· ὥστε εἰ σκανδαλίζουσί σε οἱ ἐν θλίψει τῶν δικαίων, οἰκοδομείτωσάν σε οἱ ἐν ἀνέσει καὶ τιμῇ· καὶ εἰ ὑποσκελίζου-

λίζουσί σε οἱ ἐν εὐπραγίᾳ τῶν πονηρῶν, ὀρθούτωσάν σε οἱ ἐν κολάσει καὶ τιμωρίᾳ.

Παλλαδίῳ. ρπ'.

Ὅτι μὲν οὐδεπώποτε ὅπου περὶ τῆς θείας θρησκείας εἰπεῖν ἐδέησεν, ἡττήθημεν, οὐδ' ἀναισχυντεῖν ἐδόξαμεν· ἀλλ' ἁπάντων κρατοῦμεν καὶ πείθομεν τῷ λόγῳ, παντί που δῆλον. ὅτι δὲ πάντες, οὐχ οἷς λέγομεν, ἀλλ' οἷς πράττομεν προσέχουσι, καὶ ἀπὸ τούτων φέρουσι τὴν ψῆφον, καὶ εἰ μὴ φανερῶς, ἀλλὰ κατὰ γνώμην μετ' ἐξουσίας ἀποφαίνονται· καὶ τοῦτο εἰδέναι χρή. οὐκοῦν χρὴ σύνδρομον τῷ λόγῳ ἔχειν τὸν βίον, καὶ συμβαίνουσαν τῷ δόγματι τὴν πολιτείαν, ἵνα μὴ λόγοις νικῶντες, τοῖς πράγμασιν ἡττώμεθα.

Διδύμῳ πρεσβυτέρῳ. ρπα'.

Ἔοικας ἐπιλελῆσθαί μου τῶν ἐντολῶν· ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπελαθόμην τῆς πρὸς σὲ διαθέσεως. ἐπιλήσομαι δὲ εἰ ἀκριβῶς μάθοιμι ἐκ προνοίας καὶ σπουδῆς, ἀλλὰ μὴ ἐξ ἀπάτης καὶ περιστάσεως εἰς τοὺς φίλους πεπαρῳνηκέναι.

Τῷ αὐτῷ. ρπβ'.

Εἰ μὲν ἀληθῆ ἐστι τὰ ἀπαγγελθέντα, οἶμαί σοι ἀπολογίαν δικαίαν μὴ ὑπολελεῖφθαι. ζητήσεις μὲν γὰρ ἴσως, οὐχ εὑρήσεις δέ. εἰ δὲ ψευδῆ, μήνυε ἵν' εἰς ἀπολογίας ἀνάγκην τοὺς καταμηνύσαντας περιστήσωμεν· καὶ ἀπολογουμένους μὲν δεξόμεθα. τοῦτο δὲ μὴ ποιοῦντας, τῆς ἑαυτῶν συνουσίας ἐξοστρακίσωμεν.

bos multos hic animaduertit, & nonnullis item probis viris vicem rependit. Quare si tibi iusti, qui in calamitate sunt, offensionem afferunt, fac te ij confirment, qui quiete atque honore fruuntur. Ac rursum si te improbi illi, quibus omnia secunda sunt, deiiciunt, erigant te illi, qui in pœna & cruciatu versantur.

Palladio. 180.

Quod, vbi de diuina religione verba habenda fuerint, nunquam superati fuerimus, nec impudentiæ opinionem contraxerimus, verùm omnes sermone ac disputatione vincamus, ac profligemus, cuilibet perspicuum est. Quòd autem omnes ad ea, quæ facimus, non ad ea quæ dicimus, animum adiiciant, atque ab his sententiã ferant, ac si non apertè, animo saltem & cogitatione, liberè ac pro potestate pronuncient, id quoque scire oportet. Quocirca curandum nobis est, vt vitam sermonis comitem, ac muneris nostri administrationem, fidei, quam profitemur, consentaneam habeamus, ne alioqui sermonibus viuentes, rebus superemur.

Didymo Presbytero. 181.

Mandatorum meorum memoriam abiecisse videris: ego autem meæ erga te beneuolentiæ obliuione minimè affectus sum. Afficiar autem, si illud cognitum & exploratum habuero, te dedita opera ac de industria, non autem errore quodam & casu in amicos debacchatum esse.

Eidem. 182.

Si vera sunt quæ ad nos allata sunt, nullam tibi iustam excusationem relictam esse arbitror. Vt enim fortasse quæras, haud tamen inuenies. Si autem falsa, fac sciam: vt eos, qui hæc detulerunt, ad tibi satisfaciendi necessitatem adigamus, atque id quidem facientes suscipiamus, facere autem recusantes à nostro cœtu submoueamus.

Athanasio Presbytero. 183.

Sermonibus philosophari promptum ac facile est: rebus autem arduum & difficile. Ac propterea illud auditorum animos minimè penetrat: hoc autem eos perstringit: illud enim risum mouet, hoc inertiam restringit: illud in probra, hoc in laudes desinit. Illud tedio & molestia, hoc pudore auditores afficit. Itaque curandū est, vt, quæ facienda sunt, non modò dicamus, sed etiam faciamus: ne alioqui & probra habeamus, & pœnas sustineamus.

Throni Episcopo. 184.

Habet quidem virtus non modò præmium, vt ais, sed etiam coronam ac celebrem & luculentam gloriam. Tu verò minimè facere debes, vt in vnaquaque ipsius specie, an mercedem habeat, curiosiùs inquiras. Maior enim ei merces constituta erit, qui non mercedis causa boni aliquid efficit. Nam si verè studio virtutis atque amore tenereris, scires profectò, etiā submota mercede virtutem ipsam mercedem & coronam ac decus & ornamentum esse, ac mercedem in seipsa habere. Quoniam autem vt mercenarius de mercede nimiū anxiè ac ieiunè vrges, suspicionem audientibus præbes, te, nisi merces esset, minimè facturum fuisse, vt virtutem coleres. Cæterùm, quoquomodo de hac re censueris, virtutem cole, quæ sui amantes ac studiosos, & hic claros, & illic clariores reddit.

Zosimo Presbytero. 185.

Iocari potiùs, quàm serio loqui videris. Ve ut autem libeat (dicam enim quod verum est, nec reticebo) quandoquidem quotidie quæris, Quid igitur faciendum est? Ego vicissim ex te quæram, Quid igitur dicendum est? Nam si nec ab inertia nec à luxu abstistas, nec à communibus rebus manum abstineas, nec pecunias congerendi, atque ex alienis calamitatibus commoda tua comparandi, atque, quæ

Ἀθανασίῳ πρεσβυτέρῳ. ρπγ.

Τὸ μὲν διὰ λόγων φιλοσοφεῖν, εὔκολον· τὸ δὲ διὰ πραγμάτων, δυσχερές. διὸ καὶ τὸ μὲν τῶν ἀκουόντων οὐ καθικνεῖται, τὸ δὲ καθάπτεται. τὸ μὲν γὰρ γέλωτα κινεῖ, τὸ δὲ ῥαθυμίαν ἀναστέλλει. καὶ τὸ μὲν εἰς ὀνείδη, τὸ δὲ εἰς ἐπαίνους τελευτᾷ. καὶ τὸ μὲν ἐνοχλεῖ, τὸ δὲ δυσωπεῖ τοὺς ἀκούοντας. οὐκοῦν οὐ λεκτέον τὰ πρακτέα μόνον, ἀλλὰ καὶ πρακτέον, εἴγε μὴ μέλλοιμεν ὀνείδη τε ἕξειν, καὶ εὐθύνας ὑφέξειν.

Θέωνι ἐπισκόπῳ. ρπδ.

Ἔχει μὲν ἡ ἀρετὴ οὐ μόνον μισθὸν, ὡς φῂς, ἀλλὰ καὶ στέφανον καὶ κλέος ἀοίδιμον. σὺ δ' οὐκ ἂν εἴης δίκαιος ἐφ' ἑκάστῳ εἴδει αὐτῆς πολυπραγμονεῖν εἰ ἔχει μισθόν. μείζων γὰρ ἔσται ὁ μισθὸς, τῷ μὴ διὰ μισθὸν ποιοῦντι. εἰ γὰρ ὄντως ἦσθα φιλάρετος, ᾔδεις ἂν ὅτι καὶ χωρὶς ἀμοιβῆς αὐτὴ ἡ ἀρετὴ μισθός ἐστι καὶ στέφανος καὶ ἐγκαλλώπισμα, ἐν αὐτῇ τὴν ἀμοιβὴν ἔχουσα. ἀλλ' ἐπειδὴ ὡς ὄντως μισθωτὸς ἀκριβολογῇ περὶ μισθοῦ, ὑπόνοιαν παρέχεις τοῖς ἀκούουσιν, ὅτι εἰ ἀποθέσθαι χρέειν μὴ ἦν μισθὸς, οὐκ ἂν ἀρετὴν ἤσκησας. πλὴν ὅπως ἂν δικαιοῖς, ἄσκει ταύτην, τὴν κἀνταῦθα λαμπροὺς, κἀκεῖσε λαμπροτέρους τοὺς οἰκείους ἐραστὰς ἀποφαίνουσαν.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. ρπε.

Ἔοικας παίζειν μᾶλλον, ἢ σπουδάζειν· πλὴν ὅπως ἂν δικαιοῖς. εἰρήσεται παρ' ἐμοῦ τἀληθὲς, καὶ οὐ κεκρύψεται. ἐπειδὴ ἑκάστοτε ἐρωτᾷς, τί οὖν χρὴ ποιεῖν; ἐγώ σε ἐρήσομαι, τί οὖν χρὴ λέγειν. εἰ γὰρ μήτε τῆς ῥαθυμίας, μήτε τῆς τρυφῆς ἀπόσχοιο, μήτε τῶν κοινῶν ἀφέξοιο, μήτε τοῦ χρηματίζεσθαι ἀποσταίης, μήτε τοὺς τὰς ἀλλοτρίας γεωργεῖν συμφορὰς, καὶ τὰ τῶν πενήτων σφετε-

σφετερίζεσθαι, οὐκ ἔχω τί λέγειν. εἰ δ' ἀληθῶς ἐρωτᾷς, μαθεῖν βουλόμενος, ταῦτα μὴ ποίει ἃ νῦν ποιεῖς, καὶ ῥᾷον καὶ θᾶττον τὴν κακίαν ἀπαμφιάσοιο.

Ἰσιδώρῳ διακόνῳ. ρπϛ.

Τὸ θεῖον καίτοι φανότατον ὂν, καὶ ἡλίου πολλῷ λαμπρότερον, ἰδεῖν μὲν ἀδύνατον. οὐδὲ γὰρ θνητοῖς ὄμμασίν ἐστι χωρητὸν, νοεῖν δ' οὐκ ἀδύνατον. τῷ γὰρ μάλιστα καθαρῷ τὰς ἑαυτοῦ ἀκτῖνας διὰ τῆς προνοίας ἐπιπέμπει. καταλαβεῖν δὲ δυσχερέστατον. παντὸς γὰρ τοῦ νοουμένου μεῖζόν ἐστι καὶ ὑψηλότερον, εὐμενὲς δ' ἔχειν ῥᾴδιον. ἀρετὴν γὰρ ἀσπάζεται καὶ φιλεῖ. εἰ τοίνυν ἐθέλομεν τὸ πᾶσιν ἀχώρητον χωρῆσαι, καὶ ἀξιωθῆναι χρήματος πᾶσαν ὑπερβαίνοντος ἀξίαν, σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ φρονήσει καὶ ἀνδρίᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς ἑαυτοὺς κοσμήσωμεν. ψυχῆς γὰρ ἁγνῆς τόπον οἰκειότερον καὶ πρεπωδέστερον οὐχ ὁρίζεται. διὸ καὶ ἔφη, ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω.

Παλλαδίῳ διακόνῳ. ρπζ.

Εἰ καὶ χαλεπὸν τὸ τραῦμα, καὶ θάνατον ὠδίνει τὸν ἀθάνατον. ἀλλ' εἰ καλέσαις τὴν θείαν συμμαχίαν τὴν καὶ παθῶν καὶ πάσης περιγιγνομένην κακίας, οὐδ' ἴχνος λελείψεται τοῦ τραύματος.

Ἰσιδώρῳ διακόνῳ. ρπη.

Καὶ ἐκ τῶν λεχθησομένων, ὦ φρονήσεως τέμενος, γνοίης ἂν ἀκριβῶς τῶν τε θείων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων νόμων τὸ διάφορον. οἱ μὲν γὰρ ἱεροὶ χρησμοὶ τὰ δέοντα καὶ πρέποντα νομοθετήσαντες, ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ τοὺς διδασκάλους ἐφιστᾶσι τῆς ἀρετῆς κωλύοντες εἰσκωμάσαι τὴν πονηρίαν. οὗτος γὰρ ἄριστος διδασκαλίας τρόπος, οὐκ

pauperum sunt, auertendi finem facias, quid dicam non habeo. Sin autem verè ac seriò percunctaris, vt intelligas, hæc quæ facis facere desine: atque ita faciliùs & citiùs improbitatem deponas.

Isidoro Diacono. 186.

Diuinum numen, etsi clarissimum, ac Sole longè splendidius, cernere quidem impossibile est (neque enim in mortalium oculos cadit) animo autē concipere haudquaquā impossibile (mēti quippe ab omni labe quàm maximè puræ radios suos per prouidentiam immittit) comprehendere autem prorsus difficile (omnibus enim rebus quæ animo & ratione intelliguntur, maius est ac sublimius) benignū verò ac placidū habere pronū & facile. Virtutē quippè amat & exosculatur. Quamobrē si nobis cordi est, id quod captum excedit capere, ac rem dignitatem omnem superantem consequi, temperantia, iustitia, prudētia, fortitudine, aliisque virtutibus nosipsos exornemus. Neque enim aptiorem sibi ac familiariorem sedem vllam, quàm puram & castam animā esse constituit. Eóque etiam nomine ait, inhabitabo in eis, & inambulabo.

Palladio Diacono. 187.

Etsi graue atque acerbum vulnus est, atque immortalem mortē accersit: tamen si diuinum auxiliū, quod & turbidos animi motus, & vitium omne vincit ac profligat, imploraris, ne vestigium quidē vulneris relinquetur.

Isidoro Diacono. 188.

Ex his quoque quæ dicturi sumus (ô prudentiæ delubrum) quid inter diuinas & humanas leges discriminis sit perspicuè intelligere queas. Etenim diuina oracula, ea, quæ honesta & consentanea sunt, sancientia, in principio atque in prima ætate virtutis magistros præficiunt, quo videlicet improbitati aditum intercludant. Nā hæc demum optima doctrinæ ratio est, nō

cùm primis vitiũ dominari permiseris, postea in eam curam incumbere vt eliminetur: verùm statim ab ipso initio quiduis agere ac moliri, vt ne ipsi aditus vllus ad humanam naturam pateat. At externi legumlatores tum denique eam componũt ac moderantur, cùm deprauata fuerit. Nõ enim ad virilem ætatem prouectus pœnas minari oportebat, verùm puerilem ætatẽ agentes effingere atque componere. Sic quippè fortasse minis postea haudquaquã opus habuissent. Nunc verò perindè fit, ac si quis ei qui a latronibus obtruncandus esset, nec opem ferat, nec quonam pacto ex eorum manibus elabatur, dicat, vulneribus autem confectum ac penè exanimẽ vlciscatur: aut quemadmodum si medicus quispiam, nec sano & incolumi ad præcauendum morbum adiumentum vllũ porrigat, nec ægrotare incipienti, aliquid quo morbum propulset, dicat aut faciat, corrupto autem atque ita affecto, vt nulla ratione curari possit, innumera remedia præscribat. Quòd si nulli has potius quàm illas leges pertimescunt, haud mirandum est. Nam hæ, quia pœnam quàm celerrimè inferunt, crassiores terrẽt: illæ autem, quia rarò in hac vita, omninò autem in futura, cruciant, contemnuntur. Futurum etenim paucis duntaxat quibusdam, hoc est iis qui oculatiore mente sunt, ac rerum naturam planè perspiciunt, conspicuum est. Nam plerique, etiamsi verbis confitentur, factis tamen negant. Per ea enim quæ faciunt, ea, quæ cogitant, prædicant: quippe qui nõ modò corporis ingentem curam gerunt, cùm interim animum negligant, sed etiam cernentibus quidem hominibus quominus peccent, pudore deterrentur: Deo autem non modò inspectante, sed etiam omnia complexu suo continente, adeò non erubescunt, vt etiam citra omnem metum peccent. Nec verò id duntaxat permultorum furorem ac rabiem ostendit: sed id etiam quod dicturus sum. Multi enim per Deum iurantes, periurij crimine sese deuinciunt, per filiorum autem caput ne iurare quidem audent. Quænam igitur his

ἐπιτρέψαντας πρότερον κρατῆσαι τὴν κακίαν, ὕστερον μηχανᾶσθαι ὅπως ἐξελασθείη· ἀλλ' ἐν προοιμίοις πάντα ποιεῖν καὶ πραγματεύεσθαι, ὥστε ἄβατον αὐτῇ εἶναι τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν. οἱ δ' ἔξωθεν νομοθέται τότε ῥυθμίζουσιν αὐτήν, ὅταν διαφθαρεῖσα τύχῃ. οὐ γὰρ ἀνδράσι γενομένοις, κολάσεις ἀπειλεῖν ἐχρῆν, ἀλλὰ παῖδας ὄντας ῥυθμίζειν καὶ ἀναπλάττειν, καὶ οὐκ ἂν ἴσως τῶν μετὰ ταῦτα ἐδέησαν ἀπειλῶν. νυνὶ δὲ ταυτὸν γίνεται, οἷον ἂν εἴ τις τῷ μέλλοντι ὑπὸ λῃστῶν ἀναιρεῖσθαι, μὴ βοηθοίη μὲν μηδὲ λέγοι, ὅπως αὐτῶν ἀπαλλαγείη, ἡμιθνῆτα δὲ γενόμενον τιμωροῖτο. ἢ ὡς ἄν τις ἰατρὸς μήτε ὑγιαίνοντι προφυλακτικὸν ὀρέξειεν βοήθημα, μήτε ἀρχομένῳ τῆς ἀρρωστίας τῷ νοσοῦντι φράζοι, μηδὲ πράττοι δι' ὧν ἀπαλλαγήσεται τῆς νόσου· διαφθαρέντι δὲ καὶ ἀνιάτως ἔχοντι μυρία νομοθετοίη. εἰ δὲ πολλοὶ μᾶλλον τούτους ἢ ἐκείνους δεδοίκασι, θαυμαστὸν οὐδέν. οἱ μὲν γὰρ τῷ αὐτίκα μάλα τὴν κόλασιν ἐπιφέρειν τοὺς παχυτέρους φοβοῦσιν. οἱ δὲ τῷ ὀλιγάκις μὲν ἐνταῦθα, πάντως δ' ἐκεῖσε κολάζειν καταφρονοῦνται. τὸ γὰρ μέλλον ὀλίγοις δήπου τοῖς διορατικώτερον ἔχουσι τὸν νοῦν, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἀκριβῶς καθορῶσι φύσιν, ἐστὶν εὐσύνοπτον. οἱ γὰρ πλεῖστοι, εἰ καὶ λόγοις ὁμολογοῦσι, τοῖς ἔργοις ἀρνοῦνται. δι' ὧν γὰρ πράττουσιν ἃ νοοῦσι κηρύττουσιν. οἵγε οὐ μόνον τοῦ σώματος μὲν κομιδῇ ἐπιμέλονται, τῆς δὲ ψυχῆς ἀμελοῦσιν· ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων μὲν ὁρώντων, αἰσχύνονται πλημμελεῖν. τοῦ δὲ θεοῦ οὐ μόνον ἐφορῶντος, ἀλλὰ καὶ πάντα περιέχοντος, οὐ μόνον οὐκ ἐρυθριῶσιν, ἀλλὰ καὶ ἀδεῶς ἁμαρτάνουσιν. οὐ μόνον δὲ τοῦτο τῶν πολλῶν δείκνυσι τὴν λύτταν, ἀλλὰ καὶ τὸ ῥηθησόμενον. πολλοὶ γὰρ κατὰ μὲν τοῦ θεοῦ ὀμνύντες, ἐπιορκοῦσι. κατὰ δὲ τῆς τῶν παίδων κεφαλῆς οὐδ' ὀμόσαι τολμῶσι. τίς οὖν τού-

τοις

τοις τιμωρία ἐφάμιλλος ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐπινοηθείη; οὐκ ἔστιν οὐδὲ μία. διὸ εἰκότως ἐκεῖσε ἡ κρίσις ἠπείληται καὶ ἤρτηται.

Ἀμμωνίῳ. ρπθ.

Ἐπειδὴ ὅταν ὁ θυμὸς τὰς ἡνίας τοῦ ἡνιοχοῦντος λογισμοῦ ἀπορρήξῃ, ἔξω τῶν τῆς φύσεως ὅρων ἀπάγει πολλάκις τοῦ ἀνθρώπου τὸ φρόνημα, ἴασιν τῷ τηλικούτῳ πταίσματι οὐ μόνον ἀρίστην, ἀλλὰ καὶ ταχίστην ἐπινοήσας ὁ Παῦλος ἔφη· ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν, τουτέστι, πρὸ τοῦ τὸν ἥλιον εἰς δυσμὰς χωρῆσαι, ἐπίγνωτε τὴν φύσιν, σβέσατε τὸν θυμόν, καταστείλατε τὸ φρόνημα, ἀσπάσασθε τὴν συγγένειαν τὴν καὶ θηρίων κρατοῦσαν, ἵνα μὴ μεσολαβήσασα ἡ νύξ, ἀνήκεστον ἐργάσηται τὸ πάθος. τότε γὰρ εὑρὼν καιρὸν ἐπιτήδειον ὁ διάβολος ἐξάπτει μὲν πλέον τὰ γεγενημένα, παροξύνει δὲ εἰς ἄμυναν. ἐρεθίζει δὲ εἰς ἔχθραν, διεγείρει δ' εἰς κατηγορίας, κατασκευάζει δὲ μνησικακίαν, καὶ μυρία τίκτει ἐντεῦθεν κακά. ὅτι δὲ ταῦτα ἐκκόπτων ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ἐκέλευσε τάχιστα γενέσθαι τὴν καταλλαγήν, ἐπήγαγε, μηδὲ δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ· τῷ τὰ μικρὰ πάθη, μεγάλα λεληθότως κατασκευάζοντι, καὶ τὰ εὐίατα δυσίατα, ἢ καὶ ἀνίατα παρασκευάζοντι.

Ἡσαΐᾳ στρατιώτῃ. ρϙ.

Μὴ ἡ εὐημερία ὦ βέλτιστε, ἡ ἐκ τῆς θείας μακροθυμίας σοι συγχωρηθεῖσα, ἐκφοιτᾶν σε τοῦ πρέποντος παρασκευαζέτω, μήτε μὲν τῶν τῆς φύσεως ἐξακοντιζέτω ὅρων, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς ἔννοιαν αὐτῶν ἀγέτω, καὶ εἴσω αὐτῶν περικλειέτω, ἵνα μὴ ὑπερφυᾶ πταίσας, ὑπερφυεῖς ἀποτιννύῃς καὶ τὰς δίκας.

Τῷ αὐτῷ. ρϙα.

Μὴ μεγαλοφρόνει παρ' ὅσον εὐφυὴ φω-

in hac vita satis digna pœna excogitari queat? Nulla omninò est. Ac proinde meritò illic pœna denunciata & suspensa est.

Ammonio. 189.

Quoniam cùm iracundia rationis, quæ aurigę munere fungitur, habenas infregit, hominis mentem extra naturæ terminos plerunque transuersam agit: idcirco Paulus huiusmodi lapsui excogitata, non modo optima, sed etiam celerrima medicina, his verbis vsus est, Sol non occidat super iracundiam vestram: hoc est, antequàm Sol in occasum vergat, naturã agnoscite, furorem extinguite, arrogantiam comprimite, cognationem ac propinquitatem, quæ etiam feris dominatur, complectimini: ne nox interiecta morbum immedicabilem efficiat. Nam tum diabolus, idoneũ tempus nactus, ea, quæ contigerunt, magis inflammat, ad vltionem irritat, ad inimicitiam extimulat, ad accusationes excitat, iniuriarum memoriam parit, innumeráque hinc mala procreat. Nam quòd diuus Paulus, vt hæc excinderet, dissidentes quàm ocyssimè inter se reconciliari iusserit, ex eo patet, quod mox subiunxit, Nolite locum dare diabolo, qui exiguos affectus magnos occultè reddit, eáque, quæ facilè curari possunt, vix aut etiam nullo modo curabilia efficit.

Esaiæ militi. 190.

Ne committas, optimè vir, vt fœlicitas, quæ tibi diuinæ lenitatis beneficio commissa est, id tibi afferat, vt ab officio excedas, atque extra naturæ terminos exilias. Quin potius id cura, vt ea ad eorum cogitationem te ducat, atque intra ea te concludat, ne alioqui immaniter peccans, immanes quoque pœnas persoluas.

Eidem. 191.

Ne animos attolas, nec quadam humi-

næ naturæ modulo sublimiora tibi animo fingas:ne alioqui cùm mediocribus etiam lapsus fueris, sublimiùs exaggeretur tua calamitas.

Lampetio Episcopo. 192.

Magnum reuera pietatis sacramentum est,quemadmodum etiam sacrorum antistes Paulus scripto prodidit: non quòd omnino incognitum sit,sed quòd à nemine comprehendi queat. Omnem quippe, & sermonis & mentis vim excedit. Nam si puerulus matrimonij fructus est, quonam pacto virgo matrimonij fructum edidit? Quonam pacto id quod interitui obnoxium est, cum eo quod interitum nescit, copulatum est? Quonam pacto in eo quod circunscriptum est, id quod a circunscriptione alienum est, intelligitur,sic inquam vt nec diuina & labis omnis expers natura decrementi quicquam patiatur, & quod mortale est,modo quodam,qui nullis verbis exprimi potest,omnémque interpretationis vim superat,honore accipiat? Quonam pacto,qui passus est, salutem attulit: qui mortem oppetiit,excitauit;qui contumeliis affectus est,summo honore condecorauit;qui cruci affixus est, ab execratione eripuit,vel,vt rectiùs loquar, peccatum ac mortem in crucem sustulit.

Theodoro. 193.

De rebus parum honestis in suspitionẽ venire,his quidem , qui ad virtutis arcem peruenerũt,maximæ calimitatis loco est: iudicari autem,honestioribus & grauioribus: deprehendi verò,iis quoque qui stupore atque indolentia laborant.

Alexandro. 194.

Qui rerum earum causa ob quas gratiã habere debent, alicui succensent, omnes ingratitudinis terminos excedunt. Nam cùm,si rebus ipsis nequeunt, grata saltem oratione vicem rependere teneantur, ipsi contrà crimina concinnant.

πάζῃ, ἵνα μὴ μεγαλοφυέστερον ἐκτραγῳδηθῇς, ἐκπεσὼν καὶ τῶν μετρίων.

Λαμπετίῳ ἐπισκόπῳ. ρϟβ.

Μέγα ἐστὶν ὄντως τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ὡς καὶ ὁ μυσταγωγὸς ἔγραψε Παῦλος, οὐχ ὡς ἀγνοούμενον παντάπασιν, ἀλλ' ὡς οὐδενὶ ἐφικτόν. παντὸς γὰρ ἐπέκεινα καὶ λόγου καὶ νοῦ καθέστηκεν. εἰ γὰρ γάμου καρπὸς τὸ παιδίον, πῶς ἡ παρθένος καρπὸν γάμου ἔδειξε; πῶς ἡνώθη τὸ φθαρτὸν τῷ ἀφθάρτῳ; πῶς ἐν τῷ περιγραπτῷ νοεῖται τὸ ἀπερίγραπτον, οὔτε τῆς θείας καὶ ἀκηράτου ἐλαττουμένης φύσεως, καὶ τοῦ θνητοῦ ἀφράστῳ τινὶ λόγῳ καὶ ἑρμηνείας κρείττονι τὴν τιμὴν δεχομένου; πῶς ὁ παθὼν ἔσωσε, καὶ ὁ ἀποθανὼν ἤγειρε, καὶ ὁ ὑβρισθεὶς τετίμηκε τῇ ἀνωτάτω τιμῇ, καὶ ὁ σταυρωθεὶς κατάρας ἐξήρπασε, μᾶλλον δὲ τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὸν θάνατον ἐσταύρωσε.

Θεοδώρῳ. ρϟγ.

Ὑπονοηθῆναι ἐφ' οἷς οὐ προσῆκε, τοῖς μὲν εἰς ἄκρον ἀρετῆς ἐληλακόσι, μεγίστην ἔχει συμφοράν. τὸ δὲ καὶ κριθῆναι, τοῖς σεμνοτέροις. τὸ δ' ἁλῶναι, καὶ τοῖς ἀναλγήτοις διακειμένοις.

Ἀλεξάνδρῳ. ρϟδ.

Οἱ ὑπὲρ ὧν χάριτας εἰδέναι ὀφείλουσιν ὑπὲρ τούτων ἐγκαλοῦντες, πάντας τοὺς τῆς ἀγνωμοσύνης ὑπερβαίνουσιν ὅρους. δέον γάρ, εἰ καὶ μὴ ἔργοις οἷοί τέ εἰσι, λόγοις εὐχαρίστοις ἀμείβεσθαι, ἐγκλήματα ῥάπτουσι.

Τῷ

Τῷ αὐτῷ. ρϟε.

Οἱ πᾶσαν τὴν παλαιὰν διαθήκην εἰς τὸν Χριστὸν μεταφέρειν πειρώμενοι, οὐκ ἔξω αἰτιάσεώς εἰσιν, ἐπειδὴ καὶ Ἕλλησι, καὶ τοῖς μὴ ἐγκρίνουσιν αὐτὴν αἱρετικοῖς ἰσχύειν ἐν τῇ καθ' ἡμῶν διδόασι μάχῃ. τὰ γὰρ μὴ εἰς αὐτὸν εἰρημένα ἐκβιαζόμενοι, καὶ τὰ ἀβιάστως εἰρημένα, ὑποπτεύεσθαι παρασκευάζουσι. δι' ὧν γὰρ ἐκεῖνοι αὐτοὺς ἀνατρέπουσιν ὡς παραποιοῦντας, διὰ τούτων καὶ ἐν τοῖς διαρρήδην περὶ αὐτοῦ εἰρημένοις νικᾶν νομίζονται. ἐγὼ δὲ ἀναγκαίως φημὶ ἀμφότερα γεγενῆσθαι, τό, τε μὴ πάντα λελέχθαι περὶ αὐτοῦ, καὶ τὸ μὴ παντελῶς τὰ κατ' αὐτὸν σεσιγῆσθαι. τοῦτο γὰρ ἐλυσιτέλει, τὸ μήτε δι' ὅλου περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγεσθαι ἀνθρώποις, καὶ περὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἀμφιβάλλουσι καὶ λέγουσι, ποίησον ἡμῖν θεούς. μήτε παντάπασιν ἀποσιωπᾶσθαι, διά τε τὸν τῶν ἀπιστησόντων Ἰουδαίων ἔλεγχον, καὶ τὴν τῶν πιστευσόντων βεβαίαν ἐλπίδα.

Τῷ αὐτῷ. ρϟϛ.

Τὴν συνθήκην, τουτέστι, τὴν ἐπαγγελίαν, διαθήκην, ἡ θεία καλεῖ γραφή, διὰ τὸ βέβαιον καὶ ἀπαράβατον. συνθῆκαι μὲν γὰρ πολλάκις ἀνατρέπονται, διαθῆκαι δὲ νόμιμοι, οὐδαμῶς.

Ἡσαΐᾳ. ρϟζ.

Ἃ μὲν παρεῖναι ἑαυτοῖς βουλόμεθα, ταῦτα καὶ ἀληθῆ εἶναι ἡγούμεθα. τῶν δὲ δυσκόλων, ῥᾳδίως ἀποκρουόμεθα τὴν μνήμην, τῷ μὴ βούλεσθαι γενέσθαι, τὸ πλέον νέμοντες. διὰ τοῦτο τῶν δοκούντων χρηστῶν ἀπολαύειν ἐλπίζοντες, τὰ δυσχερῆ διαδιδράσκειν οἰόμεθα, καὶ μάλιστα ὅταν εὐπραγία παραμυθῆται τὴν σκυθρωπῶν τὴν ἀπειλήν. ἡ γὰρ ῥᾳθυμία τῇ ἀπολαύσει ἐπιρρωννυμένη, ἀμνημονεῖν, πῶς καὶ τῆς

Eidem. 195.

Qui vniuersum vetus Testamentum ad Christum transferre conantur, reprehensione minimè carent. Siquidem & Gentilibus,& hæreticis illis,qui id repudiant,in sua aduersum nos concertatione robur suppeditant. Nam dum ea,quæ de ipso minimè dicta sunt, per vim intorquent, hoc efficiunt,vt quæ de eo haudquaquam cõtortè dicta sunt, in suspicionem veniant. Per quæ enim illi hos, vt verborum sensum intorquentes,euertunt, per eadem in his quoque quæ,quę perspicuè de eo dicta sunt,superiores esse existimantur. Ego verò necessariò vtrunque contigisse aio, nẽpè,nec cũcta de ipso dicta esse, nec rursum de eo nullum omninò sermonem habitũ fuisse.Hoc enim conducebat, vt nec omninò de Christo apud eos homines,qui de Deo etiam ac Patre ambigebant, ac dicebant,fac nobis deos,verba fierent:nec rursum,tum ad conuincendos Iudæos, qui fidem minimè adhibituri erant, tum ad eorum,qui credituri erant, confirmandam spem omninò sileretur.

Eidem. 196.

Pactum,hoc est pollicitationem , Scriptura sacra Testamentum appellat , propter inuiolabilem firmitatem atque constantiam. Pacta quippe frequenter euertuntur:legitima autẽ testamenta nõ item.

Esaiæ. 197.

Quoniam quæ nobis adesse volumus, eadem quoque vera esse existimamus,molestarum autem rerum memoriam facere propellimus,huic nimirum rei, quam fieri nolumus,plus tribuentes : idcirco iis rebus,quæ iucunditatis speciem habent,frui sperantes,eas quæ cum molestia & acerbitate coniunctæ sunt, vitaturos nos esse arbitramur:ac præsertim cùm res secundæ tristium minas cõsolantur. Socordia quippe oblectamento roborata,ipsius quoque

naturę obliuionem quodámodo affert, atque extra ipsius terminos iaculatur. Quòd si quis socordiam extinxerit, rectas cogitationes, quæ & [illegible] & iudicium confirmēt, pullulantes statim conspiciet.

φύσεως παρασκευάζει, καὶ ἔξω τῶν ὅρων αὐτῆς ἀκοντίζει. εἰ δέ τις τὴν ῥαθυμίαν σβέσειεν, εὐθὺς βλαστάνοντας ὄψεται τοὺς ὀρθοὺς λογισμοὺς, τοὺς καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὴν κρίσιν βεβαιοῦντας.

Apollonio Episcopo. 198.

Ἀπολλωνίῳ ἐπισκόπῳ. ρϟη.

Diuinissimum, ô vir erudite, Patris Verbum, diuinum quoque suam prædicationem Regnū appellat, vtpote cælorum regnum parturiens. Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod minus quidem est omnibus seminibus, cùm autem creuerit, maius est omnibus oleribus: Quod autem ait, hanc sententiam habet: Ex parua (viles enim dictiones sunt) in eam magnitudinem excrescit, vt omni Gentilium eruditioni ac sapientiæ obscuritatem afferat. Quod etiam contigit. Attico enim lepore manans error, atque acriter argumentans, sermonis rusticitate laboranti veritati cessit.

Ὁ θειότατος, ὦ σοφὲ, τοῦ πατρὸς λόγος, καὶ τὸ θεῖον ἑαυτοῦ κήρυγμα βασιλείαν καλεῖ, ὡς ὠδῖνον τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. ὁμοία γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, ὃ μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων, ὅταν δὲ αὐξηθῇ, μεῖζον τῶν λαχάνων γίνεται. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ἀπὸ μικροῦ, εὐτελεῖς γὰρ αἱ λέξεις, τοσοῦτον αὐξηθήσεται, ὡς πᾶσαν ἑλληνικὴν ἀποκρύψαι σοφίαν. ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο. ἀττικίζουσα γὰρ ἡ πλάνη, καὶ δεινῶς συλλογιζομένη ἀγροικιζομένῃ τῇ ἀληθείᾳ παρεχώρησεν.

Hermogeni Episcopo. 199.

Ἑρμογένει ἐπισκόπῳ. ρϟθ.

Meritò quidem stomacharis, ô improborum odij delubrum, quòd is qui per impietatis antiphrasim, vt ais, seipsum Eusebium appellauit (neque enim ab initio id ei nomen erat) vilem aliquam rem & protritam Sacerdotiū esse arbitratus, illud quoque iis, qui eadem quæ ipse flagitia perpetrant, tribuere non veretur, iisque, qui omni honoris genere digni sunt, expulsis, eos, qui ne in laicorum quidē classe ac numero censeri merentur, ad venerandum altare subuehit, ac duplici nomine ipsum, quantum in se est, contumelia & dedecore afficiens, nempe, quòd & dignos arceat, & indignos in sacrum ordinem ascribat. Verùm illud scito, non semper id latutum oculum illum rerum omnium inspectorem, qui nunc quidem pro sua bonitate, lenitate, ac patientia vtitur, postea autem graues huius criminis pœnas ab eo expetet.

Εἰκότως μὲν ἀγανακτεῖς, μισοπονηρίας τέμενος, ἐπειδήπερ ὁ κατ' ἀντίφρασιν, ὥς φής, τῆς ἀσεβείας Εὐσέβιον ἑαυτὸν καλέσας. οὐδὲ γὰρ τοῦτο εἶχεν ἐξ ἀρχῆς τοὔνομα, φαῦλόν τι καὶ πεπατημένον πρᾶγμα τὴν ἱερωσύνην ἡγησάμενος, καὶ τοῖς τὰ αὐτὰ αὐτῷ δρῶσι, ταύτην νέμειν τολμᾷ, τοὺς μὲν πάσης τιμῆς ἀξίους ἐξοστρακίζων. τοὺς δὲ μηδ' ἐν λαικοῦ τάξει τελεῖν δικαίους, εἰς τὸ σεπτὸν θυσιαστήριον ἀνάγων. καὶ διπλῆ τοῦτο, τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον καθυβρίζων, τῷ τε τοὺς ἀξίους ἀπείργειν, τῷ τε τοὺς ἀναξίους ἐγκρίνειν. ἀλλ' ἴσθι, ὅτι οὐκ οἴσει ταῦτα εἰς τέλος ὁ πανεπόπτης ὀφθαλμὸς, ὁ νῦν μὲν δι' ἀγαθότητα μακροθυμῶν, ὕστερον δὲ σφόδρα ταύτας αὐτὸν ἀπαιτήσων δίκας.

Τῷ

Τῷ αὐτῷ. σ.

Κυριώτερος μὲν ἐπίτροπος τῶν ἐπὶ γῆς, ὁ τὴν ἱερωσύνην ἐστεμμένος, τοῦ τὴν ἁλουργίδα περικειμένου. ὁ μὲν γὰρ ψυχῶν, ὁ δὲ σωμάτων ἡγεῖται. εἰ δ' ἀγνοήσας ἑαυτοῦ τὴν ἀξίαν, μᾶλλον δὲ τὴν λειτουργίαν ψυχῶν μὲν μηδένα λόγον ποιεῖται. τοίχων δὲ καὶ κιόνων ἐπιμελοῖτο, καὶ τρυφῇ προσέχοι. καὶ χρημάτων ἀντιποιεῖτο. ἑαυτὸν, οὐ τὴν ἱερωσύνην ὑβρίζει, ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνοήτων, δέον τὴν μὲν ἐκθειάζειν, τὸν δ' αἰτιᾶσθαι, ὅλον εἰς αὐτὴν τὸ ἔγκλημα περιτρέπουσι.

Eidem. 200.

Qui sacerdotij corona redimitus est, si quidem propriè loqui volumus, terrenarum rerum procurator veriùs est, quàm qui purpuram gestat. Etenim ille animis, hic corporibus dominatur. Quòd si suæ dignitati, vel, vt rectiùs loquar, officij ac ministeri) ignoratione laborans, animarū quidem nullam curam gerat, parietes autem & columnas dūtaxat curet, luxuique ac delitiis sese addicat, colligendisque pecuniis studeat, seipsum profectò, non sacerdotium ignominia afficit. At stultorū multi, pro eo atque illud quidem diuinis honoribus efferre, hunc autem accusare debebant, totam accusationem in illud conuertunt.

Ὠφελίῳ σχολαστικῷ. σα.

Οὔτε τοὺς λεξιθήρας, οὔτε τοὺς ῥήτορας, οὔτε τοὺς διαλεκτικοὺς, οὔτε τοὺς ἐπὶ τῇ τῶν λόγων δεινότητι ἐναβρυνομένους, σοφοὺς κλητέον, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ τῇ πρακτικῇ φιλοσοφίᾳ διαλάμποντας. εἰ δὲ κοσμοίη τούτους καὶ ἡ λογικὴ, σοφωτέρους ὀνομαστέον. εἰ δὲ καὶ ἡ θεωρητικὴ, φημὶ δὲ ἡ εὐσέβεια, ἣν μόνην κυρίως σοφίαν εἶναι ὁριζόμεθα, σοφωτάτους προσαγορευτέον, τὴν μὲν ὥσπερ θεμέλιον καὶ οἰκοδομὴν εἶναι, τὴν δὲ ὡς ἐγκαλλώπισμα. τὴν δὲ ὡς κορωνίδα. ὥσπερ οὖν θεμελίου μὴ ὑπάρχοντος, μηδ' οἰκοδομίας, οὔτε τὰ κοσμοῦντα, οὔτε τὰ στεφανοῦντα χώραν ἔχει. οὕτω καὶ ἀρετῆς μὴ ὑπαρχούσης, ἡ λογικὴ καὶ ἡ θεωρητικὴ οὐχ ἕξει.

Ophelio Scholastico. 201.

Nec dictionum aucupes, nec oratores, nec dialectici, nec qui ob dicendi facultatem gloriantur, sapientes appellandi sunt: verùm ij, qui eo Philosophiæ genere, quod in actione versatur, elucent. Quòd si hos quoque logica exornet, sapientiores nominandi sunt. Si autem etiam Philosophia (quæ in contemplatione sita est, hoc est pietas, quam solam propriè sapientiam esse definimus) sapientissimos eos nuncupare conuenit. Atque ita existimandum est, hanc velut fundamentum & ædificium esse, alteram velut ornamentum, postremam vt coronidem, ac fastigium. Quemadmodum igitur sublato fundamento & ædificio, nec ea quæ ad ornatum, nec ea quæ ad opus perficiendum spectant, locū habitura sunt: sic etiam sublata virtute nec logica, nec ea pars quæ in contemplatione versatur, locum habebunt.

Εὐλογίῳ. σβ.

Εὐκταῖον μὴ ἡγοῦ τὸ συγγνώμης τυχεῖν, τὸ δὲ ἀρετῆς λαμπρύνεσθαι δίκαιον ὄντα. τὸ μὲν γὰρ τοῖς φαυλοτάτοις, τὸ δὲ τοῖς ἐπιεικεστάτοις ἁρ-

Eulogio. 202

Illud minimè præclarum ac votis expetendum iudica, vt veniam consequatur, qui ob virtutem gloriam ac splendorem promeretur. Illud enim improbissimis,

hoc optimis quadrat. Illud ob misericordiam fit: hoc ob mercedem procreatur. Nã ille ob animi imbecillitatem miserationi est: hic ob animi magnitudinem corona donatur.

Esaiæ militi. 203.

Veniam nec habes nec habiturus es, si in iisdẽ institutis perstes. Si autem animum mutes, ac furorẽ & rabiem cõprimas, eam fortasse consequi possis. Seueritatem enim bonitas diuina superabit. Quòd si iudiciũ fore haudquaquam existimas, audi quid Plato dicat: Nam si mors (inquit) omnibus rebus nos liberaret, commodum profectò improbis hominibus esset è vita discedere, quò simul & corporibus & eorum vitio vnà cum animis liberarentur. Nunc autem, quandoquidem anima immortalis esse apparet, nulla ei alia ratio, qua malum effugiat, nec salus patet, quàm vt optima & prudentissima fiat.

Dionysio. 204.

Ea ignorare videris, quæ etiam admodũ pueri norunt. Mirari enim te dixisti, qui fiat, vt qui iucunda loquuntur, auditores faciliùs alliciant, quàm qui vtilia præcipiunt: illud nimirum ignorans, hinc fieri, vt illi admirationi, isti odio sint, quòd illi cupiditatibus obsequantur, isti autem aduersus eas pugnent. Voluptati enim cedit vtilitas.

Zosimo Presbytero. 205.

Non modò is, qui in sacrum ordinem cooptatus est, sed etiam quilibet vir probus (tantum enim inter sacerdotem & quemlibet probum virum interesse debet, quantum inter cælum ac terram discriminis est) nihil petulans ac iuuenile agere debet, verùm temperantem vbique ac probè moderatam vitæ rationem præ se ferre. Tu autem, vt aiunt, nec, cùm iuuenis esses, modum in lasciuiis atque libidi-

μόσθει. τὸ μὲν δι᾽ οἶκτον γίγνεται, τὸ δὲ δι᾽ ἀμοιβὴν τίκτεται. ὁ μὲν γὰρ διὰ μικροψυχίαν ἐλεεῖται, ὁ δὲ διὰ μεγαλοψυχίαν στεφανοῦται.

Ἡσαΐᾳ στρατιώτῃ. σγ.

Συγγνώμην οὔτε ἔχεις, οὔτε ἕξεις, ἂν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένοις. εἰ δὲ μεταβάλοις, καὶ τῆς μανίας καὶ τῆς λύττης ἀποπαύσαιο, ἀπολαύσαις ταύτης. τὸ γὰρ ἀκριβὲς, ἡ θεία ἀγαθότης νικήσει. εἰ δ᾽ οὐκ οἴει κρίσιν εἶναι, ἄκουε Πλάτωνος λέγοντος, εἰ μὲν γὰρ ὁ θάνατος τοῦ παντὸς ἀπαλλαγή, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς κακοῖς ἀποθανοῦσι, τοῦ τε σώματος ἅμα ἀπηλλάχθαι, καὶ τῆς αὐτῶν κακίας μετὰ τῆς ψυχῆς. νῦν δ᾽ ἐπειδὴ ἀθάνατος φαίνεται οὖσα, οὐδεμία ἂν αὐτῇ ἄλλη ἀποφυγὴ εἴη κακῶν καὶ σωτηρία πλὴν τοῦ ὡς βελτίστην τε καὶ φρονιμωτάτην γενέσθαι.

Διονυσίῳ. σδ.

Κινδυνεύεις ἀγνοεῖν, ἃ καὶ οἱ κομιδῇ νήπιοι γινώσκουσιν. ἔφης γὰρ θαυμάζειν πῶς οἱ τὰ τέρποντα φράζοντες, τῶν τὰ λυσιτελοῦντα παραινούντων, μᾶλλον ῥᾷον ἐπάγονται, τοὺς ἀκροωμένους ἀγνοῶν, ὅτι ἐκ τοῦ τοὺς μὲν χαρίζεσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις, τοὺς δὲ μάχεσθαι. τοὺς μὲν θαυμάζεσθαι συμβαίνει, τοὺς δὲ μισεῖσθαι. ἡττᾶται γὰρ ἡδονῆς τὸ συμφέρον.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. σε.

Οὐ μόνον ὁ ἱερωμένος, ἀλλὰ καὶ ὁ εὐδόκιμος. τοσοῦτον γὰρ ὀφείλει εἶναι τὸ μέσον τοῦ ἱερωμένου καὶ τοῦ εὐδοκίμου, ὅσον οὐρανοῦ καὶ γῆς τὸ διάφορον. οὐδὲν ἀκόλαστον, οὐδὲ μειρακιῶδες δίκαιος ἂν εἴη διαπράττεσθαι, ἀλλὰ σώφρονα καὶ κεκολασμένην πανταχοῦ τὴν δίαιταν ἐπιδείκνυσθαι. σὺ δὲ, ὥς φασιν, οὔτε νέος ὢν περὶ τὰς λαγνείας ἐμετρίαζες διὰ τὴν [illegible]

οὔτε

οὔτε γηράσας διὰ τὴν ἡλικίαν. εἰ τοίνυν ταῦθ᾽ οὕτως ἔχει, εἶργε σαυτὸν τοῦ σεπτοῦ θυσιαστηρίου.

Λαμπετίῳ ἐπισκόπῳ. σς.

Οἱ μηδὲν εἰς ὠφέλειαν βλέποντες, ἡσυχάζεσθαι δικαιοῦντες, οὐ τὸ μέγεθος τῶν κατορθουμένων, ὡς ἀφωνίας αἴτιον προβάλλονται, ἀλλ᾽ ἐγκωμιάζειν ἐπιχειροῦσι τὴν ἀλήθειαν, πρὸς ἣν καὶ οἱ δεινότατοι λέγειν ἀποδύσασθαι ὀκνοῦσιν. εἰ γὰρ καὶ μὴ ἐπαξίως, ἀλλά γε ἀποχρώντως τὰ καλὰ ἐπαινέσαντες, τεκμήριον τῆς ἑαυτῶν γνώμης τῆς ἐπὶ τὰ ἀξιαφήγητα ῥεπούσης, καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα ἀνθρώποις ἐγκαταλείπουσι.

Παύλῳ. σζ.

Ἐκεῖνος, ὡς ἔγωγε οἶμαι, δικαιότατός ἐστι τῶν ἀμφισβητουμένων κριτής, ὁ μὴ τὰ μέγιστα ἀξιώματα ἐκπληττόμενος, ἀλλὰ τοῖς ἀσθενεστέροις τὸ ἐνδέον ἐξ εὐνομίας χορηγῶν, καὶ νέμων ἐν ταῖς τιμαῖς ἑκάστῳ τὸ πρὸς ἀξίαν, ἐν ταῖς διαγνώσεσι φυλάττει τὸ ἴσον ἅπασι, τῷ δικαίῳ πανταχοῦ μέτρῳ χρώμενος.

Ἑρμογένει ἐπισκόπῳ. ση.

Εἰ μὲν ἔχοιεν ἡμῖν τῆς ἱερωσύνης ἀριστείαν ἐστεμμένοι χρησμὸν ἀναγινώσκειν, ὡς οὐ χρὴ ποιεῖν αὐτοὺς καὶ τὰς ἀρετὰς ἀσκεῖν, ἀλλὰ λόγῳ διδάσκειν μόνον, φρονείτωσαν ὡς φρονοῦσιν. εἰ δὲ πανταχοῦ οἱ χρησμοὶ ἀνακηρύττουσι μὲν τοὺς φιλαρέτους αὐτῶν, ἀποκηρύττουσι δὲ τοὺς λόγῳ μόνον παιδεύειν ἐπιχειροῦντας, τί παρέντες τὰ διὰ τῶν θείων θεσμῶν διηγορευμένα, τῇ ἱερωσύνῃ μόνῃ ὥσπερ τυραννίδι ἐγκαβρύονται; τὰ μὲν γὰρ θεῖα θεσπίσματα, τοὺς τὴν ἱερωσύνην λαχόντας

nibus ob paupertatem tenebas, nec posteaquam cõsenuisti, ob ætatem. Quapropter, si ita est, à venerando altari teipsum arce.

Lampetio Episcopo. 206.

Qui dum coniectos in vtilitatem oculos habent, nihil tacendum esse putant, nõ rerum præclarè gestarum magnitudinem, vt silentij causam obtendunt: sed veritatẽ, ad cuius laudes prædicandas, ne disertissimi quoque homines se accingere verentur, commendare ac laudibus afficere nituntur. Egregiis enim rebus, si non dignè, at saltem quantum satis est, laudatis, animi sui ad ea, quæ commemoratione digna sunt, propendentis argumentum atque coniecturam iis quoque qui post futuri sunt, relinquunt.

Paulo. 207.

Ille, mea quidem sententia, iustissimus controuersiarum iudex est, non qui homines amplissimis dignitatibus ornatos pertimescit, verùm qui imbecillioribus, id quo carent, pro eo atque æquitas postulat, subministrat: atque in honoribus id cuique, quo dignus est, tribuens, omnibus quod æquum est, in causarum disceptatione tribuit, ius videlicet vbique mensuræ loco adhibens.

Hermogeni Episcopo. 208.

Si ij, qui sacrosancta Sacerdotij dignitate redimiti sunt, oraculum aliquod nobis recitare queant, quo illud sanciatur, eos minimè laborare ac virtutem colere, verùm sermone solo docere oportere, sentiant sanè vt sentiunt. Sin autem diuina oracula passim Antistites eos prædicat, qui virtutum amore flagrant: contráque eos, qui sermone solo alios erudire conantur, explodunt, ecquid isti, prætermissis iis rebus, quæ diuinis legibus præscriptæ sunt, Sacerdotio solo, tanquam tyrannide, gloriãtur? Etenim diuina scita, eos potissimum

qui sacerdotium nacti sunt, in laboribus ac religiosis exercitationibus versari iubet; quò nimirum ij qui subsunt, cùm eos, quibus imperare licet, laborantes perspexerint, præ pudore ad fortitudinem strenuíque animi officium prouocentur. Neque enim docentium oratio perinde animos acuere solet, vt vita & mores. At isti, non secus ac si ipsis loquendi duntaxat munus commissum fuisset, ab actione abstinent. Quos etiam proinde incessans ac proscindens diuinus Apostolus his verbis vsus est, Qui prædicas non esse furandum, furaris. Atque item diuina sententia apud Ezechielem (id enim est quod, vt tibi exponerem, postulasti) Angelis iis, qui Ierosolymam supplicio affecturi erant, hoc imperauit, A sanctis meis incipite. Quod quidem etiam Apostolorum antesignanus his verbis transtulit, Tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis, quis finis eorum, qui nõ credunt Euangelio Dei? Consentaneum enim est, vt qui honore ac dignitate superiores sunt, hi quoque, si peccent, grauioribus etiam suppliciis mulctentur.

Eidem. 209.

Cùm adulterinus quispiam ac sacerdotio indignus imperium vsurpat, tum verò imperij ornatus in inconditum quendam & inornatum statum migrat. Siquidem ita natura comparatum est, vt ad eius, qui præest, similitudinem, ij, qui parent, sese effingant. Quod quidem etiam in Eusebio, quemadmodum scripsisti, vsu venit. Tantus enim & Sacerdotibus, qui sub ipsius imperio sunt, & reliquis subditis, vitij amor exarsit, vt qui aliunde veniunt, perennem lachrymarum materiam habeant tot tantorúmque malorum spectaculum.

Eidem. 210.

Inexplebilis es, eós, vt apparet, amans, in quibus virtutis splendor elucet. Inexplebili enim affectu, quemadmodum audio, illud Psalmistæ canis, Mihi autem nimis

μάλιστα πάντων ἐν πόνοις καὶ ἀσκήσεσιν εἶναι παρακελεύεται, ἵν' οἱ ἀρχόμενοι, οὓς ἐπιτάττειν ἔξεστι, τούτους πονοῦντας θεώμενοι, εἰς ἀνδραγαθίας ὑπ' αἰσχύνης παροξύνωνται. οὐ τοσοῦτον γὰρ ὁ λόγος, ὅσον ὁ τρόπος τῶν διδασκόντων, παραθήγειν πέφυκεν. οἱ δ' ὥσπερ τὸ λέγειν μόνον ἐμπιστευθέντες, τοῦ πράττειν ἀπέχονται, οὓς καὶ στηλιτεύων ὁ μὲν θεῖος Ἀπόστολος ἔφη· ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις. ἡ δὲ θεία ψῆφος ἐν τῷ Ἰεζεκιήλ, τοῦτο γὰρ ὅπερ μαθεῖν ἐζήτησας, παρεκελεύσατο, τοῖς τὴν τιμωρίαν μέλλουσιν ἐπιφέρειν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀγγέλοις. ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε· ὅπερ καὶ ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων μεταφράσει εἰπών, καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρίμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ. εἰ δὲ πρῶτον ἀφ' ἡμῶν, τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ τοῦ θεοῦ εὐαγγελίῳ. δίκαιον γὰρ τοὺς τιμῇ καὶ τῇ ἀξίᾳ ὑπερέχοντας τούτους, εἰ ἁμάρτοιεν, καὶ ἐν ταῖς τιμωρίαις πλεονεκτεῖν.

Τῷ αὐτῷ σθ'.

Ὅταν νόθος τις, καὶ τῆς ἱερωσύνης ἀνάξιος, εἰς τὴν ἀρχὴν εἰσβιάσηται, τότε δὴ ὁ τῆς ἀρχῆς κόσμος εἰς ἀκοσμίαν μεθίσταται. τῷ γὰρ ἄρχοντι ἐξομοιοῦσθαι πέφυκε καὶ τὸ ἀρχόμενον. ὃ δὴ καὶ ἐπὶ Εὐσεβίου, ὡς γέγραφας, συνέβη. τοσοῦτος γὰρ καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἱερεῦσι, καὶ τοῖς ὑπηκόοις ἐξήφθη κακίας ἔρως, ὡς τοὺς ἀλλαχόθεν ἥκοντας, δακρύων ὑπόθεσιν ἀέναον ἔχειν, τὴν τῶν τοσούτων κακῶν θέαν.

Τῷ αὐτῷ σι'.

Ἄπληστος εἶ, φιλῶν, ὡς ἔοικε, τούτους, οἷς ἡ τῆς ἀρετῆς ἐναστράπτει φαιδρότης. ἀκορέστως γοῦν, ὥς γε πυνθάνομαι, ψάλλεις ἐκεῖνο τὸ τοῦ μελῳδοῦ ᾆσμα·

ᾆσμα· ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου ὁ θεός. τοσοῦτος γὰρ περίεστί σοι ὁ πρὸς αὐτοὺς πόθος, ὡς καὶ τοὺς οἷς οὐδὲν ἴχνος ἀρετῆς περίεστιν. οὐ γάρ ἐσμεν κατ' ἐκείνους· ἴσως δὲ δοκοῦμεν, πολλοῖς καὶ ποικίλοις ἐγκωμίοις στεφανοῦν. σοὶ μὲν οὖν εἰ καὶ ἡμεῖς μὴ ἐσμὲν τοιοῦτοι, ἀποκείσεται ὁ μισθός. ἡμεῖς δὲ εἰ μηδ' ἐγκωμίων τοιούτων ἀπολαύοντες, ἀμείνους γενοίμεθα, μείζονα δίκην ὑφέξομεν. ἵν' οὖν μὴ τοῦτο ὑποστῶμεν, πέπαυσο ὑπερβαλλόντως ἐπαινῶν.

Λαμπετίῳ ἐπισκόπῳ. σια'.

Παραφυλάττου μὲν, ὦ ἄριστε, τοὺς ἀμυήτους, καὶ τῶν θείων λόγων ἀναξίους, οἵτινες καὶ γελῶσι πολλάκις τὰ πάσης εὐφημίας κρείττονα. φθέγγου δὲ οἷς θέμις· οὐ γὰρ κυσὶν, οὐδὲ χοίροις ἀνθρωπομόρφοις, ἀλλὰ τοῖς ἀγγελικὸν βιοῦσι βίον, δοτέον τὰ ἅγια, κατὰ τὸν θεῖον χρησμόν.

Θεογνώστῳ πρεσβυτέρῳ. σιβ'.

Λίαν θαυμάζω καὶ ἐκπλήττομαι τὴν ἄνοιαν τῶν ζητούντων, δι' ἣν αἰτίαν ὁ Χριστὸς πρὸ τῶν τριῶν ἡμερῶν ἀνέστη. εἰ μὲν καὶ φασὶν αὐτὸν μηδ' ὅλως ἐγηγέρθαι, τίνος ἕνεκεν περὶ χρόνον ἀκριβολογοῦνται. εἰ δ' ἐγηγέρθαι μὲν, θᾶττον δὲ ἢ ἐπηγγείλατο, ἀπὸ τοῦ ἐγηγέρθαι, καὶ τὸ πάντως ἠληθευκέναι αὐτὸν συναποδεδεῖχθαι νομιζέτωσαν. τὸ γὰρ ἀδύνατον καὶ ὂν καὶ δοκοῦν, ὅσον πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀσθένειαν, φημὶ κατορθώσας, οὐκ ἂν περὶ τὸ δυνατὸν ἐξησθένησεν. εἰ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ μὲν βραδέως ἀναστῆναι, ἀσθενείας· τὸ δὲ ταχέως, δυνάμεως μεγίστης τεκμήριον καθέστηκεν. ἐχρῆν μὲν αὐτοὺς καὶ ἐκ τοῦ τοὺς μυρίους τῶν ἑλληνικῶν θεῶν καταλόγους ἀφανίσαι, πάντα εἰδωλεῖα τα τε κα-

honorati sunt amici tui Deus. Tanta enim vis amoris erga ipsos est, vt eos etiam, in quibus nullum virtutis vestigium extat (neque enim ad eorum similitudinem accedimus, tametsi fortasse videamur) multis ac variis laudibus cumules. Ac tibi quidem, etiam si nos tales minimè simus, recondita merces erit. Nos autem si, ne his quidem laudibus affecti, meliores hinc efficiamur, maiores pœnas subituri sumus. Quare ne hoc nobis accidat, immodicis laudibus nos ornare desine.

Lampetio Episcopo. 211.

Prophanos homines, vir optime, ac diuinis sermonibus indignos obserua, qui ea etiam persæpe, quæ omni commendatione ac laude digna sunt, risu prosequuntur: quibus autem fas est, iis loquere. Neque enim canibus, aut porcis humana forma præditis, verùm his, qui angelicam vitam ducunt, sancta porrigenda sunt, quẽadmodum diuinis oraculis proditum est.

Theognosto Presbytero. 212.

Eorum stoliditatem magnopere, atque ad stuporem vsque miror, qui, quam ob causam Christus ante tres dies resurrexerit, percunctantur. Nam si eum quoque omninò non resurrexisse asserunt, ecquid temporis minutias ieiunè ac morosè vrgent? Si autem eum quidem ad vitam rediisse, verùm citius quàm promiserat, ex hoc ipso quòd ad vitam rediit, illud quoque vnà demonstratum esse existiment, ipsum omninò verè locutum esse. Nam cùm id, quod impossibile & erat, & videbatur (siquidem imbecillitatem hominũ spectes) præstiterit, profectò in ea re, quæ potestatem minimè excedebat, haudquaquã elanguisset. tametsi etiã tardè resurrexisse, imbecillitatis, confestim autem, maximæ potentiæ argumentum existat. Ac quidem ipsos, tum ex eo quod infinitum Gentilitiorum deorum catalogum dele-

uerit ac de medio ſuſtulerit, tum quòd omnia idolorum phana ſubuerterit, & impuras ac ſacrilegas aras, quæ humano cruore tingebantur, extinxerit, atque diaboli quidem neruos ac robur infregerit, dæmones autem in fugam conuerterit, ac præterea truculentas & immanes nationes mitigarit: Iudæos autem in maximas calamitates coniecerit, eos denique, qui fidem amplexi ſunt, ſupra cælum euexerit, diuinam ipſius inuictámque potentiã adorare oportebat, non autem de aliquot horis altercari. Neque enim quę maxima, omníque ſermone præſtantiora ſunt ab exiguis rebus euerti queant. Cæterùm quoniam ingens veritatis copia & amplitudo eſt, ad ipſam quoque rem accedere conabor. Ac primùm velitationis cuiuſdã cauſa ad eos hæc dicentur: Si debitorem aliquem, qui ſe creditori ſuo poſt tres dies debitam pecuniam perſoluturum promiſiſſet, ante præſtitutum diem ſoluiſſe conſpexerimus, vtrum tandem eum, vt mentientem condemnabimus, an potiùs, vt promiſſi fidem magis explentem admiratione proſequemur? Equidem ipſe hoc poſterius exiſtimo, atque omninò vos quoque. Quidnã igitur abſurdi eſt, ſi Chriſtus item, cùm ſe tertia die reſurrecturum dixiſſet, citiùs tamen à morte ad vitam rediit, tum vt ſuam potentiam conſpicuam redderet, tum vt cuſtodes exanimaret, ac Iudæorum ora cõprimeret? Etenim quòd maturiùs reſurrexiſſet, à crimine ac reprehenſione alienum erit: at ſi ſeriùs reuixiſſet, ſuſpicionis plena res hæc extitiſſet. Oportebat quippe aſſidentibus atque cuſtodientibus ſatellitibus reſurrectionem fieri. Nam ſi exactis diebus ac remotis cuſtodibus extitiſſet, ſuſpicionem habitura res erat. Quòd ſi non reſurrexit, quonam pacto in ipſius nomine Apoſtoli tanta ſigna ediderunt? Quonam autem pacto digni, quibus fides haberetur, teſtes non eſſent, qui per ſexcenta pericula & mortis genera reſurrectionis veritatem confirmarunt, teſtimoniúmque ſuum, non atramẽto, ſed cruore ſuo conſignarunt? Quòd ſi

παρατρέψαι; καὶ τοὺς ἀνοσίους βωμοὺς τοὺς ὑπ' ἀνθρωπίνων αἱμάτων φοινισσομένους σβέσαι· καὶ τὸν μὲν διάβολον ἐκνευρίσαι· τοὺς δὲ δαίμονας φυγαδεῦσαι· καὶ τὰ μὲν ἀνήμερα φῦλα τιθασσεῦσαι, τοὺς δὲ Ἰουδαίους μεγίσταις συμφοραῖς περιβαλεῖν. καὶ τοὺς πιστεύσαντας αὐτῷ ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν ἀναγαγεῖν, προσκυνῆσαι τὴν θείαν αὐτοῦ καὶ ἀήττητον δύναμιν, καὶ μὴ περὶ ὡρῶν διαφέρεσθαι. τὰ γὰρ μέγιστα καὶ κρείττονα λόγου, οὐκ ἂν ὑπὸ μικρῶν ἀνατραπείη. πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς ἀληθείας ἡ περιουσία πολλή, καὶ εἰς αὐτὸ χωρῆσαι τὸ πρᾶγμα πειράσομαι. ἀκροβολισμοῦ τοίνυν ἕνεκεν εἰρήσεται πρὸς αὐτούς. ἆρα εἰ χρεώστην τινὰ ἐπαγγειλάμενον τῷ οἰκείῳ δανειστῇ μετὰ τρεῖς ἡμέρας πληρώσειν τὸ χρέος, πρὸ τῆς προθεσμίας πληρώσαντα θεασοίμεθα, ὡς ψευσάμενον κρινοῦμεν, ἢ ὡς πλέον ἀληθεύσαντα θαυμασόμεθα; ἐγὼ μὲν οἶμαι τοῦτο. πάντως δὲ καὶ αὐτοί. τί τοίνυν ἄτοπον, εἰ καὶ ὁ Χριστὸς ἔφησε μὲν τῇ τρίτῃ ἀναστήσεσθαι, θᾶττον ἀνέστη; ἵν' ἑαυτοῦ μὲν δείξῃ τὴν δύναμιν, τοὺς δὲ φυλάττοντας νεκρώσῃ, καὶ τοὺς Ἰουδαίους ἐπιστομίσῃ. τὸ μὲν γὰρ θᾶττον ἀναστῆναι, ἔγκλημα οὐκ εἶχε. τὸ δὲ βράδιον, ὑποψίας ἐγέμεν. ἐχρῆν γὰρ παρακαθημένων αὐτῶν καὶ φυλαττόντων γενέσθαι τὴν ἀνάστασιν, ὡς εἴγε παρελθουσῶν τῶν ἡμερῶν, καὶ ἀναχωρησάντων τῶν φυλαττόντων, ἐγένετο, ὕποπτον τὸ πρᾶγμα ἔμελλεν εἶναι. εἰ δὲ μὴ ἀνέστη, πῶς ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τοιαῦτα σημεῖα ἐπετέλεσαν οἱ ἀπόστολοι; πῶς δ' οὐκ ἂν εἶεν ἀξιόχρεοι μάρτυρες, οἱ διὰ μυρίων κινδύνων καὶ θανάτων τὴν ἀλήθειαν τῆς ἀναστάσεως πιστωσάμενοι, καὶ οὐ μέλανι, ἀλλ' οἰκείῳ αἵματι τὴν μαρτυρίαν σφραγίσαντες. εἰ δὲ καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ἀκρίβειαν καταγενέσθαι χρή, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι. τῇ τρίτῃ εἶπεν ἀναστήσεσθαι, ἔχεις τὴν παρασκευήν, ἔχεις τὸ σάββατον ἕως δυσμῶν ἡλίου, καὶ μετὰ τὸ σάββατον ἀνέστη, ἑκατέρων μὲν ἁψάμενος, τὴν δὲ μέσην πληρώσας. ἐν τρισὶ γὰρ εἶπεν ἀναστήσεσθαι, οὐ μετὰ τρεῖς ἡμέρας. λύσατε γάρ, φησί, τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. καὶ ὁ προφήτης δὲ προχρησμῳδῶν, τότε ὁ θάνατος πενθήσει ἰσχυροτέρῳ θανάτῳ δεθείς, ἔλεγεν. ὑγιάσει ἡμᾶς μετὰ δύο ἡμέρας, ἐν τῇ τρίτῃ ἀναστησόμεθα, καὶ ζησόμεθα ἐν αὐτῷ. εἰ δὲ τὸ τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας προβάλλοιντο, εἴποιμι, ὅτι τῷ ἅψασθαι αὐτῶν, πεπλήρωκε τὴν ἐπαγγελίαν. μία γὰρ ἡμέρα λέγεται τὸ τῶν τεσσάρων καὶ εἴκοσι ὡρῶν διάστημα, καὶ εἴτε ἐν τῇ πρώτῃ, εἴτε ἐν τῇ τελευταίᾳ τούτων τις τεχθείη, ἢ ἀποθάνοι, αὕτη αὐτῷ ἡμέρα λογίζεται. οἷον, εἰ μέλλοντος ἡλίου δύνειν τεχθείη τις, εἴη δὲ ἐκείνη ἡμέρα πρώτη τοῦ μηνός, αὕτη αὐτῷ λογίζεται. εἰ δὲ καταδύντος ἕτερος τεχθείη, ἡ δευτέρα. πῶς οὖν μιᾶς μόνης, τάχα δὲ οὐδὲ μιᾶς ὥρας μεταξὺ γενομένης, ὁ μὲν λέγεται τῇ πρώτῃ, ὁ δὲ τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τετέχθαι, ὅτι πᾶσι δῆλον καθέστηκε καὶ σαφές, ὅτι τῷ ἅψασθαι μόνον, ὁ μὲν τὸ παρεληλυθός, ὁ δὲ τὸ ἐπιὸν ἡμερονύκτιον ἐκληρώσατο, τὸ διὰ εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν συμπληρούμενον. εἰ τοίνυν καὶ ἡ ἀκριβὴς τῶν χρόνων κατανόησις τοῦτο βοᾷ, τί μάτην κόπτουσιν ἑαυτοὺς οἱ τὴν ἀλήθειαν μὴ ἠληθευκέναι ἰσχυριζόμενοι;

ad exactam & accuratam huius quæſtionis explanationẽ deſcendendum eſt, illud dixerim: Tertio die reſurrecturũ ſe dixit. Habes paraſceuẽ, habes Sabbatũ, vſque ad Solis occubitũ. Ac poſt Sabbatũ reſurrexit, attacto quidẽ vtróque die, medio autẽ expleto atque confecto. In tribus enim diebus reſurrecturum ſe dixit, non autem poſt tres dies. Soluite namque templum hoc, inquit, & in tribus diebus excitabo illud. Atque item Propheta vaticinãs, his verbis vtebatur: Tunc mors lugebit, fortiore morte deuicta. Sanabit nos poſt duos dies: in tertio reſurgemus, ac viuemus in eo. Quòd ſi tres dies ac noctes nobis obiiciant, illud dixerim, quod hoc ipſo quòd eas attigerit, id quod pollicitus fuerat, impleuerit. Vnus enim dies quatuor & viginti horarum ſpatium appellatur: atque ſiue in prima, ſiue in poſtrema harũ quiſpiam in lucem prodeat, aut è vita diſcedat, hic ipſi dies computatur. Verbi gratia: Si Sole ad occaſum vergente quiſpiam naſcatur, ſit autem dies illa prima menſis, hæc ipſi aſcribetur. Si autem, cùm iam occiderit, alter procreetur, ſecunda. Qui fit igitur, vt cùm vnica duntaxat, imò fortaſſe ne vnica quidem hora interceſſerit, ille prima, hic ſecunda die in lucem editus fuiſſe dicatur? Nimirum quia id cũctis perſpicuum & manifeſtum eſt, quòd ob attactum ſolum, ille quidem præteritum, hic autem inſequẽtem diem, qui viginti quatuor horarum curriculo conficitur, expleuit. Quapropter cùm exacta quoque temporum conſideratio hoc clamet, quid fruſtra ſeipſos contundunt, qui veritatẽ à veritate aberraſſe affirmant?

Πέτρῳ σιγ.

Τό, φάσκοντες εἶναι σοφοί, ἐμωράνθησαν. καὶ διὰ τοῦτο, ὦ σοφέ, εἴρηται· ἐπειδὴ παρ' αὐτοῖς μὲν ὄγκος ἦν πολὺς ἀληθείας χηρεύων, παρὰ δὲ ταῖς γραφαῖς ἀλήθεια κόμπου καθαρεύουσα. τότε μὲν οὖν ἀνδρείας ἔδει καὶ συνέσεως πολλῆς, πᾶσαν πιθανότητα

Petro. 213.

Illud, dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, propterea dictum eſt, quia apud eos quidem ingens tumor erat veritate carens, apud Scripturas autem veritas ab omni faſtu pura. Quocirca tum temporis magna fortitudine ac prudentia opus erat, quæ omne verborum lenocinium

scitè ac venustè comparatum, mendaciúmque, tanquam verum callidè exhibens, denudaret. Nunc autem ab ipsis etiã rusticis ipsorum error deprehendi potest.

Apollonio 214.

Eleemosynam à probro & contumelia puram atque immunem esse oportet. Nã qui ei hæc adiungunt, fragranti vnguento cœnum admiscent, atque accipientium animas percutiunt. Quæ enim cum probro porriguntur, etiamsi maxima sint, accipientibus minimè iucunda sunt: tametsi alioqui necessitate constricti contumelias tacitè ferãt. Cùm autem etiam perexigua sunt, atque cum contumelia præbentur, intolerandam quandam egentium animis tempestatem pariunt. Nam de iis qui non modò nihil largiuntur, sed etiam pauperes conuitiis & maledictis incessunt, ne mentionem quidem facere opus est. Omnem quippe feritatis & crudelitatis immanitatem excesserunt. Eos enim qui ad se, tanquam ad portum, appellunt, pessundant, dum nec ea, quorum penuria laborant, suppeditant, & præterea contumelias adiiciunt. Quocirca pauperibus leniter & placidè respondere oportet, ac pro viribus præbere, atque eleemosynam, tanquã ingenuam quãdam & nobilem virginem, occultare, ac non omnibus eam propalare. Quòd si quis vnde supplicis hominis calamitati solatium afferat, non habeat, pacato ac leui animo ipsi respondeat. En enim: Melior est sermo quàm donum: & vtrumque apud virum gratiosum.

Euoptio Episcopo. 215.

Tu quidem, vulgi fortasse sententiam sequens, grauius enim peccasse dixisti, qui virgini vim attulit, quàm qui eam ad stuprum induxit. Ego verò ipsam rei naturam attendens, sic existimo (etsi enim nouum & insolens esse videbitur quod dicturus sum, tamen, quia verum est, id dicam) eum qui sermonis blanditiis eam illexit, flagi-

κεκομψευμένην, καὶ ἐντέχνως τὸ ψεῦδος ὡς ἀληθὲς παριστῶσαν ἀπογυμνώσῃς. νῦν δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀγροίκοις ἡ πλάνη αὐτῶν εὐφώρατος γέγονεν.

Ἀπολλωνίῳ. σιδ.

Τὴν ἐλεημοσύνην χρὴ καθαρὰν ὕβρεως καὶ ὀνείδους εἶναι. οἱ γὰρ ἐκείνῃ ταῦτα μιγνύντες, εὐώδει μύρῳ δυσώδη κιρνῶσι βόρβορον, καὶ τὰς τῶν λαμβανόντων πλήττουσι ψυχάς. τὰ γὰρ μετ' ὀνείδους παρεχόμενα κἂν μέγιστα ᾖ, οὐχ ἥδιστα τοῖς λαμβάνουσι, κἂν διὰ τὴν ἀνάγκην σιγῇ στέγωσι τὰς ὕβρεις. ὅταν δὲ καὶ ἐλάχιστα ᾖ, καὶ μεθ' ὕβρεως παρέχηται, ἀφόρητόν τινα χειμῶνα ταῖς ψυχαῖς τῶν πενομένων τίκτει. περὶ γὰρ τῶν μήτε παρεχόντων, ἀλλὰ καὶ λοιδορούντων οὐδὲ μεμνῆσθαι χρή. πᾶσαν γὰρ ὑπερβεβήκασι θηριωδείας ἀγριότητα. τοὺς γὰρ πρὸς αὐτούς, ὡς πρὸς λιμένα, καταίροντας καταδύουσι, μήτε τὴν ἀναγκαίαν πληροῦντες χρείαν, ἀλλὰ καὶ ὕβρεις προστιθέντες. χρὴ τοιγαροῦν πρᾴως ἀποκρίνασθαι τοῖς δεομένοις, καὶ κατὰ δύναμιν παρέχειν, κρύπτειν τε ἐλεημοσύνην, ὥσπερ ἐλευθέραν τινὰ καὶ εὐγενῆ καὶ σώφρονα παρθένον, καὶ μὴ πᾶσιν αὐτὴν ἐκπομπεύειν. εἰ δὲ μὴ ἔχοι τις δι' ὧν παραμυθήσεται τὸν ἱκέτην, ἀποκρινάσθω αὐτῷ εἰρηνικὰ ἐν πραΰτητι. ἰδοὺ γὰρ λόγος ὑπὲρ δόμα ἀγαθόν. καὶ ἀμφότερα παρὰ ἀνδρὶ κεχαριτωμένῳ.

Εὐοπτίῳ ἐπισκόπῳ. σιε.

Αὐτὸς μὲν τῇ τῶν πολλῶν διανοίᾳ ἴσως ἑπόμενος χαλεπώτερον ἔφης τὸν βιασάμενον παρθένον τοῦ πείσαντος. ἐγὼ δ' αὐτῇ τοῦ πράγματος προσέχων τῇ φύσει, ἡγοῦμαι· εἰ γὰρ καὶ παράδοξον εἶναι δόξει τὸ λεχθησόμενον, ἀλλ' ὅμως ἀληθὲς ὂν λελέξεται, ὅτι ὁ πείσας τοῦ βιασαμένου ἐναγέστερος τυγχά-

νει· ἐνταῦθα γὰρ ἡ πειθὼ τῆς βίας ἀργαλεωτέρα ἐστί, τῷ τὴν μὲν κολάσεως, τὴν δὲ συγγνώμης ἀπολαύειν. ὁ μὲν γὰρ τὸ σῶμα ὑβρίσας, τὴν γνώμην καθαρὰν διετήρησεν· ὁ δὲ τὴν ψυχὴν προδιαφθείρας, οὕτως ἐπὶ τὴν τοῦ σώματος ὕβριν ἐχώρησε· καὶ ὁ μὲν ἀνεύθυνον, ὁ δὲ ὑπεύθυνον τῇ δίκῃ πεποίηκε. τῆς μὲν γὰρ ἡ ὕβρις μέχρι τοῦ σώματος ἔστη· τῆς δὲ καὶ εἰς τὴν ψυχὴν ἀνέδραμε. καὶ ἡ μὲν βιασθεῖσα ἀπολογίαν, ἡ δὲ πεισθεῖσα ἀπαραίτητον ἔχει τὴν δίκην. ἡ μὲν γὰρ καὶ δίκας εἰσπράξασθαι δύναται τὸν ὑβριστήν· ἡ δὲ τῷ διεφθάρθαι τῇ γνώμῃ ἀναπολόγητος οὖσα συνδιαφθείρεται καὶ τῇ τιμωρίᾳ. ἡ μὲν γὰρ μέμψεως ἔξω, ἡ δὲ εἴσω καθίσταται. κἀκείνη μὲν ἐλεεῖται, αὕτη δὲ μισεῖται δικαίως. τῆς μὲν γὰρ ἡ ὕβρις τοῦ μὲν σώματος ἥψατο· τῆς δὲ γνώμης οὐχ ἥψατο. τῆς δὲ καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν μεμίανται. εἰ δὲ λογισμοὺς οἴει ταῦτα εἶναι ἀνθρωπίνους, τὸν νόμον τοῦτον ἐκ τῶν οὐρανῶν ἀναγνωσόμεθα. τί οὖν φησιν; ἐάν τις βιάσηται παρθένον ἐν ἐρήμῳ; τὸν μὲν ἀποκτείνατε, τὴν δὲ περιποιήσασθε. ἐβόησε γὰρ ἡ νεᾶνις, καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν. τῇ δ' ἐν πόλει τοῦτο παθούσῃ, καὶ μὴ βοησάσῃ, ἀπαραίτητος ἡ τιμωρία. καὶ μάλα εἰκότως. ἐν μὲν γὰρ ἐρημίᾳ ὁ βοηθήσων οὐκ ἦν· καὶ διὰ τοῦτο ἡ παροινηθεῖσα συγγνώμης ἀξία εἶναι κέκριται. ἡ δ' ἐν πόλει τοῦτο παθοῦσα, καὶ τῇ σιγῇ συγκαταθεμένη, καὶ μὴ βοήσασα, μηδὲ καλέσασα τοὺς ἀναστεῖλαι τὴν βίαν δυναμένους, θανάτῳ εἰκότως κατακέκριται. οὐκοῦν παντὶ σθένει χρὴ τὴν γνώμην καθαρὰν διατηρεῖν καὶ ἀμόλυντον, μηδεμιᾷ ὁρμῇ, μηδὲ συγκαταθέσει τοιαύτῃ μεμιασμένην, ἵνα κἄν, ὃ μὴ γένοιτο, γένοιτό τι τοιοῦτον, ἀκέραιον ἔχωσι τὴν ἀπολογίαν παρὰ τῷ ἀδεκάστῳ κριτῇ, τῷ καὶ τὰς καρδίας ἐμβατεύοντι, καὶ μαρτύρων μὴ δεομένῳ.

tiosiorem ac sceleratiorem esse. Hîc enim persuasio vi atrocior est: quòd illa plectatur, hæc veniam consequatur. Nam ille violato corpore, mentem puram atque integram seruauit. Hùc autẽ corrupta prius anima, ita demum ad inferendam corpori contumeliam se contulit. Atque ille quidem à crimine immunem, hic autem pœnæ obnoxiam eam reddidit. Etenim illius contumelia non vltra corpus progressa est: huius autem, ad animam vsque ascendit. Atque ea quidem, quæ vim perpessa est, excusationem, ea autem quæ stuprum sibi persuaderi passa est, pœnam nulla deprecatione auertendam habet. Illa enim pœnas etiam ab eo, à quo compressa est, expetere potest: hęc autem in reprehensione est. Atque illa quidem odio, hæc autem miserationi optimo iure est. Nam illius cõtumelia corpus quidem attigit, mentem autem minimè attingit: huius autẽ & corpus & anima contaminata sunt. Quòd si rationes humanas hæc esse existimas, hãc legẽ è cælis recitabimus. Quidnam igitur ait? Siquis virginẽ in solitudine compresserit, hunc extremo supplicio afficite, eam autem seruate: Clamauit enim adolescentula; & non erat, qui succurreret. Ei autem quæ in vrbe hoc perpessa fuerit, nec clamorẽ ediderit, certissima pœna constituta est. Idque optimo iure. Nam in deserto loco, non erat qui opẽ ferret: ac propterea, quæ contumelia affecta est, venia digna esse iudicata est. Quæ autem in ciuitate hoc pertulit, ac sceleri tacita assensit, nec existimauit, atque eorum, qui vim cohibere poterant, opem implorauit, morte haud iniuria mulctata est. Quæ cùm ita sint, omnibus viribus est ipsis enitendum, vt puram mentem, atque ab omni macula & spurcitia liberam, ac nullo huiusmodi impetu aut assensu fœdatam & conspurcatã seruent: vt si (quod Deus auertat) huiusmodi quicquam acciderit, incolumen apud incorruptum iudicem, qui intimos quoque cordis secessus penetrat, nec testibus indiget, excusationem habeant.

Dionysio. 216.

Quoniam ex me per literas sciscitatus es, quidnam illud sibi velit, Non enim est potestas nisi à Deo, ac dixisti, Quid igitur? omnísne, qui imperium gerit, à Deo institutus est? hoc dixerim, te mihi videri (ac velim ne mihi succēseas: nihil enim futile dicam) aut Apostolicas voces minimè legisse, aut certè non animaduertisse atque intellexisse. Neque enim dixit Paulus, Nō est præfectus nisi à Deo: verùm de re ipsa disserit, his verbis vtens, Non enim est potestas nisi à Deo. Nā quòd inter homines imperia & magistratus sint, atque alij imperēt, alij pareant: ac nō temerario & cęco impetu omnia ferantur, populis videlicet, fluctuū instar huc atq; illuc sese agitātib^9, hoc à diuina sapientia proficisci ait. Quoniā enim qui dignitate pares sunt, bellum plerúque excitare solēt, idcirco populare imperium minimè esse permisit, sed regnū. Ac post illud multa alia imperia effecit. Quænam tandem, inquis? Præfecti ac subditi, viri & vxoris, patris & filij, senis & iuuenis, heri & serui, magistri & discipuli. Quin in brutis etiam animantibus idem perspicere liceat. Atque hoc apes comprobant, quæ Regis imperio subsunt, & grues, & syluestrium pecudum greges. Quòd si mare quoque consideres, ne id quidem huiusce disciplinæ expers esse comperietur. Multa enim illic piscium genera sub vnius piscis principatu ac velut imperio militari censentur. Vnde etiam longas peregrinationes suscipit. Siquidem vbique molestissima res est sublatio principatus, confusionísque ac perturbationis causa. Quo etiam fit, vt ne in corpore quidem, quod vnum est, pari dignitate omnia sint, verùm ex mēbris alia præsint, alia subsint. Quocirca rem ipsam, potestatem inquam, hoc est imperium & regnum à Deo formatum atque institutum esse profitendū est, vt ne ornatus in statum inornatum degeneret. Quòd si quis impius ac sacrilegus in illud irruperit, haudquaquam scilicet hunc à Deo creatum ac designatum esse

Διονυσίῳ. σιϛ.

Ἐπειδὴ γέγραφας, τί ἐστιν· οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ὑπὸ θεοῦ, καὶ ἔφης· τί οὖν, πᾶς ἄρχων ὑπὸ θεοῦ κεχειροτόνηται; φήσαιμι, ὅτι δοκεῖς μοι, καί μοι μηδὲν ὀργισθῇς· οὐδὲν γὰρ φλύαρον ἐρῶ, ἢ μὴ ἀνεγνωκέναι τὰς ἀποστολικὰς ῥήσεις, ἢ μὴ νενοηκέναι. ὁ γὰρ Παῦλος οὐκ εἶπεν· οὐ γάρ ἐστιν ἄρχων εἰ μὴ ὑπὸ θεοῦ· ἀλλὰ περὶ τοῦ πράγματος αὐτοῦ διαλέγεται λέγων· οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ὑπὸ θεοῦ. τὸ γὰρ εἶναι ἀρχὰς ἐν ἀνθρώποις, καὶ τοὺς μὲν ἄρχειν, τοὺς δ' ἄρχεσθαι, καὶ μὴ ἁπλῶς, μηδ' ἀνέδην ἅπαντα φέρεσθαι, ὥσπερ κυμάτων τῇδε κἀκεῖσε τὸν δῆμον περιαγομένων, τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας ἔργον εἶναι φησίν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ ὁμότιμον οἶδε πολλάκις πόλεμον ἀναῤῥιπίζειν, οὐκ ἀφῆκε δημοκρατίαν εἶναι, ἀλλὰ βασιλείαν. εἶτα μετὰ ταύτην πολλὰς ἐποίησε τὰς ἀρχάς. ποίας φησίν; ἄρχοντος καὶ ἀρχομένου· ἀνδρὸς καὶ γυναικός· πατρὸς καὶ παιδός· πρεσβύτου, καὶ νέου· δεσπότου, καὶ δούλου· διδασκάλου, καὶ φοιτητοῦ. κἂν τοῖς ἀλόγοις δὲ ζώοις τὸ παραπλήσιον ἴδοι τις ἄν, καὶ τοῦτ' ἐγγυῶνται αἱ μέλισσαι ὑπὸ βασιλεῖ ταττόμεναι, καὶ αἱ γέρανοι, καὶ αἱ ἀγέλαι τῶν ἀγρίων προβάτων. εἰ δὲ καὶ τὴν θάλατταν σκοποίης, οὐδ' αὐτὴ ταύτης ἔρημος εὑρεθήσεται τῆς εὐταξίας. πολλὰ γὰρ κἀκεῖ τῶν γενῶν ὑφ' ἑνὶ τάττεται τῶν ἰχθύων καὶ στρατηγεῖται. διὸ καὶ μακρὰς ἀποδημίας στέλλεται. καὶ γὰρ πανταχοῦ ἡ ἀναρχία ἀργαλεώτατον, καὶ συγχύσεως καὶ ἀκοσμίας αἴτιον. διὸ καὶ τῷ σώματι ἑνὶ ὄντι οὐ πάντα ὁμότιμα, ἀλλὰ τὰ μὲν ἄρχει τῶν μελῶν, τὰ δὲ ἄρχεται. αὐτὸ δὲ οὖν τὸ πρᾶγμα τὴν ἐξουσίαν φημί, τουτέστι τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν βασιλείαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ τετυπῶσθαι λέγειν θέμις, ἵνα μὴ ὁ κόσμος εἰς ἀκοσμίαν ἐμπέσῃ. εἰ δέ τις

ἀλιτ-

ἀλιτήριος παρεισδυόμενος εἰς ταύτην εὐσκώμασιν, οὐ δήπου τοῦτον παρὰ θεοῦ κεχειροτονῆσθαι φαμέν, ἀλλὰ συγκεχωρῆσθαι, ἢ πρὸς τὸ πᾶσαν τὴν οἰκείαν πονηρίαν ὥσπερ ὁ Φαραὼ ἐξεμέσαι, καὶ οὕτως δίκην δοῦναι τὴν ἐσχάτην, ἢ πρὸς τὸ σωφρονίσαι τοὺς ὠμότητος δεομένους, ὥσπερ ὁ Βαβυλώνιος τοὺς Ἰουδαίους.

Ἡσαΐᾳ. σιζ.

Δίκη, ὦ τί σε καλέσας ἀξίως προσείποιμι, τὰ θνητῶν πράγματα ἐποπτεύει, τιμωρὸς τῶν ἄδικα πραττόντων. καὶ οὐκ ἔστιν ἀνεπιτρόπευτα τὰ τῇδε. τοῦτο οὖν γνοὺς, φεῦγε τὸ ἀδικεῖν, ἵνα καὶ τὴν τιμωρίαν διαφύγοις.

Ἑρμογένει ἐπισκόπῳ. σιζ.

Ἐπειδὴ γέγραφας, ὡς εὖ ποιῶν πάντα τρόπον ἑστιῶν σε, καὶ ἀπὸ τῆς ἐμαυτοῦ γλώττης ἐπὶ τὰς σὰς ἀκοὰς, διδασκαλίαν ἀξιαφήγητον μετοχετεύων ἀντεπιστέλλω, ὅτι εἴ τι ἐπιστέλλεται παρ' ἡμῶν δεξιὸν, τοῦτο τῆς ἄνωθεν εἶναι νόμιζε χάριτος, τῆς καὶ ἰδιώτας σοφιζούσης.

Ἑρμίνῳ κόμητι. σιθ.

Νῦν μᾶλλον ὅτι ἀρχῆς ἐπέβης, ἀοίδιμος ἂν γένοιο καὶ ζηλωτὸς, εἰ τοὺς ἀδικήσαντας μὴ ἀμύνῃ, ἀλλὰ καὶ νῦν μάλιστα πάντων τῶν λυπηρῶν λήθην ποιήσῃ, ὅτε μάλιστα τὸ δύνασθαί σε αὐτοὺς τιμωρῆσαι παρέχει ἡ τῆς ἀρχῆς ἐξουσία.

Ἡρακλείδῃ ἐπισκόπῳ. σκ.

Ὁ τῇ πείρᾳ τὴν φήμην ὑπερβαίνων, καὶ κρείττων ἀκοῆς εἰς θέαν ἐρχόμενος, οὗτος εἰκότως, καὶ ἐγκωμίων κρείττων ἐστὶν, ἐλέγχων τοὺς λόγους, ὡς τῆς ἑαυτοῦ ἀξίας καταδεεστέρους. ἀλλ' ἐπειδὴ εἰ καὶ ἡττῶνται οἱ λόγοι, χρὴ

dicimus, verùm permissum esse: quo nimirum aut Pharaonis in modum improbitatem omnem suam euomat, atque ita extremo supplicio excrucietur, aut eos, qui crudelitate opus habent, ad meliorem mētem reuocet, quemadmodum Rex Babylonis Iudæos.

Esaiæ. 217.

Vis numinis vltrix (ô quonam te nomine dignè appellem!) mortalium res inspectat, eos qui scelerati aliquid admittunt, puniens. Nec res humanæ eo statu sunt, vt nemo eas curet ac moderetur. Hoc igitur cùm cognitum & exploratum habeas, iniustitiam fuge, vt pœnā quoque fugias.

Hermogeni Episcopo. 218.

Quoniam scripsisti me, vt par est, omni ratione te pascere, atque à lingua mea in tuas aures per doctrinam commemoratione dignam deriuo, illud rescribo, quòd siquid commodi atque eruditi à me scribitur, hoc diuinæ ac cælestis gratiæ esse existimare debes, quæ rudes etiam & imperitos sapientes efficit.

Hermino Comiti. 219.

Nunc cùm ad imperium euectus es, maiorem tibi nominis celebritatem atque admirationem comparabis, si eos, à quibus iniuria affectus es, minimè vlciscaris: ac nunc maximè omnes molestias obliuioni mandes, cùm maximè ipsos vlciscēdi potestatē imperij licentia tibi præbuit.

Heraclidi Episcopo. 220.

Qui experimento famam superat, cuiúsque aspectus & præsentia rumorem antecellit, hic demum meritò laudes etiam vincit, sermones coarguens, vt dignitate sua inferiores. Verùm quoniam, & si sermones vincuntur, mentem tamen victo-

riam adipisci oportet, audendum est, ac faciendum, vt laudes eas, quæ probis & virtute præditis viris insunt, exponamus, ac literis mandemus. Triplex enim hinc commodum oritur, nempe vt & syncero animi affectu virtutem complectamur (nemo enim improbus viros probos laudare sustinet) & ab inuidia puri atque immunes simus, vt pote eorum, à quibus superamur; virtutum prærogatiuas minimè prementes & occultantes: ac denique improbi aut pudore suffundantur, aut ad officium reuocentur. Quorum vtrumque ipsis vtile est.

Lampetio Episcopo. 221.

Ne hoc nomine indigneris (ô conspicue improborū odij alumne) quod Eusebius, impietatis, vt scripsisti, plenus, immane atque implacabile cum his qui rectè & ex virtute viuunt, bellum gerens, cum his qui vitium amplectuntur, amicitiç fœdus init: nec quòd aut habentibus, si pecunias non accipiat, bellum infert, aut, nec bello eos lacessat, tanta accipit, quanta, si bellum intulisset, diripere potuisset. Verùm diuinam sententiam expecta.

Eidem. 222.

Quandoquidem diuina prouidētia, quò magis suæ salutis prodigos eos, qui peccant, esse conspicit, eò magis ipsorum saluti consulit, idcirco regio & humano lenitatis præconio vtens, clamat, pœnitentiam agite: appropinquauit regnum cælorum. Quòd si ij, qui peccant, admonitionem hanc contemnentes ac pro nihilo putantes, lenitatem hanc, vt incuriam, damnarint, fortasse quidem in hac quoque vita, prorsus autem cùm vindicandorum scelerum tempus aduenerit, non iam iis parcet, qui sibiipsis parcere recusarunt, verùm acerbissimas ab iis, à quibus ipsius lenitas contempta est, pœnas exiget. Eóque spectat illud Scripturæ, quod ex me intelligere cupisti, Tacui, num etiam semper tacebo, ac sustinebo? Emouebo atque exsic-

τὴν γνώμην νικᾶν, τολμᾶν χρὴ καὶ τὰ προσόντα ἐγκώμια τοῖς φιλαρέτοις λέγειν τε καὶ γράφειν. τρία γὰρ ἐκ τούτου συμβαίνει καλά. τό, τε γνησίως ἔχειν πρὸς τὴν ἀρετήν. οὐδεὶς γὰρ φαῦλος τοὺς σπουδαίους ἐπαινεῖν ὑπομένει. τό, τε φθόνου καθαροὺς εἶναι, μὴ κρύπτοντας τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς τὰ πλεονεκτήματα. τό, τε πονηρούς, ἢ καταισχύνεσθαι, ἢ σωφρονίζεσθαι, ὧν ἑκάτερον αὐτοῖς λυσιτελεῖ.

Λαμπετίῳ ἐπισκόπῳ. σκα.

Μὴ ἀγανάκτει, ὦ μισοπονηρίας περίβλεπτον θρέμμα, εἰ Εὐσέβιος ὁ ἀσεβείας, ὡς γέγραφας, ἀνάπλεως, ἄσπονδον ἔχων καὶ ἀκήρυκτον πρὸς τοὺς ἀρετῇ συζῶντας πόλεμον, πρὸς τοὺς κακίαν ἀσπαζομένους σπένδεται, μηδ᾽ ὅτι ἢ πολεμεῖ τοὺς ἔχοντας, εἰ μὴ λάβῃ χρήματα, ἢ ἵνα μὴ πολεμήσῃ λαμβάνει, ὅσα πολεμῶν ληΐσασθαι ἠδύνατο, ἀλλὰ τὴν θείαν ἀνάμενε ψῆφον.

Τῷ αὐτῷ. σκβ.

Ἐπειδὴ πλείονα ἡ θεία πρόνοια ποιεῖται τὴν φειδὼ τῶν ἁμαρτανόντων, ἢ ὅσον ἐκείνους ὁρᾷ ἑαυτῶν ἀφειδοῦντας. διὰ τοῦτο βασιλικῷ καὶ φιλανθρώπῳ μακροθυμίας χρωμένη κηρύγματι βοᾷ. μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. εἰ δ᾽ οἱ ἁμαρτάνοντες παρ᾽ οὐδὲν θέμενοι τὴν παραίνεσιν τῆς μακροθυμίας, ὡς ἀμελείας καταψηφίσονται. ἴσως μὲν καὶ νῦν. πάντως δ᾽ ὅτι ὁ καιρὸς ἐπιστῇ τῆς δίκης, οὐκ ἔτι φείσεται τῶν ἑαυτοὺς φειδοῦς μὴ ἀξιωσάντων, ἀλλὰ δίκας σφοδροτάτας εἰσπράξεται, τοὺς τῆς μακροθυμίας καταφρονήσαντας. διὸ καὶ τοῦτ᾽ ἐρρήθη, ὅπερ ἠθέλησας μαθεῖν, Ἐσιώπησα, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι, καὶ ἀνέξομαι;

cabo simul. Æquum est enim eos qui nullam ex tanta lenitate vtilitatem acceperunt, verùm ab ea grauiorum scelerum occasionem traxerunt, diuinę iustitiæ suppliciis atque tormentis constrictos teneri.

Alypio Episcopo. 223.

Si grauissimas eas pœnas esse meritò iudicamus, quarum multi conscij sunt (nam occultæ leuiores quodammodo esse solent) qualem hunc cruciatum esse verisimile est, cùm præsentibus cælestibus populis atque in hominum omnium oculis & aspectu constituetur?

Isidoro Episcopo. 224.

Cùm in nulla alia re bona, aut boni speciem habente (vir mihi cognominis) lenis est inuidia, verùm acerba & truculenta: tum verò in virtute, quæ boni naturā propriè sortita est, consolationem prorsus omnem respuit. Ac quidem inuidia flagrare, molestiæ quidem expers fortasse fuerit, at minimè præclarum & luculentum (nam ita se gerere, vt meritò ipsi inuideatur, velim nec mihi vnquam nec amicis meis contingat) Oportet autem eum, cui inuidetur, inuidiæ malignitates prudenti animo perferre.

Eidem. 225.

Ego iis, quibus earum rerū, quæ ad virtutē adipiscendā fieri debēt, nihil deest (multi quippe, tametsi virtutem maximum bonum, vt reuera est, esse statuant, ipsius tamen haud magnam curam gerunt) hoc dico, ipsos, si modò virium suarum fiducia minimè nitantur, verùm ea quæ rectè & cum laude gerunt, ad diuinam opem referant, & turbulentos animorum motus profligaturos esse, & ad virtutis metam peruenturos. Nam etsi id quod humano robore præstantius est, hoc præbet vt aduersarios quispiam superet: tamen cui diuinū numen auxilio est, victoriam scilicet

μαι; ἐκστήσω καὶ ξηρανῶ ἅμα. δίκαιον γὰρ τοὺς τῇ τοσαύτῃ μακροθυμίᾳ μὴ ὠφεληθέντας, ἀλλ᾽ ἐφόδιον αὐτὴν μειζόνων ἁμαρτημάτων πεποιημένους, ταῖς τῆς δίκης ἐναλῶναι τιμωρίαις.

Ἀλυπίῳ ἐπισκόπῳ. σκγ.

Εἰ τὰς τιμωρίας μεγίστας εἶναι τῷ πλήθει τῶν συνειδότων εἰκότως κρίνομεν. αἱ γὰρ λανθάνουσαι κουφότεραί πως εἶναι πεφύκασιν, ὁποίαν εἰκὸς εἶναι τὴν κόλασιν, ὅταν παρόντων τῶν οὐρανίων δήμων, καὶ πάσης τῆς ἀνθρωπότητος ἐλεγχθείη,

Ἰσιδώρῳ ἐπισκόπῳ. σκδ.

Οὐδὲ ἐπ᾽ ἄλλῳ μὲν οὐδενί, ὦ ὁμώνυμε, τῶν ὄντων ἢ δοκούντων καλῶν, πρᾶος ὁ φθόνος, ἀλλ᾽ ἄγριος καὶ ἀργαλέος. ἐπὶ δ᾽ ἀρετῇ, ἥτις κυρίως τὴν τοῦ καλοῦ κεκλήρωται φύσιν, καὶ πάμπαν ἀπαραμύθητος. τὸ μὲν οὖν μὴ φθονεῖσθαι, ἄλυπον μὲν ἴσως, οὐ μὴν εὐκλεές. φθόνου γὰρ ἂν ἀξίως πράττειν, μήτ᾽ ἐμοί ποτε, μήτε φίλοις ἐμοῖς συμβαίη. χρὴ δὲ φθονούμενον, σώφρονι λογισμῷ τὰς τοῦ φθόνου κακοηθείας φέρειν.

Τῷ αὐτῷ. σκε.

Ἐγώ φημι τοῖς εἰς οὐδὲν ἐλλείπεται τῶν ὀφειλόντων πρὸς ἀρετὴν πραχθῆναι· πολλοὶ γὰρ μέγιστον ἀγαθόν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν ὁριζόμενοι τὴν ἀρετήν, οὐ πάνυ φροντίζουσιν αὐτῆς· τούτους εἰ μὴ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει θαρροῖεν, ἀλλ᾽ ἀναφέροιεν πρὸς τὴν θείαν ῥοπὴν τὰ κατορθούμενα, καὶ τῶν παθῶν περιέσεσθαι, καὶ εἰς τέλος πάντως ἥξειν ἀρετῆς. εἰ γὰρ καὶ τὸ κρατεῖν οὐ δίδωσι τῶν ἀντιπάλων τὸ ἀνθρωπίνης ῥώμης κρεῖττον, ὡς μηδὲν ἐμποδὼν εἶναι τῇ τοῦ ἀθλητοῦ προθυμίᾳ· ἀλλ᾽ οὖν γε τὸ θεῖον ἐπικουρεῖ ἀναφέροντι δῆλον,

ipsi acceptam ferenti, huic contrà, si sibi laudem ascribat, minimè mirandum est, si quominus victoriam adipiscatur, impedimentum afferat.

Eidem. 226.

Breuiter dicere volo, quod perspicuis verbis eloqui nolo. Si malus esset, qui ab insidiantibus contumelia afficitur (scis de quo loquar) eos, à quibus nunc maledictis incessitur, summos laudum suarum præcones nunc haberet.

Eidem. 227.

Quisquis probitatis particeps est, huic virtutem honore affici gratissimum erit. Quemadmodum enim si Legislator quispiam maximas flagitiis pœnas constituat; haudquaquam ipse ad perpetrandum flagitium paratus esse existimandus est: eodem modo cùm quis eximia & singularia virtutis præmia audiens, voluptate afficitur, ad omne virtutis genus propensus ac paratus esse existimatur: atque bonis quidem omnibus refertus, nullo autem malo infectus. Nec verò mirum atque absurdũ est, quòd probi viri virtutem admirentur, atque amore complectantur.

Arpocræ Scholastico. 228.

Huius auctoris liber aduersus Gentiles. Quòd diuinatio ars apud Gentiles nugarum plena erat, atque incassum omniũ ore celebrabatur, in libro aduersus Gentiles à me demonstratum est. Quoniam autem Homerum vt sapientissimum testem producis, eundem vicissim aduersum te producã. (Graue enim atque auctoritatis plenum illud etiam testimoniũ est, quod ab hostibus sumitur.) Nam cùm Helenũ, qui vaticinandi artem profitebatur, inducit, Alexandrum fratrem monentem, vt pugna cedere, profectúsque in vrbem Mineruæ vnà cum mulierculis vota faciat, ac postea eas quidem precantes, ipsam autem eorum preces aspernantem, ac deinde vatem eum hortantem vt Græcorum præ-

ὅτι πρὸς αὐτὸ τὴν νίκην, τούτῳ οὐδὲν κρεῖττον, εἰ ἐμποδὼν εἴη πρὸς τὴν νίκην.

Τῷ αὐτῷ. σκϛ.

Συντόμως φράσαι βούλομαι, ὃ φράσαι σαφῶς οὐ βούλομαι. εἰ κακὸς ἦν ὁ παρὰ τῶν ἐπιβουλευόντων παροινούμενος· οἶσθα δ' ὃν λέγω· τοὺς νῦν λέγοντας κακῶς, εἶχεν ἂν ἄκρους ἐπαινέτας.

Τῷ αὐτῷ. σκζ.

Πᾶς ὅτῳ μέτεστι καλοκἀγαθίας, ἀσμένως τῆς ἀρετῆς τιμωμένης. ὥσπερ γὰρ εἴ τις νομοθέτης μεγίστας κολάσεις τῶν παρανομιῶν τάττοι, οὐκ ἂν αὐτός γε παρασκευάζεσθαι παρανομεῖν νομισθείη. οὕτως ὅταν τις ὑπερφυεῖς τὰς τῆς ἀρετῆς ἀμοιβὰς ἀκούων ἡσθείη πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν ἕτοιμος εἶναι δόξει. καὶ ἀγαθῶν μὲν πάντων ἔμπλεως, κακοῦ δὲ οὐδενός. καὶ θαυμάζεσθαι γὰρ καὶ φιλεῖσθαι τὴν ἀρετὴν παρὰ τῶν σπουδαίων οὐκ ἀπεικός.

Ἀρποκρᾷ σχολαστικῷ.

Ὅτι ἡ μαντικὴ ὕθλος ἦν παρ' Ἕλλησι, καὶ μάτην ἐθρυλλεῖτο· δέδεικται μέν μοι ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας λόγῳ. ἐπεὶ δ' Ὅμηρον ὡς σοφώτατον μάρτυρα προβάλλῃ, τὸν αὐτὸν ἀντιπροβαλοῦμαι· σεμνὴ γὰρ καὶ ἡ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρία· ὅταν γὰρ ποιῇ τὸν Ἕλενον μάντιν ὄντα, Ἀλέξανδρον τὸν ἀδελφὸν παρακελευόμενον, τῆς μὲν μάχης ἀποστῆναι, εὔξασθαι δὲ τῇ Ἀθηνᾷ μετὰ τῶν γυναικῶν ἐν ἄστει γενόμενον· εἶτα τὰς μὲν εὐχομένας, τὴν δὲ ἀνανεύουσαν· αὖθις δὲ τὸν μὲν μάντιν παρακελευόμενον εἰς μάχην προκαλεῖσθαι τὸν ἄριστον τῶν Ἑλλήνων· τὸν δὲ πειθόμενον καὶ προκαλούμενον, ἡττώμενον δὲ

καὶ τιτρωσκόμενον, καὶ διαλυθῆναι δεόμενον, ἆρ' οὐ δῆλός ἐστι καὶ τοῖς κομιδῇ νηπίοις τὴν μαντικὴν, οἷον ἐπὶ κόρρης ῥαπίζων, ἢ καὶ καταγελῶν τῆς ἀβελτηρίας αὐτῆς καὶ ἀλαζονείας, ὡς θρασυνομένης μὲν ἐν τῷ προαγορεύειν καὶ ἐλπίδας χρηστὰς ὑποτίθεσθαι· ἐν δὲ τοῖς πέρασιν ἐλεγχομένης καὶ διαμαρτανούσης, παντί που δῆλόν ἐστιν. εἰ δὲ πολλαχοῦ μάντεις φάσκει, καὶ θυοσκόπους, καὶ ὀνειροπόλους, θαυμαστὸν οὐδέν. ἡ γὰρ ποιητικὴ, ἔστιν ὅπου τὸ μυθῶδες ἐπιποθοῦσα, ὕλην ἔχει τὸ ψεῦδος, καὶ ὑφ' ἡδονῆς ἀκρίτου θρασυνομένη ἐξυβρίζει καὶ ὑλομανεῖ τὸ μυθῶδες καὶ θεατρικὸν ἐπιδεικνυμένη. τοσοῦτον γὰρ αὐτῇ οὐ μέλει τῆς ἀληθείας, ὡς καὶ τοὺς παῖδας Ἀλωέος εἰσάγουσαν ματαιοπονοῦντας μᾶλλον ἢ μεγαλουργοῦντας φάναι, Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν. αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη. εἶτα πιστοῦσα αὐτοὺς κρατῆσαι ἂν εἰ ἡβήσαιεν, γνώμην ἀποφαίνεται ἀπαίδευτον καὶ ἀφιλόσοφον φράζουσα, καί κεν ἐξετέλεσσαν, εἰ ἥβης μέτρον ἵκοντο. οὐ φημὶ γὰρ τρία ὄρη, ἀλλ' οὐδ' εἰ πᾶσα ἡ γῆ πλασθείη καὶ μετεωρισθείη τρόπον κίονος, ἐφάψεται τῆς οὐρανίου ἀψῖδος. καὶ μάλιστα κατὰ τοὺς λέγοντας τὴν γῆν κέντρον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ. κέντρον γὰρ περιφερείας οὐκ ἄν ποτε ἅψοιτο.

Θεοδοσίῳ σχολαστικῷ. σκθ.

Ὁ ἐν ἀρχῇ τῆς ἀληθείας ἐκπίπτων, πάντως ἐκκυλισθήσεται τοῦ προκειμένου, καὶ εἰς αἰσχρὸν καταστρέψει τέλος.

stantissimum ad singulare certamen prouocet, cui cùm ipse morem ipsi gessisset, ac prouocasset, victus sit, vulnúsque acceperit, atque aliquo, qui pugnam dirimeret, opus habuerit, an non vel pueris ipsis admodum perspicuum est, eum diuinatio velut alapam in malam impingere, aut etiam ipsius stoliditatem atque arrogantiam irridere, vt quæ in prædicendo quidem, ac læta spe ostentanda, temeritate atque insolentia efferatur, cæterùm in fine coarguatur, atque à vero aberret? Id certè cuiuis manifestum est. Quòd si compluribus locis vatum & aruspicum, atque eorum, qui somnia interpretantur, mentionem facit, haud mirum videri debet. Poësis enim figmenta interdum expetens, mẽdacium pro materia habet, atque præ voluptate præpostera iudiciique experte insolescens petulanter se iactat & luxuriat, fabulosum ac theatricum narrationis genus ostentans. Adeò enim veritatem nihil curat, vt etiam Halionis filios inani potiùs labore se cruciantes, quàm ingens aliquod facinus perpetrantes inducens, his verbis vtatur:

Ossam hi montem studio fuit addere Olympo,
Ac rursum excelso superaddere Pelion Ossæ:
Aethereas possent vt sic conscendere ad arces.

Ac deinde illud credes, eos, si ad florentẽ ætatem peruenissent, victoriam adepturos fuisse, inscitam ac Philosophiæ expertem sententiam pronuncians, dicens,

Idque peregissent, nisi mors truculenta, priusquã
Creuissent, Stygias ambos misisset ad vmbras.

Non enim dicam tres montes, sed nec si terra vniuersa effingeretur, atque columnæ in modum erigeretur, cælestem axem attingeret: ac præsertim, iuxta eorum sententiam qui terram centrum cæli esse asserunt. Centrum quippe circunferentiam haud vnquam attigerit.

Theodosio Scholastico. 229.

Qui in principio à veritate excidit, prorsus ab eo quod sibi proposuit, exturbabitur, atque in fœdum finem desinet.

Dd

Zosimo Maroni. 230.

Aiunt nonnulli, ne Metrodorum quidē Epicureum ita per res ipsas Epicuri, qui ab omnibus sapientibus abdicatus & proscriptus est, dogmata confirmasse, vt misera vestra trinitas confirmat. Quamobrem si vera loquuntur, impudicitiæ vestræ ac lasciuiæ finem imponite. Sin minus, pudicitiæ hærete.

Theodosio Episcopo. 231.

Vereor quidem dicere, ne adulari videar (omnium enim leuiorum vitiorum turpissimum esse adulationem existimo) dicam tamen a veritate coactus. Nemo, vt opinor, imò vt persuasum habeo, eas animi dotes atque virtutes, quæ in te insunt, verbis vllis consequi possit, ne si decem quidem linguas, ac decem ora, parémque linguis animarum numerum habeat.

Dionysio Presbytero. 232.

Qui, cùm nullum in se bonum agnoscit, verborum modestia vtitur, ignoscēs, vel agnoscens potiùs, ac non modestus est. At qui post multas virtutes summisse de se sentit, is demum propriè est, qui modestum se præbere nouit.

Martiniano. 233.

Corporum amorem, vt qui acris quidē sit, verùm celeriter extinguatur, ob eam causam pictores cum facibus & pennis depingunt: quoniam nunc libidinem inflammat, nunc rursum ob saturitatem auolat. At pecuniarum amorem nemo vnquam aut fingere, aut scribere ausus est. Cuius rei hæc fortasse causa est, quia ne amor quidē est, sed insanabilis furor. Aut hæc fortasse, quia nec fingi nec describi potest. Neque enim quinquaginta duntaxat capita habet, vt fabulosa illa hydra, per quæ ad inexplebilem ventrem cibos transmiserat, nec insaturabilis illius por-

Ζωσίμῳ, Μάρωνι. σλ.

Φασί τινες, ὡς οὐδὲ Μητρόδωρος ὁ ἐπικούρειος, οὕτως διὰ πραγμάτων ἐβεβαίωσεν Ἐπικούρου τοῦ παρὰ πάντων τῶν σοφῶν ἀποκηρυχθέντος τὰ δόγματα, ὡς ἡ ἀθλία ὑμῶν τριὰς. εἰ τοίνυν ἀληθεύουσι, παύσασθε τῆς λαγνείας. εἰ δὲ μὴ, ἔχεσθε τῆς σωφροσύνης.

Θεοδοσίῳ ἐπισκόπῳ. σλα.

Ὀκνῶ μὲν εἰπεῖν, διὰ τὸ μὴ δόξαι κολακεύειν· πάντων γὰρ τῶν λεπτῶν παθῶν τὴν κολακείαν αἰσχροτέραν ἡγοῦμαι. φράσω δὲ, ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἀναγκαζόμενος. ὅτι οὐδεὶς, ὡς οἶμαι, μᾶλλον δὲ πέπεισμαι, τῶν σοὶ προσόντων πλεονεκτημάτων ἐφικέσθαι δυνηθείη, οὐδ᾽ εἰ δέκα μὲν γλώττας, δέκα δὲ στόματα ἔχοι, καὶ ψυχὰς ταῖς γλώσσαις ἰσαρίθμους.

Διονυσίῳ πρεσβυτέρῳ. σλβ.

Ὁ μὲν μηδὲν ἑαυτῷ, ὦ σοφὲ, συνειδὼς ἀγαθὸν, μετριολογῶν, συγγνώμων, μᾶλλον δὲ ἐπιγνώμων, οὐ ταπεινόφρων ἐστίν. ὁ δὲ μετὰ πολλὰ κατορθώματα ταπεινοφρονῶν, οὗτός ἐστι κυρίως, ὁ μετριάζειν εἰδώς.

Μαρτινιανῷ. σλγ.

Τὸν μὲν τῶν σωμάτων ἔρωτα, ἅτε δριμὺν μὲν ὄντα, ταχέως δὲ σβεννύμενον, διὰ τοῦτο οἱ ζωγράφοι σὺν λαμπάσι καὶ πτέρυξι γράφουσιν, ὅτι ποτὲ μὲν ὑπεκκαίει τὰ πάθη καπνίζων, ποτὲ δὲ διὰ κόρον ἀφίπταται. τὸν δὲ τῶν χρημάτων οὐδεὶς οὔτε πλάσαι, οὔτε γράψαι ἐτόλμησε. τάχα μὲν ἐπειδὴ οὐδὲ ἔρως ἐστὶν, ἀλλὰ μανία ἀνήκεστος. τάχα δὲ ἐπειδὴ οὔτε πλασθῆναι, ἀλλ᾽ οὔτε γραφῆναι αὐτὸν οἷόν τε. οὔτε γὰρ πεντήκοντα μόνον ἔχει κεφαλὰς, κατὰ τὴν μυθευομένην ὕδραν, δι᾽ ὧν τῇ ἀπλη-

ἀπληρώτῳ γαστρὶ τὴν τροφὴν παραπέμπει. οὐδὲ κατὰ τὸ ἀχόρταστον τέρας διάκειται, οὐδὲ κατὰ τὸν Βριάρεω ἑκατὸν χερσὶ μόναις ὥπλισται. ἀλλ᾽ οὐδὲ πτερὰ ἔχει. κόρον γὰρ οὐκ οἶδε, πλησμονὴν οὐκ ἐπίσταται. πῶς οὖν τις τοιοῦτο τέρας ἢ πλάσαι, ἢ γράψαι δυνηθῇ, ᾧ καὶ τῆς Σκύλλης παραβαλλόμενον ἐπιστεύθη ἂν, καίτοι ἄπιστον ὄν; ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ὁ λόγος παντὸς μὲν χρώματος ἐναργέστερός ἐστι, παντὸς δὲ κηροῦ εὐπλαστότερος, ὡς ἂν οἷός τε ᾖ, ὑπογράψαι τοῦτον πειράσομαι, τῆς μὲν ἀκριβείας ἐφικέσθαι ἀδυνατῶν. τὴν δὲ θηριόμορφον αὐτοῦ καὶ ἀτερπῆ τοῖς ἑαλωκόσι στηλιτεύων μανίαν. ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ οὐ παιδὶ ἐοικέναι. οὐ γὰρ ἔρως ἐστὶ, μανία δὲ σαφής. ἀλλὰ γυναικί. καὶ τοῦτο γὰρ τῆς τε ἀνοίας αὐτῆς καὶ τῆς τε ἀνοίας αὐτῆς καὶ τῆς μοχθηρίας ἔστω τεκμήριον. θηριομόρφῳ τινὶ, καὶ πῦρ πνεούσῃ, μυρίας μὲν ἔχεις ἀντὶ τριχῶν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐχούσῃ διὰ παντὸς συριττούσας, καὶ θανατηφόρον ἰὸν ἐρευγομένας· μυρίας δὲ χεῖρας ὄνυξι κομώσας. δι᾽ ὧν τοὺς μὲν σπαράττει, τοὺς δὲ κατατοξεύει. παρ᾽ ὧν δ᾽ ἀφαρπάζει χρήματα· μυρία δὲ στόματα. οὐδὲ γὰρ ἀπειλεῖ μόνον, οὐδὲ συκοφαντεῖ, ἀλλὰ καὶ κολακεύει, καὶ δουλοπρεπῶς διαλέγεται, καὶ ἐπιορκεῖ, καὶ μυρίας ἐπινοεῖ προφάσεις, αἰσχρῶν κερδῶν ἕνεκα. καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχει οὐ κατὰ φύσιν ὁρῶντας, οὐδ᾽ αἰδουμένους τινὰ, οὐ φίλον, οὐκ ἀδελφὸν, οὐ συγγενῆ, οὐκ εὐεργέτην, ἀλλὰ τραχὺ, καὶ δριμὺ, καὶ ὠμὸν, καὶ ἀπάνθρωπον, καὶ πυρῶδες βλέποντας. οὐ γὰρ τὴν τῶν πραγμάτων ὁρᾷ φύσιν, οὐδὲ συνίησιν ὅτι πολλάκις μυρία κινήσασα, εἰς τὰς τῶν ἐχθρῶν τὰ χρήματα παρέπεμψε χεῖρας. διὸ μυρίας προσετρίψατο τῷ ἁλόντι τὰς ἁμαρτίας, ἀκοὰς δὲ τοσοῦτον πεφραγμένας, ὡς μήθ᾽ ἱκεσιῶν, μήτε στεναγμῶν, μήτ᾽ ὀλοφυρμῶν, μήτε

tenti instar afficitur, nec denique Briarei in modum centum duntaxat manibus armatus est. Quin ne pennas quidem habet, satiari enim atque expleri nescit. Quonā itaque modo quispiam huiusmodi monstrum effingere aut pingere queat, cū quo Scylla comparata fidem inuenisset, etsi alioqui incredibilis. Verùm quoniam oratio quouis colore expressior est, ac quauis cera ad effingendum mollior, quantum licebit, cum deliniare conabitur: non quòd id perfectè atque absolutè consequi possit, sed vt belluinam ipsius & inamœnam insaniam iis, qui eo capti sunt, inuectiua oratione proscindat. Mihi enim puero haudquaquam similis esse videtur (non enim amor, sed perspicuus furor) verùm fœminæ cuidam (nam hoc quoque amentiæ ipsius atque improbitatis indicium sit) belluina forma præditæ, ignémque spiranti, ac sexcentas viperas crinium loco in capite habenti, perpetuò sibilātes ac mortiferum venenum euomentes, sexcentas item manus vnguibus abundantes, quarū opera & adiumento alios lacerat, alios sagittis impetit, ab aliis pecunias extorquet, ac denique sexcenta ora. Neque enim minatur duntaxat, aut calumnias struit: verùm etiam adulatur, ac seruilem in modum alloquitur, & peierat, turpísque quæstus causa innumeras occasiones excogitat. Quin oculos habet, non, vt naturę consentaneum est, cernentes, aut quenquā verentes, non amicum, non fratrem, non cognatum, non benefactorem, verùm asperum quiddam, & acre, atque crudele & inhumanum, igneúmque obtuentes. Neque enim rerum naturam perspicit, nec illud animaduertit, quòd persæpe, cùm permulta mouerit, ad hostium manus pecunias transmiserit. Vnde etiam innumeras, ei, qui captus est, peccatorum notas inussit. Porrò autem aures vsqueadeò septas & obturatas habet, vt nec supplices preces, nec gemitus, nec fletus, nec vituperationes habeat. Tantum verò ab eo abest, vt pennas habeat (quæ saturitatem designant) vt ne pedes quidem ipsi vir vllus

cordatus tribuere queat. Neque enim ingredi, atque ab eo qui captus est, secedere potest: verùm manus in omnes immitens, ferro quouis ac plumbo grauior insidet, atque ita comparata est, vt omnia quidem accipiat, atque omnes expilet, nunquam autem expleatur, verùm eorum, quæ accipit, multitudinem fomitis atque incitamenti materiam habeat, rerúmque acceptarum finem accipiendarum initium efficiat. Ecquis igitur acerrimo huiusmodi & inexplebili furore, atque innumera peccata & maledicta & dedecora, & intemperantias ac petulantias nobis conflante, capiatur? Ecquis animum inducat, tum in hac vita tam miserè viuere, vt dies noctésque velut flagris quibusdam laceretur, nec requiem vllam aut somnum sentiat, & in futura suppliciorum atque cruciatuū initium accipere. Quid autem initium dico? Hic enim eos, quos cœperit, tyranno quouis acerbiùs torquet & excruciat, in eos insultans, ac præcipuas partes attingens, ac ne tantillum quidem interquiescere sinens, verùm grauiorem ipsis pœnam inferens, quàm ij, luant, qui ad metalla (quæ atrocissima pœna est) damnati sunt. Nam illis confecto opere somno ac quiete frui licet: his autem ea somni quoque portum velut aggesta terra obstruens, noctu quoque sæua illa & inhumana edicta proponit. Hos enim ad latrocinia mittit: illos ad cædes perpetrandas. Ac ne debitum quidem mortuis munus veretur, quod etiam barbari ac dæmones honore prosequūtur: verùm aduersus etiam mortua corpora nefarias eorum, quos obstrictos tenet, manus armat, nouum & sceleratum latrocinij genus excogitans. Quamobrē omnia ipsius vitia mente voluentes, nempe quod belluina forma prædita est, atque tetra & inamœna, & ignem spirans, & inexplebilis, & oculis auribúsque capta, & crudelis & execranda, & Deo inuisa, & implacabilis atque crudelis (neque enim cum blanditiis atque obsequiis delinitur, aliquid remittit, verùm tum potiùs efferatur cùm maximè colitur) maximè quidem nullum

κακηγοριῶν ἐπακούειν, τοσοῦτον δ' ἀπέχει τοῦ πέρας ἔχειν, ἃ τὸν κόρον δηλοῖ, ὅτι οὐδὲ πόδας αὐτῇ σωφρονοῦντος ἀπονέμει ... βαδίζειν, οὐδὲ μετακινεῖσθαι ἀπὸ τοῦ ἁλόντος, ἀλλὰ κατὰ πάντων τὰς χεῖρας πέμπουσα, σιδήρου παντὸς καὶ μολύβδου βαρυτέρα οὖσα ἐγκάθηται, πάντα μὲν δεχομένη καὶ πάντας λῃζομένη, οὐδέποτε πληρουμένη, ἀλλὰ τὸ πλῆθος τῶν λαμβανομένων, ὕλην ὑπεκκαύματος ἔχουσα, καὶ τὴν τελευτὴν τῶν ληφθέντων, ἀρχὴν τῶν ληφθησομένων ποιουμένη. τίς οὖν τοιαύτῃ μανίᾳ δριμυτάτῃ καὶ ἀκορέστῳ, καὶ μυρίας ἁμαρτίας καὶ κακηγορίας, ἀδοξίας τε καὶ ἀκολασίας προστριβομένῃ ἁλοίη ἄν; τίς ἂν ἕλοιτο ἐνταῦθα μὲν ζῆν οὕτως ἀθλίως μαστιζόμενος νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ ἀνάπαυσιν οὐκ εἰδώς, οὐδ' ὕπνον, ἐκεῖσε δὲ ἀρχὴν τῶν τιμωριῶν ληψόμενος; τί λέγω ἀρχήν; ἐντεῦθεν μὲν οὖν κολάζει καὶ τιμωρεῖται τοὺς ἁλόντας, παντὸς τυράννου πικρότερον, ἐναλλομένη καὶ τῶν καιρίων ἁπτομένη, καὶ μηδὲ μικρὸν ἀναπνεῦσαι συγχωροῦσα, ἀλλὰ τῶν εἰς τὰ μέταλλα τὴν χαλεπωτάτην ἐκείνην πινόντων κόλασιν πικροτέραν ἐπάγουσα τὴν δίκην. τοῖς μὲν γὰρ ἔξεστι μετὰ τὸ ἔργον ὕπνου χρῆσθαι καὶ ἀναπαύλῃ, τοῖς δὲ καὶ τὸν τοῦ ὕπνου προσχωννῦσα λιμένα, καὶ νύκτωρ ἐπιτάττει τὰ ὠμὰ καὶ ἀπάνθρωπα ἐπιτάγματα ἐκεῖνα. τοὺς μὲν γὰρ ἐπὶ λῃστείας ἐξάγει, τοὺς δὲ ἐπ' ἀνδροφονίας, καὶ οὐδὲ τὴν ὁσίαν αὐτὴν αἰδεῖται, ἣν καὶ βάρβαροι καὶ δαίμονες τιμῆς ἀξιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ νεκρῶν σωμάτων, τὰς μιαρὰς τῶν ἁλόντων ὁπλίζει δεξιάς, καινὸν καὶ παράνομον λῃστείας ἐπινοοῦσα τρόπον. πάντ' οὖν ταύτης τὰ μοχθηρὰ ἐννοήσαντες, ὅτι θηριόμορφός ἐστι, καὶ ἀτερπής, καὶ πῦρ πνέουσα, ἀκόρεστός τε, καὶ τυφλὴ καὶ ἀνήκοος, μισάνθρωπός τε, καὶ μυσαρά, καὶ θεομισής, ἄσπον-

δός τε καὶ ἀμείλικτος καὶ ἀνήμερος. οὔτε γὰρ κολακευομένη, οὔτε θεραπευομένη ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ τότε μᾶλλον ἀγριοῦται, ὅτε μάλιστα θεραπεύεται. Μάλιστα μὲν πάντα κινῶμεν, ὥστε μὴ ἁλῶναι. ῥᾷον γὰρ μὴ ἁλῶναι, ἢ ἑλόντας διαφυγεῖν. εἰ δὲ καὶ ἑαλώκαμεν, συντείναντες ἑαυτούς, καὶ τὴν θείαν καλέσαντες συμμαχίαν. ἄνευ γὰρ ταύτης οὐχ οἷόν τε τοιαύτης αἰχμαλωσίας ἐλευθερωθῆναι. κινδυνεύει γὰρ εἶναι τοῖς πολλοῖς αἰχμαλωσία ἀνακλήσεως ἄμοιρος. Τοῦ μὲν ἐθέλειν κερδαίνειν παυσώμεθα, τὰ δὲ συναχθέντα, ἢ ἀθρόον, ἢ κατὰ βραχὺ διανέμωμεν τοῖς δεομένοις. αὕτη γάρ ἐστι μόνη τῆς τοιαύτης αἰχμαλωσίας ἡ ἀνάκλησις.

non lapidem moueamus, quo ab eo minimè capiamur (facilius est enim non capi, quàm, cùm captus sis, effugere:) si autem nos capi contigerit, omnes neruos contendentes, ac diuinam opem implorantes (hac enim sublata nemo ab huiusmodi captiuitate abstrahi potest. Multis enim talis pene est hæc captiuitas, vt ab ea emergere ac reuocari nequeant) quæstus quidem faciendi cupiditatem comprimamus, quæ autem collecta sunt, aut confertim, aut paulatim egentibus distribuamus. Nam hæc demum sola ratio est, qua ab huiusmodi captiuitate reuocemur.

Ἀρχιβίῳ πρεσβυτέρῳ. σλδ.

Πολλῶν ὄντων, ὡς ἔφης, θαύματος ἀξίων, ἕν ἐστιν, ὃ μάλιστα πάντων ἐγὼ θαυμάζω, καὶ τοῦ πάντα διεφθάρθαι τεκμήριον εἶναί φημι ἱκανόν. διὸ δὴ ἐκεῖνα ἐφέμενος, τοῦτο μάλιστα νυνὶ λέξω καὶ ἐλέγξω. εἰπὲ τοίνυν τούτοις, οἷς μάλιστα μέλει τῶν λαῶν, μᾶλλον δὲ οἷς μέλειν μὲν ἔδει, μέλει δὲ οὐδαμῶς, ὅτι αὐτοὶ δι' ὧν ποιεῖτε ὁμολογοῦντες ἀγνοεῖν, τί ἐστιν ἱερωσύνη, τί τοὺς ἄλλους ἐνοχλεῖτε. εἰ μὲν γὰρ τυραννίδα πατρῴαν κεκληρώσθε, ἡγεῖσθε ὧν ἡγεῖσθε, ἵνα κἀκείνων τῶν διαβοήτων τυράννων ὠμότεροι καὶ τυραννικώτεροι ὀφθείητε. πολλοὶ γὰρ ἐκείνων πρᾳότερον ὑμῶν τοῖς τυραννηθεῖσι προσηνέχθησαν. εἰ δὲ πατρικὴν κηδεμονίαν ἐνεπιστεύθητε, τί τοὺς τυράννους ἀποκρύπτετε τῇ ὠμότητι; τί τοὺς τῷ θείῳ αἵματι ἐξαγορασθέντας, αὐτοὶ καταδουλοῦσθε, τί χρηματίζεσθε ἐκ τῶν ἀλλοτρίων συμφορῶν; τί γελᾶτε τοὺς σώφρονας; τί ἐπιβουλεύετε τοῖς φιλαρέτοις; τί τοὺς κόλακας συγκροτεῖτε; τί τοὺς παρρησιαζομένους ἐξοστρακίζετε; εἰ γὰρ ὑμεῖς παύσεσθε δρῶντες ἃ δρᾶτε, εἰκὸς καὶ τὰς τῶν λαῶν ἀρετὰς νεκρωθείσας

Archibio Presbytero. 234.

Cùm multa verè sint, vt inquis, quæ admirationem mereantur, vnum tamen est, quod omnium maximè mirot, quódque idoneo mihi argumento est, omnia corrupta & perdita esse. Quocirca illis omissis hoc præsertim nunc dicam ac demonstrabo. Dic igitur istis, quibus populi maximè curæ sunt, vel, vt rectiùs loquar, quibus curæ quidem esse debeant, verùm nullo omnino modo sunt: Cùm vos, per ea quæ agitis, quidnam Sacerdotium sit, vobis ignotum esse confiteamini, quorsum tandem aliis molestiam exhibetis? Nam si paternam tyrannidem nacti estis, ij sanè, quibus imperatis, imperate: vt illis quoque nobilibus ac fama celebratis tyrannis crudeliores & immaniores vosipsos præbeatis. Multi enim illorū leniùs ac mitiùs, quàm vos, erga eos, quos tyrannide oppressos tenebant, se gesserunt. Si autem paterna cura vobis commissa est, quid tyrannos sæuitia superatis? Quid eos qui diuino cruore redempti sunt, ipsi in seruitutem trahitis? Quid ex alienis calamitatibus opes vobis comparatis? Quid probos ac temperantes viros ridetis? Quid virtutis studiosis insidias struitis. Quid adulatoribus fauetis? Quid eos, qui liberè loquuntur, expellitis? Nam si vos ea, quæ agitis, agere desinatis,

verisimile est etiam promiscuè plebis virtutes, quæ nunc vestra causa mortuæ atque extinctæ sunt, rursus ad vitam redituras esse.

Hermino Comiti. 235.

Quemadmodum nobilis arbor, cùm fructibus grauis est, ac foliis abundat, agricolam oblectat, & spectatores voluptate afficit, ac prætereuntes recreat & reficit: eodē modo is quoque qui in doctoris solio collocatus est, cùm & virtute ornatus & instructus est, & sermone atque doctrina fulget, tum Deum oblectat, tum hominibus vtilitatem affert. Si autem alter vtro careat, discipulis haud admodum prodest. Vita enim opus est, propter eos qui ad culpandum & criminandum procliues sunt: doctrina item ad refellendas hæreses requiritur. Nam etsi citra sermonis ac doctrinæ opem vitæ probitas multis vtilitati esse solet: tamen cùm eum in disputationibus ac colloquiis vinci cōspiciunt, grauissimis plerunque detrimentis afficiuntur, vt qui ab adulterinis dogmatibus surripiantur, atque in fraudem inducantur. Non enim id docentis imperitiæ, verùm dogmatis imbecillitati assignant. Rursum si sermo fluens magna vi aduersarios profliget, ob vitæ improbitatem trophæi decus obscuratur. Neque enim fide dignum hunc magistrum existimabūt, qui non ea, quæ oportet, facit. Quocirca, & sermone, & vita rutilare opus est. Qui enim facit & docet, inquit Christus, hic magnus vocabitur in regno cælorū. Quòd si solùm facere, docere esset, vt nonnulli putant, profectò secundum minimè adiunxisset.

Eidem. 236.

Etsi callidè ac singulari artificio Ægyptia mulier cupiditatis ac libidinis vela expenderat, laqueumque, vt adolescētem caperet, statuerat, atque & per oculos eū velut præstigiis quibusdam ludebat (tragicum enim in modum corpus adornabat) & per aures eum deliniebat (nam ei

κνῶ δι' ὑμᾶς, εἰς παλιγγενεσίαν ἥξειν καὶ ἀναβίωσιν.

Ερμίνῳ κόμητι. ρλε.

Ὥσπερ εὐγενὲς δένδρον, ὅταν τῷ καρπῷ βρίθηται, καὶ τοῖς φύλλοις κομᾷ, καὶ τὸν γεωργὸν εὐφραίνει, καὶ τοὺς ὁρῶντας τέρπει, καὶ τοὺς παροδεύοντας ἀναπαύει· οὕτω καὶ ὁ εἰς τὸν διδασκαλικὸν ἱδρυθεὶς θρόνον, ὅταν τῇ ἀρετῇ κοσμῆται, καὶ τῷ λόγῳ ἀστράπτῃ, καὶ τὸν θεὸν εὐφραίνει, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὠφελεῖ. εἰ δὲ θατέρου ἔρημος εἴη, οὐ λίαν ὠφελεῖ τοὺς φοιτητάς. χρεία μὲν γὰρ τοῦ βίου, διὰ τοὺς φιλαιτίους· χρεία δὲ καὶ τοῦ λόγου, διὰ τοὺς κατὰ τῶν αἱρέσεων ἐλέγχους. εἰ γὰρ καὶ ἄνευ λόγου ὁ βίος ὠφελεῖν πέφυκε τοὺς πολλούς, ἀλλ' ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν ἡττώμενον ἐν συλλογισμοῖς καὶ διαλόγοις, εἰς τὰ καίρια πολλάκις βλάπτονται, ὑπὸ νόθων δογμάτων κλεπτόμενοι. οὐ γὰρ τὴν ἀπειρίαν τοῦ διδάσκοντος, ἀλλὰ τὴν τοῦ δόγματος αἰτιάσοιντο σαθρότητα. εἰ δ' ὁ λόγος ῥέων κατὰ κράτος αἱρῇ τοὺς ἐναντίους, ἀπὸ τῆς τοῦ βίου φαυλότητος ἀμαυροῦται τὸ τρόπαιον. οὐκ ἀξιόπιστον γὰρ ἡγήσονται διδάσκαλον, τὸν μὴ τὰ δέοντα πράττοντα. οὐκοῦν χρὴ καὶ λόγῳ καὶ βίῳ ἀστράπτειν. ὁ γὰρ ποιῶν, φησὶ, καὶ διδάσκων, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. εἰ δὲ τὸ ποιῆσαι μόνον διδάξαι ἦν, ὡς οἴονταί τινες, οὐκ ἂν τὸ δεύτερον προσετέθη.

Τῷ αὐτῷ. σλϛ.

Εἰ καὶ δεινῶς καὶ τεχνικῶς ἡ αἰγυπτία τὰ λίνα τῆς ἐπιθυμίας ἀνεπέτασε, καὶ τὴν παγίδα ἔστησε θηρῶσα τὸν νέον, καὶ διὰ μὲν τῶν ὀφθαλμῶν ἐγοήτευσεν. ἐκαλλωπίζετο γὰρ τραγικῶς. διὰ δὲ τῆς ἀκοῆς ἔθελγε· πᾶσαν γὰρ προσῆγε καὶ διὰ ῥημάτων πεῖ-

ραν, καὶ διὰ μὲν τῆς ὀσφρήσεως ἠρέθιζεν. εἰκὸς γὰρ πρὸ τοῦ ἀναπετάσαι τὰ δίκτυα, καὶ τρυφὴν προσαγαγεῖν, εἰ καὶ μὴ ὡς ἐρώμενον χαριζομένη, ἀλλ' ὡς ξένον ἐλεοῦσα. διὰ δὲ τῶν ἐπαγγελιῶν ἐφάρματτεν. ὡς δεσπότην γὰρ ἕξειν αὐτὸν ὑπισχνεῖτο. ἀλλ' ἀπέτυχε τῆς θήρας. καὶ ὁ μὲν Ἰωσὴφ τὸν καρπὸν τῆς σωφροσύνης ἐδρέπετο. οὐκ ἀπόνητι, ὡς οἴονταί τινες· οὐ γὰρ μόνον πρὸς ἐκείνην, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νεότητος ἦν αὐτῷ ὁ ἀγὼν σφριγῶσαν καὶ σκιρτῶσαν, καὶ τῆς γυναικείας ὁμιλίας ὀρεγομένην. ἡ δὲ τὰ φύλλα τῆς νίκης ἐδόκει ἔχειν. ἐδόκει δ' ἔχειν εἶπον, ἐπειδὴ ἀκεραίαις ἀκοαῖς καὶ τοῦτ' ἔλεγχος ἦν τῆς γυναικείας ἀκρασίας. τὴν γὰρ βίαν πανὲν φοβουμένη, οὐ τὸ παραιρεῖσθαι τὴν τοῦ βιαζομένου ἐσθῆτα, μετὰ σπουδῆς ἔσπευδεν· ἀλλὰ τὸ τῆς βίας ἀπαλλαγῆναι, ἀγαπητὸν καὶ εὐκταιότατον. ἀλλ' αὕτη ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας μεθύουσα, τὰ σύμβολα τῆς οἰκείας ἀσελγείας, τεκμήρια σωφροσύνης εἶναι ἐνόμιζε διό, ὡς οἶμαι, καὶ ὁ δεσπότης τὴν μὲν κατηγορίαν ἐδέξατο, διὰ τὴν τῆς γυναικὸς ἴσως ὑπόληψιν. ᾔδει γὰρ τὴν γυναικείαν φύσιν ῥᾳδίως τῷ πάθει ἁλισκομένην, καὶ μάλιστα ὅταν ὑπὸ κάλλους ἐρεθίζηται, τοῦ καὶ τὴν ῥώμην πολλάκις καταδουλουμένου, μηδὲ λόγου δὲ μεταδοὺς, ὅπερ τινὲς αἰτιῶνται, εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλεν, οὐ βαρβαρικὸν σφάλμα σφαλόμενος, ὡς οἴονταί τινες. ἢ γὰρ ἂν αὐτὸν καὶ κατέσφαξεν, ἢ γοῦν τοῖς νόμοις παραδέδωκε, τῆς κατηγορίας σφαγὴν ὠδινούσης. ἀλλ' ἐκ τοῦ εἰκότος ἴσως ἐννοήσας, ὅτι ἐρῶσα καὶ ἐπιμανεῖσα αὐτῷ, καὶ ἀποτυχοῦσα τῆς θήρας, τὴν κατηγορίαν ἐπεστήσατο· καὶ εἰ μεταδοίη λόγου τῷ νέῳ, οὐ μόνον ἀπολύσαιτο τὴν γραφὴν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν γραψαμένην ἀντιπεριστήσει τὸ ἔγκλημα, μᾶλλον δ', ὅπερ καὶ εἰπεῖν ἀληθέστερον, τοῦ βραβευτοῦ τῆς σωφρο-

per aures quoque nullum non tentationis genus admouebat) & per odoratum extimulabat (verisimile est enim eam priùs etiam quàm retia sua explicaret, luxum ei adhibuisse, & si non vt amato indulgente, at certè vt hospitem ac peregrinum miserantem) ac denique per promissa demulcebat, ac velut quibusdam veneficiis inficiebat (se enim eum domini loco habiturum pollicebatur:) tamen frustra ipsi cessit hæc venatio. Ac Ioseph castitatis fructum colligebat, non illum quidem sine labore, vt nonnulli arbitrantur (non enim aduersus eam duntaxat, sed etiam aduersus iuuentutis florem, nitentem & exilientem, ac muliebrem congressum appetentem ipsi certamen erat:) ipsa autem victoriæ folia habere videbatur: (habere inquam videbatur: etenim apud synceras aures hoc quoque muliebris petulantiæ ac lasciuiæ argumentum erat. Nā ei quæ, ne sibi vis afferatur, metuit, hoc ei minimè studio est, vt insuper etiam illius, qui vim affert, vestem eripiat: verùm præclarè secum agi putat; nec optatius quicquam habet, quàm vt vim effugiat. Verùm ipsa libidine temulenta, lasciuiæ suæ notas, pudicitiæ argumenta esse ducebat. Quocirca etiam, vt opinor, dominus accusationem quidem, ob eam fortasse, quam vxor habebat, castitatis existimationem admisit (nam alioqui cognitum & exploratum habebat, quàm facilè muliebris natura hoc affectu caperetur, ac præsertim cùm pulchritudinis, quæ robustos etiam homines plerūque subigit, aculeis incitatur) ipsum autem ne vllo quidem verbo ad eum habito (quod nonnulli reprehendunt) in vincula coniecit: non barbaricum facinus, vt quidam opinantur, perpetrans (nam alioqui ipsum etiam obtruncasset, aut certè, huiusmodi crimine necem afferente, legibus tradidisset) verùm, vt à verò non abludit, illud fortasse cogitans, eam ipsius amore ad insaniam vsque correptam, nec ea re, quam captabat, potitam huiusmodi accusationem instituisse: quòd si loquendi potestatem ipsi faceret, eum nō modò illatā

sibi crimen dissolutum, verùm etiam in ipsam accusatricem retortum. Imò verò, vt quod verius est dicam, pudicitiæ arbiter & viri iracundiam sedauit, & castitatis columnam posteris erexit, & fratribus fame laborãtibus nutricium seruauit, & Ægypto præfectum designauit.

Eidem. 237.

Ne magnopere mireris, vir admirande, quòd quanquam graue atque acerbum sit nonnullos eorum, quibus magisterij thronus commissus est, tale esse, tamen id minimè graue esse videatur: illud verò longè grauissimum ac nulla venia dignum videatur, si quispiam liberam vllam vocem mittat. Quoniam enim virtutis vestigia in paucis reperiuntur: improbitas autem apud multos insulsè atque inconditè choreas agit, idcirco illi metuentes ne quis existat, qui ea quæ ab ipsis perpetrantur, reprehendat, cùm alia omnia bona, tum maximè loquendi libertatem amoliri conantur: vt deinceps liberè ac sine vllo metu peccent.

Eidem. 238.

Cum qui in grauissimo morbo versatur, integra valetudine se esse existimat, perspicua hæc atque incurabilis insania est. Quonam enim pacto huiusmodi homo medicum conquiret, qui ne hoc quidem cognitum habet quòd ægrotat. Quare primùm ipsi perspicuum morbi sensum afferre oportet: atque ita deinde medicũ, qui hunc pellat, accersere.

Isidoro Diacono. 239.

Locus hic, Irascimini & nolite peccare, multiplicem mihi sensum habere videtur. Potest enim & absolutè ac definitè intelligi, & per consilij modum. Verbi gratia: Irascimini, & quam ob causam irascimini. Quapropter ne irascamini, vt ne peccetis. Potest item & illud significare: Quoniam acris affectus iracundia est, quæque animam mirè surripere queat. persæpe enim

σιώνης, τὴν ὀργὴν τοῦ ἀνδρὸς κατευνάσαντος, καὶ στήλην σεμνότητος τῷ βίῳ ἐγείραντος, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς λιμώττουσι τροφέα τηρήσαντος, καὶ τῇ Αἰγύπτῳ ἄρχοντα χειροτονήσαντος.

Τῷ αὐτῷ. σλζ.

Μὴ λίαν ἐκπλήττου, ὦ θαυμάσιε, εἰ τὸ μὲν εἶναί τινας τοιούτους τῶν τὸν διδασκαλικὸν ἐμπεπιστευμένων θρόνον, δεινὸν ὂν οὐ δεινὸν εἶναι δοκεῖ. τὸ δὲ ῥῆξαί τινα φωνὴν παῤῥησίας ἕνεκεν δεινότατον εἶναι δοκεῖ, καὶ συγγνώμης μεῖζον. ἐπειδὴ γὰρ ἀρετῆς ἴχνη ἐν ὀλίγοις εὑρίσκεται, κακία δὲ παρὰ τοῖς πλείστοις ἄχορεύτους χορεύει, δεδιότες μὴ ὀφθείη τις ὁ τοῖς δρωμένοις ἐπιτιμήσων πάντα μὲν τὰ καλὰ ἐξοστρακίζειν σπουδάζουσι, μάλιστα δὲ πάντων τὴν παῤῥησίαν, ἵν' ἀδεῶς ἁμαρτάνοιεν τοῦ λοιποῦ.

Τῷ αὐτῷ. σλη.

Τὸ ἐν νόσῳ χαλεπωτάτῃ τυγχάνοντα, νομίζειν ὑγιαίνειν, μανία λαμπρὰ καὶ ἀνήκεστος. πῶς γὰρ ὁ τοιοῦτος ἰατρὸν ζητήσει, μηδ' αὐτὸ τοῦτο ὅτι νοσεῖ ἐπιστάμενος. πρῶτον οὖν αὐτῷ χρὴ σαφῆ τὴν αἴσθησιν τοῦ πάθους ἐμποιῆσαι, εἶτα τὸν τοῦτο καλέσαι ἰατρόν.

Ισιδώρῳ διακόνῳ. σλθ.

Τὸ ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε πολυσχεδὲς εἶναί μοι καὶ πολύτροπον φαίνεται. δύναται γὰρ εἶναι καὶ ὁριστικὸν, καὶ συμβουλευτικόν. οἷον ὀργίζεσθε, καὶ διὰ τί ὀργίζεσθε. οὐκοῦν μὴ ὀργίζεσθε, ἵνα μὴ ἁμάρτητε. δύναται δὲ καὶ τοῦτο μηνύειν, ἐπειδὴ ὀξὺ πάθος ἡ ὀργὴ καὶ δεινὸν κλέψαι ψυχήν. προεκτρέχει γὰρ πολλάκις τοῦ λογισμοῦ, καὶ ἀβου-

ἀβουλήτως σχεδὸν τίκτεται τῷ λογισμῷ, ἢ τῷ ἐπιλογισμῷ καταπραΰνατε ταύτην, μὴ εἰς ἄμυναν ὁρμῶντες, ἀλλ' εἰς ἡμερότητα τελευτῶντες. δύναται δὲ καὶ τοῦτ' ἐμφαίνειν, ὅτι ὀργίζεσθε τῷ ἐνοχλοῦντι ὑμῖν πάθει, μάλιστα δὲ πάντων τῇ ἡδονῇ καὶ οὐχ ἁμαρτήσετε. εἰ γὰρ εὕροι ὑμᾶς ἐκνενευρισμένους, καὶ ἐκλελυμένους, ῥᾳδίως καταπαλαίσει. εἰ δὲ νήφοντας καὶ ὀργιζομένους αὐτῇ, εὐθέως οἰχήσεται. ἐπειδὴ δὲ ὁ θεῖος χρησμὸς οὐ τὸ ὀργίζεσθαι ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ εἰκῆ ἀπηγόρευσεν. ἔστι γάρ ποτε καὶ χρησίμως ὀργισθῆναι, ὅταν ἢ ὑπὲρ τῆς τοῦ θεοῦ δόξης γίγνηται, ἢ ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων, ἢ ὑπὲρ τῆς τῶν πέλας διορθώσεως. καὶ γὰρ καὶ ὁ πρᾳότατος Μωσῆς ὠργίσθη τοῖς μοσχοποιήσασι, καὶ ἡβηδὸν αὐτοὺς ἐκέλευσεν ἀναιρεθῆναι, καὶ ὁ Φινεὲς τοῖς πορνεύσασι, καὶ σειρομάστῃ αὐτοὺς διεχρήσατο. καὶ Ηλίας τοῖς ἰουδαίοις, καὶ λιμῷ αὐτοὺς ἐδάμασε. καὶ Παῦλος τῷ Ελύμᾳ. καὶ Πέτρος τῷ Ανανίᾳ καὶ τῇ Σαπφείρᾳ, καὶ πατὴρ υἱῷ, καὶ διδάσκαλος φοιτητῇ ὀργίζεται ῥᾳθυμοῦντι. καὶ οὐκ ἄν τις φαίη ὀργὴν εἶναι ταύτην, ἀλλὰ φιλοσοφίαν, καὶ κηδεμονίαν. δύναται καὶ προστακτικὸν εἶναι. ἐπειδὴ γὰρ ὅταν μὲν ἑαυτοὺς ἐκδικῶμεν, καὶ ὑπὲρ τὸ μέτρον ἀμυνόμεθα. ὅταν δὲ ἢ ὑπὲρ τῆς θείας δόξης ὁ λόγος ᾖ, ἢ ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων, τότε εὐλάβειαν καὶ ἡσυχίαν πλαττόμεθα, ἄφωνοί τε ἐσμὲν καὶ ἀκίνητοι, καὶ λίθων οὐδὲν διαφέρομεν. διὰ τοῦτό φησιν, ὀργίζεσθαι μὲν δικαίως, ἢ ὅταν ὑπὲρ τῆς τοῦ θεοῦ δόξης ὁ λόγος ᾖ, ἢ ὅταν ὑπὲρ τῆς τῶν πλησίον διορθώσεως, ἢ ὑπὲρ τιμωρεῖν δέῃ τοῖς ἀδικουμένοις: μὴ ἁμαρτάνετε δὲ, ἢ τοῖς ἁμαρτάνουσι συνειδότες, καὶ συγκρύπτοντες, ἢ εἰς τὸ ἑαυτοὺς ἐκδικεῖν τῷ βοηθήματι καταχρώμενοι. διὰ γὰρ τοῦτο ἐνετέθη ἡ ὀργὴ, οὐχ ἵνα καὶ ἡμεῖς ἁμαρτάνωμεν, ἀλλ' ἵνα τοὺς πταίοντας κωλύωμεν. οὐδ'

rationi præcurrit, ac præter voluntatem penè procreatur) idcirco ratione, aut insequenti consideratione hanc sedate, non in vltionem prorumpentes, sed in lenitatẽ atque clementiam desinentes. Denique illud quoque designare potest. Irascamini huic affectui qui vobis molestus atque infestus est, ac præsertim voluptati: & non peccabitis. Nam si vos fractos ac dissolutos inueniat, nullo negotio vos superabit: si autem vigilantes ac sobrios, ipsique irascentes, quamprimùm discedet. Quandoquidem autem diuinum oraculum non simpliciter irasci, sed frustrà ac temerè vetuit (licet enim etiam vtiliter irasci, cùm id vel ob Dei gloriam fit, vel ob eos, quibus iniuria infertur, vel vt proximi ad meliorẽ mentem reuocentur. Nam & Moses, vir alioqui summa lenitate præditus, in eos, qui vitulum effecerant, ira exarsit, eósque funditùs de medio tolli iussit: & Phinees iis, qui stupri crimine se deuinxerant, iratus est, eósque lancea interemit; & Elias Iudæis, eósque fame attriuit; & Paulus Elymæ, & Petrus Ananiæ & Saphiræ, & pater filio, & magister discipulo ignauia torpenti irascitur: nec quisquam iracundiam hanc esse dixerit, verùm philosophiã & curam ac solicitudinem) potest etiam imperandi modo exponi. Quoniam enim cùm iniurias nostras vlciscimur, modum quoque in vlciscendo excedimus; cùm autem vel de diuina gloria, vel de vindicãdis eorum, qui læduntur, iniuriis, agitur, tum verò metum & quietem fingimus, mutíque ac torpidi sumus, atque ita affecti, vt nihil inter nos & saxa intersit: propterea, inquit, iustè quidem irascamini, hoc est, cùm vel diuina gloria agitur, vel proximorum emendatio, vel iniurias aliis illatas vlcisci oportet: at nolite peccare, nimirum vel aliena peccata, quorum conscij estis, occultantes, vel ad priuatas iniurias vindicandus hoc adiumento abutentes. Ob eam enim causam nobis ira insita est, non vt nos quoque peccemus, verùm vt peccantes prohibeamus: nec vt ea turbidus motus ac morbus sit, verùm vt vi-

tiosarum affectionum medicina. Nos autem medicamentum in venenum commutamus, dum eo ad ea, quæ minimè decet, abutimur.

Vrstenaphio Lectori. 240.

Virtus, vt quidem existimo (non enim certè affirmo ac pronuncio, sed lectoribus iudicium permitto) difficilis quædam res esse visa est, atque etiamnum videtur, non ob naturam suam, sed propter incomparabilem quandam eorum, qui ipsam consectari nolunt, negligentiam atque socordiã. Nam alioqui, si quis rem exactè atque accuratè consideret, vitio longè facilior est. Quòd si quis mihi diffidit, ne tumultuetur, verùm probationem expectet, seipsum ab omni anticipata opinione atque contẽdendi peruicacia purum & immunem seruans. Ac quidem, quòd ipsa diuina sit, hominéque dignissima, & naturæ maximè consentanea, & eorum, à quibus colitur, decus & ornamẽtum, vt apud omnes certum & indubitatum prætéribo: ad id autem quod in controuersia & dubitatione versatur, accedam. Cedò igitur, vtrum ex his duobus difficilius est, sexcentósne thesauros perscrutari, an præsentibus facultatibus contentum esse? diu noctúque turpes quæstus ac seruiles numerare, an frugalitatem complecti atque amare? Omnes lædere, an læsis opitulari? Cum legitima vxore congredi (nondum enim summam philosophiam pono, sed quam plerique consequi possunt) quàm alienas nuptias perfodere ac violare? incurabili auaritiæ morbo laborare, an ab huiusmodi furore liberum esse? Dolos nectere, ac citra fraudem commercia cum aliis habere? Tribunalibus molestiam exhibere, an quietem agere? bona ad se nihil attinentia rapere, an etiam sua largiri? In negotiorum & criminum cœno volutari, an à negotiis & timoribus immunem esse? De multis rebus, quæque perfici nequeant, in cura & solicitudine versari, an vnam hanc curam habere, quonã pacto à virtute minimè excidat?

ἵνα πάθος γένηται, καὶ νόσημα, ἀλλ' ἵνα παθῶν φάρμακον. ἡμεῖς δὲ τὸ βοήθημα δηλητήριον κατασκευάζομεν, εἰς τὰ μὴ προσήκοντα αὐτῷ καταχρώμενοι.

Οὐραθενυφίῳ Ἀναγνώστῃ. ρμ.

Ἡ ἀρετή, ὥς γε ἡγοῦμαι· οὐ γὰρ ἀποφαίνομαι, ἀλλὰ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐπιτρέπω τὴν ψῆφον, δύσκολος εἶναι καὶ ἔδοξε καὶ δοκεῖ· οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν μετιέναι αὐτὴν μὴ ἐθελόντων ἀνυπέρβλητον ῥαθυμίαν. ἐπεὶ τῷ γε ἀκριβῶς σκοπουμένῳ εὐκολωτέρα πολλῷ τῆς κακίας ἐστίν. εἰ δέ τις ἀπιστεῖ, μὴ θορυβείτω, ἀλλὰ ἀναμενέτω τὴν ἀπόδειξιν, πάσης προλήψεως καὶ φιλονεικίας καθαρὸν ἑαυτὸν διατηρῶν. τὸ μὲν οὖν θείαν αὐτὴν εἶναι καὶ πρεπωδεστάτην, καὶ τῇ φύσει ἁρμοδιωτάτην, καὶ κόσμον, καὶ ἐγκαλλώπισμα τῶν ἀσκούντων, ὡς πᾶσιν ὡμολογημένον παρήσω, ἐπὶ δὲ τὸ ἀμφιβαλλόμενον ἥξω. τί οὖν ἐστιν εὐκολώτερον εἰπέ μοι. τὸ μυρίους ἀνιχνεύειν θησαυρούς, ἢ τὸ τοῖς οὖσιν ἀρκεῖσθαι, τὸ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν αἰσχρὰ κέρδη καὶ τόκους ἀνελευθέρους ἀριθμεῖν, ἢ τὸ τὴν αὐτάρκειαν ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν; τὸ πάντας ἀδικεῖν, ἢ τὸ τοῖς δεομένοις ἐπικουρεῖν· τὸ τῇ ἐννόμῳ ὁμιλεῖν γυναικί· οὔπω γὰρ τὴν ἄκραν τίθημι φιλοσοφίαν, ἀλλὰ τὴν πολλοῖς ἐφικτήν· ἢ τὸ τοὺς ἀλλοτρίους διορύττειν γάμους, τὸ νοσεῖν τὸν ἀνήκεστον τῆς φιλοχρηματίας ἔρωτα, ἢ τὸ ἐκτὸς εἶναι τῆς τοιαύτης μανίας, τὸ δόλους ῥάπτειν, ἢ τὸ ἀδόλως προσφέρεσθαι· τὸ δικαστηρίοις ἐνοχλεῖν, ἢ τὸ τὰς ἡσυχίας ἄγειν. τὸ ἁρπάζειν τὰ μὴ προσήκοντα, ἢ καὶ τὸ τὰ οἰκεῖα διανέμειν, τὸ πράγμασι καὶ ἐγκλήμασιν ἐγκαλινδεῖσθαι, ἢ τῶν πραγμάτων ἀπηλλάχθαι καὶ φόβων· τὸ περὶ πολλῶν καὶ ἀνηνύτων φροντίδων μεριμνᾶν, ἢ τὸ μίαν ἔχειν φροντίδα, πῶς τῆς ἀρετῆς μὴ ἐκπέσοι·

τὸ

τὸ φιλοπραγμονεῖν, ἢ τὸ ἀπραγμοσύνῃ συζῆν· τὸ μὴ λαμβάνειν κόρον, ἢ τὸ μηδὲ ἐρᾶν τῶν καὶ τὸν κόρον ὑβριζόντων· τὸ θαλαττεύειν καὶ ναυαγίοις περιπίπτειν, ἢ τὸ ἐν λιμένι καθῆσθαι, καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἐπισκοπεῖν ναυάγια. ἐγὼ μὲν οὖν τὴν εὐκολίαν ἐβουλήθην δεῖξαι τῆς ἀρετῆς, καὶ τὴν δυσκολίαν τῆς κακίας. ὁ δὲ λόγος περιττὸν, μεῖζόν τι πεποίηκε, τῇ μὲν ἀρετῇ καὶ τὴν εὐφροσύνην, τῇ δὲ κακίᾳ καὶ τὴν ἀηδίαν ἑπομένην συναποδείξας. καὶ ἐχρῆν ἐν τούτοις καταπαῦσαι. ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τρυφὴ καὶ ἡ ἡδονὴ στωμυλευόμεναι, δοκοῦσι τοὺς πολλοὺς παραλογίζεσθαι, ὡς καὶ ἡδεῖαι τυγχάνουσαι καὶ εὔκολοι, ἀναγκαῖον καὶ πρὸς ταύτας ἀποδύσασθαι. φημὶ τοίνυν, ἵνα παρῶ τέως τὴν δίκην, τὴν τῇ τρυφῇ καὶ τῇ ἀκολασίᾳ ἐπηρτημένην, ἣν διὰ τοῦ πλουσίου, καὶ τοῦ τὰ ῥυπαρὰ ἐνδεδυμένου ἱμάτια, ἐλεεινῶς καὶ σφόδρα τραγικῶς τὸ ἱερὸν ἀπετραγῴδησεν εὐαγγέλιον, ὅτι εἰ μὲν ἡ τρυφὴ μὴ τὰ μυρία καὶ δυσβάστακτα, δυσίατά τε καὶ ἀνίατα νοσήματα τίκτει, καλείσθω τρυφή. εἰ δὲ καὶ ποδαλγίας καὶ κεφαλαλγίας καὶ ἐμέτους, καὶ παραπληξίας, καὶ παραλύσεις, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων παθῶν αἰτία καθέστηκεν, ὑφ' ὧν καὶ αὐτὴ ἀμαυροῦται, μᾶλλον δὲ ἀφανίζεται, ὀκνῶ καλέσαι τρυφὴν, τὴν τῶν τοσούτων κακῶν μητέρα καὶ τροφόν. τὸ γὰρ μηδὲ τοῖς σιτίοις ἰσχύειν συγκατελθεῖν, ἀλλὰ παρ' αὐτὸν ἀφανίζεσθαι τὸν λαιμόν, καὶ τὸ μὴ αἰσθάνεσθαι τῆς ἡδονῆς τὸν τρυφῶντα ὑπὸ τῆς συνεχείας κατακλυζόμενον, παρήσω· οὐχ ὡς ἀνίσχυρα, ἀλλ' ὡς μὴ πάνυ καθάψασθαι τῶν παχυτέρων δυνάμενα. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς τρυφῆς εἰρήσθω. περὶ δὲ τῆς ἡδονῆς καὶ ταῦτα, καὶ τούτων πλείονα εἰρήσεται. εἰ μὲν γὰρ ἵνα παρῶ τὴν δαπάνην καὶ τὴν αἰσχύνην, μὴ πολέμους ἀσπόνδους τίκτει πρὸς τοὺς ἀντεραστὰς καὶ πληγὰς, ἐξ ὧν πολλάκις καὶ θά-

In negotiis ac rebus gerendis libenter versari, an in otio viuere? Nunquam satiari, an ne ea quidem amare quæ etiam post satietatem contumeliam accersunt? Nauigare ac naufragia perpeti, an in portu sedere, atque aliorum naufragia prospectare? Equidem ipse virtutis duntaxat facilitatem ac vitij difficultatem demonstrare in animo habebam: at oratio altiùs progressa maius aliquid præstitit. Illud enim præterea ostendit, & virtutis comitem esse voluptatem, & vitij molestiam, animique mœrorem. Itaque hîc quidẽ finem loquẽdi facere oportebat. Verùm quoniam luxus & voluptas lepore suo plerosque decipere videntur, perinde videlicet ac suaues & faciles sint, aduersus hos quoque ad certamen me accingam necesse est. Igitur, vt interim pœnam deliciis & lasciuiæ impẽdentem missam faciam, quam per diuitem illum, & eum, qui sordidis vestibus amictus erat, miserãdis ac tragicis admodum verbis sacrosanctum Euangelium exaggerauit, hoc aio: Si luxus non sexcentos molestos, atque ad curandum difficiles, immò planè incurabiles morbos parit, quo minus luxus appelletur, non recuso. Si autem & pedum & capitis dolores, & vomitus, & apoplexias, & paralyses, aliósque huiusmodi morbos accersit, à quibus ipse quoque obtunditur, & obscuratur, vel, vt rectiùs loquar, prorsus deletur, piget certè luxum eum appellare, qui tot ac tantorũ malorum parens atque altor est. Nã quòd nec simul quidem cum cibis in aluum delabi possit, verùm in ipso statim gutture extinguitur, quódque is, qui luxui studet, ne voluptatis quidem sensum percipiat, præ ciborum videlicet continuatione delusus, prætermittam: non quòd ea parum virium habeant, sed quòd crassiores atque obtusiori animo præditos homines haud admodum perstringere queant. Ac de luxu hæc mihi dicta sint. De voluptate autẽ, & hæc, & his plura dicentur. Nam si, vt de sumptibus & probro atque infamia nihil dicam, funesta bella, & plagæ, ex quibus plerumque pericula & mortes oriuntur,

minimè patit, voluptas sanè appelletur. Si autem & dedecoris, & inexpiabilium bellorum & periculorum, & mortium, & reprehensionum, ac sexcentorum aliorum malorum radix est, haud scio an hanc voluptatem nominare oporteat, quæ tot dolorum & acerbitatum causa est, atque à ramis suis opprimitur ac deletur. Nam quòd nec ante venereum congressum, nec in ipso congressu, nec post eum appareat, missum faciat, non vt infirmum aliquid & imbecille, sed quòd libidinosorum & intemperantium hominum socordiam atque ignauiam minimè vellicet. Nam si quis rem accuratè perpendere velit, nec ante congressum, nec in eo, nec post eum apparet: verùm ante eum perspicua est rabies: in eo autem haud dubius furor, atque eiusmodi agitatio, quæ nullo fræno coërceri queat: post eum autem, furoris potiùs leuatio, quàm voluptatis fructus. Nam qui libidinem expleuit, idem voluptatem etiã extinxit. Qui autem in ea est, in oblectamento non est, verùm in agitatione, & œstro ac perturbatione. Quocirca si hæc ita se habent (habent autem, vt quidem mihi persuadeo) atque tum facilior, tum iucundior, naturæque congruentior, citra vllam dubitationem esse virtus demonstrata est, compressis manibus, lætóque atque alacri animo eam complectamur, quę sui amantes & in hac, & in altera vita insignes atque conspicuos reddit.

κατοι καὶ κίνδυνοι ἀποτίκτονται, καλεῖσθαι ἡδονή. εἰ δὲ καὶ αἰσχύνης, καὶ πολέμων ἀκηρύκτων, καὶ κινδύνων, καὶ θανάτων, καὶ κατηγοριῶν καὶ ἄλλων μυρίων κακῶν ἐστὶ ῥίζα. οὐκ οἶδα εἰ χρὴ ταύτην καλεῖσθαι ἡδονήν, τὴν τοσούτων ἀλγεινῶν αἰτίαν, καὶ ὑπὸ τῶν κλάδων ἀφανιζομένην. τὸ γὰρ μηδὲ φαίνεσθαι αὐτὸν, μήτε πρὸ τῆς μίξεως, μήτε ἐν αὐτῇ, μήτε μετὰ ταύτην, παρήσω, οὐχ ὡς ἀσθενὲς, ἀλλ' ὡς τῆς τῶν ἀκολάστων μὴ καθαπτόμενον ῥαθυμίας. εἰ γάρ τις ἀκριβῶς βασανίζειν ἐθέλοι, οὔτε πρὸ τῆς μίξεως, οὔτε ἐν αὐτῇ, οὔτε μετὰ ταύτην φαίνεται. ἀλλὰ πρὸ μὲν αὐτῆς, λύττα ἐστὶ λαμπρά. ἐν αὐτῇ δὲ μανία σαφὴς, καὶ κλόνος ἄσχετος. μετὰ δ' αὐτὴν, μανίας μᾶλλον ἀπαλλαγὴ, ἢ ἡδονῆς ἀπόλαυσις. ὁ μὲν γὰρ πληρώσας τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν ἡδονὴν ἔσβεσεν. ὁ δ' ἐν αὐτῇ ὢν, οὐκ ἔστιν ἐν εὐφροσύνῃ, ἀλλ' ἐν κλόνῳ, καὶ οἴστρῳ, καὶ ταραχῇ. εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει. ἔχει δὲ, ὥς γε ἐμαυτὸν πείθω, καὶ εὐκολωτέρα, καὶ ἡδίων, καὶ τῇ φύσει μᾶλλον ἁρμόττουσα ἀναμφιβόλως ἀπεφάνθη ἡ ἀρετὴ, ἀπρὶξ καὶ εὐθύμως περιεχώμεθα ταύτης, τῆς κἀνταῦθα κἀκεῖ ἀποβλέπτους ποιούσης τοὺς ἐραστάς.

Heraclidi Episcopo. 241.

Apud Christianos solos, qui quidem verè hoc cognomēto digni sunt (neque enim quisquam à vulgi stoliditate atque improbitate religionem æstimet) connectuntur ea, quæ plurimùm inter se disiuncta sunt. Animi autem magnitudo ab omni arrogantia & contumacia libera, atque in sedatis & compositis moribus solertiam retinens mansuetudine temperatur. Etenim superbiæ nihil secum ferens, verùm lenitate ac morum facilitate condita (quod dictu mirum est) humilis & abiecti animi

Ἡρακλείδῃ ἐπισκόπῳ. σμα.

Παρὰ χριστιανοῖς μόνοις, τοῖς γε ὡς ἀληθῶς τῆς προσηγορίας ἀξίοις· μὴ γάρ τις ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν σκαιότητος κρινέτω τὴν θρησκείαν· συμπλέκεται τὰ πλεῖστον ἀλλήλων διεστῶτα. ἡ γὰρ μεγαλοφροσύνη πάσης αὐθαδείας καθαρεύουσα, καὶ ἐν σχολαίῳ τῷ ἤθει τὸ ἀγχίνουν σώζουσα, ἐπιεικείᾳ κεκρᾶται. ὑπερηφανίας γὰρ οὐδὲν ἐπαγομένη, ἀλλὰ πρὸς ἐπιείκειαν κεκραμένη, ὅπερ παράδοξον εἰπεῖν, ἐκκλίνει τὴν ταπεινότητα· τὰ μὲν μὴ ἐπαίρεσθαι

κατὰ τῶν πέλας μετριοφρονοῦσα. τῷ δὲ μὴ ὑποκύπτειν τοῖς φόβοις καὶ τοῖς κινδύνοις. ἀλλὰ καὶ κολακείας καὶ δουλοπρεπείας ἀνωτέρα εἶναι, τὴν μεγαλοψυχίαν ἐπιδεικνυμένη. οὐ γὰρ τὸν δουλοπρεπῆ καὶ κόλακα, μετριόφρονα ὁρίζεται, οὐδὲ τὸν αὐθάδη καὶ ἀλαζόνα, μεγαλόφρονα. ἀλλ' ἑκατέρων τὰ ἀγαθὰ θηρῶσα, τὰ δυσχερῆ ἐκκλίνει, ἵνα τὰς ἀγχιθύρους τῶν ἀρετῶν κακίας φυγοῦσα, αὐτὴν καθαρῶς ἀναδύσηται τὴν ἀρετήν.

affectum deuitat: hactenus videlicet modestiam præstãs, quòd aduersus proximos minimè se efferat: ac rursum eatenus magnitudinis animi specimen edens, quòd nec terroribus, nec periculis succumbat, atque etiam adulatione ac seruili demissione superiorem se præbeat. Non enim seruilis animi hominem & adulatorem modestum esse statuit, nec rursum contumacem & arrogantem, magnanimum: verùm vtriusque bona aucupans, vitia deuitat: quò nimirum vitia virtutibus propinqua fugiens, ipsam virtutem purè ac syncerè adipiscatur.

Τῷ αὐτῷ. σμγ.

Ἐπὶ τὸν κατὰ τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς ἱερὸν χρὴ χωρῆσαι πόλεμον, οὐχ ἑαυτοῖς θαρροῦντας, ἀλλὰ τῇ θείᾳ συμμαχίᾳ ἐπιτρέποντας τὸ νικᾶν. εἰ γὰρ καὶ οὕτως ὁρμήσομεν, πᾶσαν μὲν παρασκευὴν καὶ παράταξιν, καὶ πόνους καὶ ἀγρυπνίας κινοῦντες, τῇ δ' ἄνωθεν ῥοπῇ θαρροῦντες ῥᾳδίως περιεσόμεθα, καὶ λαμπρὰ κατ' αὐτῶν στήσομεν τὰ τρόπαια, ταῖς κατὰ μέρος νίκαις, τὰς ἀγαθὰς ἐλπίδας συναύξοντες.

Eidem. 243.

Ad sacrum bellum cum carnis vitiis gerendum nos conferamus oportet: sic tamen, vt non in nobisipsis fiduciam collocemus, verùm diuino subsidio victoriam permittamus. Si enim ad hunc modum progrediamur, vt omnem quidem apparatum, & prælium, & labores ac vigilias suscipiamus, in diuina autem ope atque auxilio fiduciam nostram positã habeamus, victoriam facilè consequemur, ac præclara aduersus ea trophæa erigemus, vnà cum iis victoriis, quas paulatim ac serie quadã obtinebim⁹, bonas quoque spes adaugẽtes.

Ἀπολλωνίῳ διακόνῳ. σμδ.

Δύο γενικῶν κακιῶν οὐσῶν, τῆς τε νοουμένης, τῆς τε δρωμένης. ἡ μὲν διὰ τῶν ἔργων, πάλαι διὰ τοῦ νόμου ἐκολάσθη. ἡ δὲ νοουμένη, διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἀνεστάλη, οὐ τὸ ἔργον μετὰ τὴν πρᾶξιν τιμωρουμένου, ἀλλ' ὅπως ἂν μηδ' ἀρχὴν λάβοι τὸ κακὸν προμηθουμένου. τότε μὲν γὰρ τῇ χειρὶ, νῦν δὲ τῇ ψυχῇ ἐνομοθετήθη.

Apollonio Diacono. 144.

Cùm duo summa vitiorum genera sint, alterum quod animo & cogitatione concipitur, alterum quod opere perpetratur: hoc quod opere perpetratur olim per legem interdictum ac vindicatum est, illud autem quod in cogitatione positum est, per Euangelium repressum atque coërcitum. Euangelium quippe non opus, post flagitium editum, punit: verùm id prouidet, vt ne ortum quidem omnino vitium capiat. Tum enim manui, nunc autem animæ lex lata est.

Ἀμμωνίῳ. σμε.

Ὥσπερ οἱ μανίᾳ ἀνιάτῳ ληφθέν-

Ammonio. 245.

Quemadmodum qui incurabili furore

correpti sunt, præ doloris magnitudine sensum quoque doloris amittunt: sic etiã qui eo prolapsi sunt, vt nullo iam dolore tangantur (quorum numerum Zozimus quoque, vt scripsisti, auget) quodammodo etiam in stupore atque insensibilitate sunt, ne illud quidem scientes quo in malo versentur.

Eutonio Diacono. 246.

Quãdoquidem tum demum is qui laude afficitur ampliorem gloriam percipit, cùm is qui orationem habere aggressus est, priùs etiam quàm loquatur, victum se esse prædicat; idcirco ipse quoque clarissimi viri Eustathij virtutibus commemorãdis imparẽ me esse agnoscens, conticescã.

Theodosio Episcopo. 174.

Discat Eusebius, Pelusiotarum antistes, quid sit Ecclesia. Est enim absurdissimum ac perquàm graue, ipse ne hoc quidem cognitum habentem, in hac opinione versari, vt Episcopum se esse existimet. Nam quod sanctorum cœtus sit, ex recta fide, atque optima viuendi ratione collectus, Ecclesia sit, inter eos constat, qui sapientiã degustarunt. Quòd autem ille hoc ignorãs veram Ecclesiam euertat, dum multis offendiculi causam præbet, templum autẽ extruat, atque illam quidem ornatu spoliet, probos viros expellens, hoc autem magnificis marmoribus exornet, hoc quoque nemini obscurum est. Quòd si ille certò cognoscat, aliud Ecclesiam, aliud tẽplum esse (nam ea ex immaculatis animis constat, hoc autem ex lapidibus & lignis exædificatur) sic existimo, eum finem facturum esse illam euertendi, hoc impensiùs, quàm necesse sit, exornandi. Neque enim parietum, sed animarum causa cælestis rex huc venit. Quòd si se ignorare fingat, quod dico, etiamsi vel tardissimis quàm maximè clarum ac conspicuum sit, exemplis hoc declarare conabor. Vt enim aliud est sacrificium, aliud altare, aliud

τες τῇ ἐμβολῇ τῆς νόσου καὶ τὴν αἴσθησιν ὧν πάσχουσι παραιροῦνται, οὕτω καὶ οἱ εἰς ἀναλγησίαν ἐκπεπτωκότες, ὧν εἷς ἐστιν ὡς γέγραφας καὶ Ζώσιμος, καὶ τρόπον τινὰ ἐν ἀναισθησίᾳ εἰσίν, οὐδὲ οἱ τῶν κακῶν εἰσιν εἰδότες.

Εὐτονίῳ διακόνῳ. σμϛ.

Ἐπειδὴ τότε ὁ ἐγκωμιαζόμενος δόξαν σεμνοτέραν καρποῦται, ὅταν ὁ λέγειν ἐπιχειρήσας, καὶ πρὶν εἰπεῖν κηρύξῃ τὴν ἧτταν, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἡττώμενος ταῖς τοῦ ἀοιδίμου Εὐσταθίου ἀρεταῖς σιωπήσομαι.

Θεοδοσίῳ ἐπισκόπῳ. σμζ.

Μανθανέτω Εὐσέβιος ὁ τοῦ λαοῦ τοῦ ἐπὶ τῆς Πηλουσιωτῶν παροικοῦντος ἱερεὺς, τί ἐστιν ἐκκλησία. ἀτοπώτατον γάρ ἐστι καὶ λίαν δεινότατον, μηδὲ τὸ αὐτὸ γινώσκοντα δοκεῖν ἱερᾶσθαι. ὅτι γὰρ τὸ ἄθροισμα τῶν ἁγίων τὸ ἐξ ὀρθῆς πίστεως καὶ πολιτείας ἀρίστης συγκεκροτημένον ἐκκλησία ἐστὶ, δῆλόν ἐστι τοῖς σοφίας γευσαμένοις. ὅτι δὲ τοῦτο μὴ γινώσκων ἐκεῖνος, τὴν μὲν ὄντως ἐκκλησίαν καθαιρεῖ σκανδαλίζων πολλούς. τὸ δ' ἐκκλησιαστήριον οἰκοδομεῖ, καὶ τὴν μὲν ἀποκοσμεῖ, τοὺς σπουδαίους ἐξοστρακίζων· τὸ δὲ πολυτελέσι μαρμάροις κοσμεῖ, καὶ τοῦτο πᾶσιν ἐστι γνώριμον. εἰ δὲ γνοίη ἀκριβῶς, ὅτι ἄλλο ἐστὶν ἐκκλησία, καὶ ἄλλο ἐκκλησιαστήριον. ἡ μὲν γὰρ ἐξ ἀμώμων ψυχῶν συνέστηκε, τὸ δ' ἀπὸ λίθων καὶ ξύλων οἰκοδομεῖται, ἡγοῦμαι ὅτι παύσεται τὴν μὲν καθαιρῶν, τὸ δὲ πλέον τῆς χρείας κοσμῶν, οὐ γὰρ τοίχων ἕνεκεν, ἀλλὰ ψυχῶν, δεῦρ' ἐπεφοίτησεν ὁ τῶν οὐρανῶν βασιλεύς. εἰ δὲ προσποιοῖτο τὸ λεγόμενον ἀγνοεῖν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα, καὶ τοῖς λίαν βραδυτάτοις ἐστὶ

ἐστὶ

ἐστὶ καταφανὲς διὰ παραδειγμάτων τοῦτο σαφηνίσαι πειράσομαι. ὥσπερ γὰρ ἄλλο ἐστὶ θυσιαστήριον, καὶ ἄλλο θυσία. καὶ ἄλλο θυμιατήριον. καὶ ἄλλο θυμίαμα. καὶ ἄλλο βουλευτήριον, καὶ ἄλλο βουλή. τὸ μὲν γὰρ τὸν τόπον ἐν ᾧ συνεδρεύουσι μηνύει. ἡ δὲ τοὺς βουλευομένους ἄνδρας, οἷς καὶ ὁ κίνδυνος, καὶ ἡ σωτηρία ἀνήκει, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἐκκλησιαστηρίου, καὶ τῆς ἐκκλησίας. εἰ δὲ μηδ' οὕτως νενοηκέναι φαίη, μανθανέτω, ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν ἀποστόλων, ὅτε ἡ ἐκκλησία ἐκόμα μὲν χαρίσμασι πνευματικοῖς, ἔβρυε δὲ πολιτείᾳ λαμπρᾷ, ἐκκλησιαστήρια οὐκ ἦν. ἐπὶ δὲ ἡμῶν τὰ ἐκκλησιαστήρια πλέον τοῦ δέοντος κεκόσμηται. ἡ δ' ἐκκλησία, ἀλλ' οὐδὲν βούλομαι δυσχερὲς εἰπεῖν, κωμῳδεῖται. ἐγὼ γοῦν εἴγε αἵρεσίς μοι προὔκειτο, ἑλόμην ἂν ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις γεγενῆσθαι, ἐν οἷς ἐκκλησιαστήρια μὲν οὕτω κεκοσμημένα μὴ ἦν, ἐκκλησία δὲ θείοις καὶ οὐρανίοις χαρίσμασιν ἐστεμμένη, ἢ ἐν τούτοις, ἐν οἷς τὰ μὲν ἐκκλησιαστήρια παντοίοις κεκαλλώπισται μαρμάροις, ἡ δ' ἐκκλησία τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ἐκείνων ἔρημη καὶ γυμνὴ καθέστηκε.

Τῷ αὐτῷ. σμη.

Δίκαιον οἶμαι ἐπὶ τῶν μεγίστων ὑποθέσεων, κἂν ὁ λέγων τῆς ἀξίας ἀπολιμπάνηται, μὴ ἀδυναμίαν καταψηφίζεσθαι τοὺς ἀκροωμένους, ἀλλὰ συγγνώμην νέμειν ἐπὶ τὸ τῶν πράξεων μέγεθος τὴν αἰτίαν ἀναφέροντας.

Ἠλίᾳ καὶ Δωροθέῳ πολιτευομένοις. σμθ.

Ἐγὼ φίλος μὲν ὑμῶν εἶναι ὁμολογῶ, καλούμενος δὲ εἰς συμμαχίαν παρ' ἑκάστου ὑμῶν, οὐκ οἶδ' ὅπως νῦν διεστῶτος καὶ πολεμοῦντος θατέρου, οὐχ ἥξω. οὐ τὸ εὖ ποιῆσαι τὸν ἕτερον φεύγων, ἀλλὰ τὸ ὁπότερον κακῶς. εἰ δ' ὁ-

thymiamatis locus, aliud thymiama, aliud forum, aliud senatus (illud enim locum in quem coeunt, significat: hic autem viros eos qui consilium ineunt, ad quos & periculum & salus pertinet) eodem modo de templo & Ecclesia statuendum est. Quòd si ne sic quidem se intellexisse dicat, illud ex me discat, quòd Apostolorum tempore, cùm Ecclesia & spiritualibus gratijs abundaret, & vitæ splendore afflueret, nulla tẽpla erant: at nostra tempestate templa plus quàm par sit exornata sunt, Ecclesia autẽ, ne quid grauiùs dicam, comicis cauillis incessitur. Ego verò, si mihi optio daretur, temporibus illis fuisse mallem, in quibus templa quidem non perinde ornata erant, Ecclesia autem diuinis ac cælestibus gratiis vndique cincta & redimita erat, quàm his nostris, in quibus templa quidem omnis generis marmoribus cohonestata sunt, Ecclesia autem spiritualibus illis gratiis nuda & vacua est.

Eidem. 248.

Æquum esse censeo in maximis argumentis, vt etiamsi is qui orationem habet, à susceptæ materiæ dignitate absit, auditores propterea haudquaquam eum imbecillitatis accusent, verùm ei potiùs veniam tribuant, ad rerum gestarum magnitudinem huiusmodi causam referẽtes.

Eliæ & Dorotheo, Remp. gerentibus. 249.

Ego amicum quidem me vestrum esse confiteor: ab vtroque autem vestrum (qui nunc, haud scio qua de causa, alter ab altero hostilibus odiis dissidetis) ad ineundã belli societatem accitus minimè veniam; non quòd alterum iuuare defugiam, sed

ne alterutrum malo aliquo afficiam. At si, id quod oportet, feceritis, atque atrocissima pugna abiecta pacem vobis ob oculos proposueritis, veniam: non vt alterutri aduersus alterum suppetias feram, sed vt ambos rursum amicitiæ nexu deuinciam.

Palladio. 250.

Diuinis oculis nec oculos obuertere, nec repugnare oportet: verùm priusquàm, quid faciendum sit, audierimus, nos id facturos esse polliceri. Nam quòd Deus sit, qui oracula edat, istud & cōtradictionem omnem procul pellit, & obedientiam omnem ac persuasionem efficit. Nam qui, id quod nobis conducit, apprimè nouit, hic & loquens, & leges instituēs, idoneus profectò est, cui fides habeatur.

Zenoni Presbytero. 251.

Corporum cognatio cum morum propinquitate nullo modo comparanda est. Quamobrem si te clarissimi Episcopi Hermogenis patruelem vocem, nihil tibi gratificer. Si autem syncerum discipulum, neutrius causa pudore afficiar. Sic enim & tu præstantissimi viri vestigiis hæsisse videberis, & ille, eum, qui ipsum imitatus sit, egregium ac præstantem virū reddidisse.

Petro. 252.

Duo hæc (ô quonam te nomine nuncupem, vt virtutis tuæ meritū attingam) in causa fuisse existimo, cur homines ad diuinam prædicationem lubentibus animis accesserint, nimirum & sermonem authoritate ac fide plenum, & prædicantium mores. Alterum enim alterius neruus ac robur erat, nimirū sermo, qui fide dignus erat, & vita sermonem confirmans. Non enim alia prædicantes, alia faciebant (alioqui enim ridiculi fuissent, vt nonnulli nostræ tempestatis (nihil enim acerbi dicere volo) verùm congruentem atque consentaneum sermoni vitam præbentes, homines subigebant. Quocirca etiam Christus,

τὸ χρὴ ποιήσετε, καὶ ἀποθέμενοι τὴν ἄσπονδον μάχην εἰς εἰρήνην βλέψετε, ἥξω· οὐ θατέρῳ κατὰ τοῦ ἑτέρου συμμαχήσων, ἀλλ᾽ ἀμφοτέρους πάλιν εἰς φιλίαν συνάψων.

Παλλαδίῳ. σν.

Τοῖς θείοις χρησμοῖς, οὔτ᾽ ἀντιβλέπειν χρὴ, οὔτ᾽ ἀντιφθέγγεσθαι· ἀλλὰ πρὶν ἢ ὅτι χρὴ πράττειν ἀκοῦσαι, τὸ πράττειν ἐπαγγέλλεσθαι. τὸ γὰρ εἶναι θεὸν τὸν θεσπίζοντα, πᾶσαν μὲν ἀντιλογίαν ἐξορίζει, πᾶσαν δὲ πειθὼ δημιουργεῖ. ὁ γὰρ τὸ συμφέρον ἡμῖν διαφερόντως ἐπιστάμενος, οὗτος καὶ λέγων καὶ νομοθετῶν, ἀξιόχρεως ἂν εἴη.

Ζήνωνι πρεσβυτέρῳ. σνα.

Οὐδὲν ἡ σωματικὴ ἀσθένεια τοσοῦτον, ὅσον ἡ τῶν τρόπων ἀγχιστεία. διόπερ εἰ καλέσαιμί σε τοῦ ἀοιδίμου Ἑρμογένους τοῦ ἐπισκόπου ἀδελφιδοῦν, οὐδὲν αὐτοὶ χαρισαίμην. εἰ δὲ γνήσιον φοιτητὴν, οὐδέτερον ἂν αἰσχυνοίμην. οὕτω γὰρ τῷ ἀρίστῳ δόξεις ἠκολουθηκέναι, ἐκεῖνός τε γενναῖον τὸν μιμησάμενον ἀποτετελεκέναι.

Πέτρῳ. σνβ.

Δύο ταῦτα ἡγοῦμαι, ὦ τί σε καλέσας τῆς ἀξίας ἐφάψομαι, πεπεικέναι τοὺς ἀνθρώπους, τῷ θείῳ κηρύγματι, ἀσμένως προσελθεῖν, ὅ, τε λόγος ἀξιόχρεως ὢν, ὅ, τε τρόπος τῶν κηρυττόντων. θάτερος γὰρ θατέρου, νεῦρα καὶ ἰσχὺς ἐτύγχανεν. ὁ μὲν λόγος ἀξιόπιστος ὢν, ὁ δὲ βίος ἐγγυώμενος τὸν λόγον. οὐ γὰρ ἄλλα κηρύττοντες, ἕτερα ἔπραττον. ἢ γὰρ ἂν γέλωτα ὤφλησαν, ὥσπερ τινὲς τῶν νῦν· οὐδὲν γὰρ βούλομαι δυσχερὲς εἰπεῖν, ἀλλὰ συμβαίνοντα τῷ λόγῳ τὸν βίον παρεχόμενοι, ἐχειροῦντο πάντας. διὸ καὶ ὁ Χριστὸς εἰδὼς ὡς λόγος μὲν

μὲν χηρεύων πράξεως, ἀσθενὴς ἐστὶ καὶ ἀδρανής· ὁ δὲ παρὰ τῶν πράξεων ἐμπνεόμενος, ἔμψυχος καὶ γοργὸς καὶ δραστήριος, πᾶσαν αὐτοὺς ἀρετὴν καὶ φιλοσοφίαν διά τε ἔργων διδάξας, διά τε λόγων παιδεύσας, καὶ κοσμήσας τοῖς θείοις χαρίσμασιν, οὕτως ἐπὶ τὴν θήραν τῶν ἀνθρώπων ἐξέπεμψε. μάλα γὰρ ἀκριβῶς ἠπίστατο, ὅτι οὐχ ἧττον τῶν σημείων, ὁ τρόπος τῶν κηρύκων, ἐπάγεσθαι τοὺς ἀνθρώπους δυνήσεται. διασπαρέντες γοῦν εἰς τὴν οἰκουμένην, καὶ καθάπερ ὑπόπτεροι γεωργοὶ, τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας κατασπείραντες, καὶ τὸν τρόπον κατὰ τὴν ὑφήγησιν τοῦ διδασκάλου ῥυθμίσαντες, τόν τε βίον οὐ μόνον ἄληπτον, ἀλλὰ καὶ θαυμαστὸν παρεχόμενοι, πάσης περιεγένοντο τῆς ὑφ᾽ ἡλίῳ. καὶ οὔτε σοφία, οὔτε δυναστεία, οὐ πλοῦτος, οὐ βασιλεία, οὐ τυραννὶς, οὐ βαρβαρικὴ ὠμότης, οὐ δαίμονος φάλαγξ, οὐκ αὐτὸς ὁ διάβολος, οὐ λιμὸς οὐ κρημνὸς, οὐ δεσμωτήρια, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν δοκούντων καὶ ὄντων φοβερῶν, αὐτῶν περιεγένετο. ἀλλὰ πάντες εἶξαν καὶ παρεχώρησαν, καὶ τὴν ἧτταν νίκης ἁπάσης, καὶ τροπαίων ἡγήσαντο εἶναι λαμπροτέραν. ἄμεινον γὰρ τοῦ κακῶς νικᾷν, τὸ καλῶς ἡττᾶσθαι νομίσαντες, οὐρανοπολῖται κατέστησαν.

Μαρτινιανῷ, Ζωσίμῳ, Μάρωνι, Εὐσταθίῳ. σνβ.

Κινδυνεύετε, ὡς πυνθάνομαι, πεφραγμένας ἀπογνώσει τὰς ἀκοὰς ἔχειν. καὶ ὡς ἂν πάλαι καθοσιώσαντες ἑαυτοὺς τῷ τῆς ἁμαρτίας θανάτῳ, παροξύνεσθε πρὸς τοὺς τῶν καλῶν παραινέτας. εἰ τοίνυν ταῦθ᾽ οὕτως ἔχει, θρήνων καὶ ὀλοφυρμῶν, οὐ συμβουλῆς καὶ παραινέσεως, δίκαιοι ἂν εἶτε λοιπὸν τυχεῖν.

Τοῖς αὐτοῖς. σνγ.

Εἰ καὶ αὐτοὶ πολιτείας ἀρίστης ἀμύητοι καὶ ἀτέλεστοι ὄντες, τὰ μὴ λόγῳ

cùm illud exploratum haberet, sermonem actionis expertem mancum & imbecillē esse: eum autem, qui ab actionibus inspiretur, viuum & acrem atque efficacem esse: eos, in omni prius virtutis ac philosophiæ genere, tum per opera, tum per sermonem erudiuit, ac diuinis gratiis coornauit: atque ita demum ad hominum aucupium emisit. Illud enim perspectissimum habebat, quòd præconum mores ad alliciendos mortalium animos non minorem, quàm miracula, vim habituri essent. Itaque cùm per vniuersum terrarum orbem dispersi essent, ac velut pennati agricolæ pietatis doctrinam disseminassent, moresque suos ex magistri præscripto composuissent, vitamque non modò ab omni reprehensionis nota remotam, sed etiam prorsus admirabilem præberent, hac demum ratione, quicquid terrarum sol lustrat, deuicerunt; ac neque sapientia & doctrina, nec potentia, nec opes, nec regnum, nec tyrannis, nec barbarica crudelitas, nec dæmonum phalanx, nec diabolus ipse, nec fames, nec præcipitium, nec vincula, nec denique aliud quicquam ex his, quæ horrenda esse videntur, ac reuera sunt, ipsos fudit, ac deiecit: verùm omnes cesserunt ac manus dederunt, cladémque omni victoria & trophæis splendidiorem esse duxerunt. Præstantius enim esse iudicantes, honestè vinci, quàm malè vincere, cæli ciues constituti sunt.

Martiniano, Zoximo, Maroni, Eustathio. 252.

Videmini, vt audio, meliorum desperatione septas & occlusas aures habere: atque, vt qui iampridem vos ipsos peccati morti deuoueritis, aduersus eos, qui proba consilia vobis præbent, iracundia cōcitati. Quamobrē si ita est, posthac iam vobis luctus & lachrymas, nō consilium & admonitionem adhibere par fuerit.

Iisdem. 253.

Etsi vos, qui optimæ viuendi rationis expertes atque ignari estis, ea, quæ hominibus

vestri similibus minimè exponenda sunt, sermone declarari petentes, vestrum de rebus iudicium vobis surripi non animaduertitis: at ego tamen non eò temeritatis & audaciæ prorumpam, vt ea, quæ nunc vobis audire nefas est, vobis exponam, atque ea, quæ aurium vestrarum captum excedunt, verbis complectar. Non enim fas est, aut eos, qui à sacris alieni sunt, res sacras audire: aut prophanos adyta contueri. Neque enim hoc per mores licet, imò etiam ne diuinum quidem oraculum hoc permittit, apertis verbis clamans, Nolite sanctum dare canibus. Ac propterea, cùm ipse dicere quidem possim, vobis autem dicere non possim, vos potiùs moneo & hortor, vt à vitio abstineatis, ac virtuti studeatis. Quòd si feceritis, earum rerum, de quibus ad me scripsistis, interpretationem audietis.

Isidoro Diacono. 254.

Qui diuina oracula deprauant, atque ad arbitrium suum velut obtorto collo trahunt, grauiùs peccant, quàm vt ipsis ignosci debeat. Neque enim erroris ac deceptionis prætextu sese tueri poterunt, vt qui non simplicitate, sed malitia & animi peruersitate lapsi sint: nec tranquillum illũ ac placidum oculum fallent, cui, à vitio & improbitate præcipites acti, contraria profiteri minimè dubitarunt.

Ophelio Grammatico. 255.

Multi sophistæ per eam gloriam, quam priùs adepti sunt, detrimenta ea, in quæ postea incidunt, obtegere conantur: vt qui priùs quidem res superarint, nunc autem earum magnitudine victi sint.

Olympiodoro. 256.

Demiror qui fiat, vt cùm Platonem admireris, eius tamen consilia & præcepta parui pendas. Ille enim virtutis surculos

ῥητά, τοῖς ὥσπερ ὑμεῖς διακειμένοις, σαφηνισθῆναι διὰ λόγων παρακεκληκότες τὸν περὶ τὰ πράγματα λογισμὸν λανθάνετε κλεπτόμενοι. ἀλλ' ἐγὼ οὐ τόλμῃ παραχθήσομαι εἰς τὸ ῥητὰ ὑμῖν ποιῆσαι, τὰ τέως ὑμῖν ἄρρητα, καὶ ὑπὸ λόγους ἀγαγεῖν, τὰ ὑπὲρ τὰς ὑμετέρας ἀκοάς. οὐ γὰρ θέμις, οὔτε τοῖς ἀνιέροις τὰ ἱερὰ ἀκούειν, οὔτε τοῖς βεβήλοις τὰ ἄδυτα κατοπτεύειν. ὁ γὰρ θεσμὸς οὐκ ἐᾷ, μᾶλλον δὲ ὁ θεῖος χρησμὸς οὐκ ἐπιτρέπει, διαρρήδην βοῶν, Μὴ δότε τοῖς κυσὶ τὰ ἅγια. διὸ καὶ αὐτὸς ἔχων μὲν εἰπεῖν, ὑμῖν δὲ εἰπεῖν οὐκ ἔχων, παραινῶ μᾶλλον ἀπέχεσθαι μὲν κακίας, ἀντέχεσθαι δὲ ἀρετῆς. εἰ γὰρ ταῦτα ποιήσετε, τῆς ἑρμηνείας ὧν γεγράφατε, οὐκ ἀνήκοοι ἔσεσθε.

Ἰσιδώρῳ διακόνῳ. σνδ.

Οἱ τοὺς θείους χρησμοὺς παραποιοῦντες, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα ἐκβιαζόμενοι, συγγνώμης ἁμαρτάνουσι μείζονα. οὔτε γὰρ τὴν ἐξ ἀπάτης καὶ παραλογισμοῦ δοκοῦσαν εἶναι ἀπολογίαν, συνηγοροῦσαν ἕξουσι τῷ ἀπὸ κακουργίας. ἀλλ' οὐκ ἀπὸ ἁπλότητος ἐσφάλθαι, οὔτε τὸν γαληνὸν καὶ ἥμερον ὀφθαλμὸν λήσονται, οὗ τἀναντία ἐκβακχευθέντες ὑπὸ τῆς κακίας δογματίσαι ἐτόλμησαν.

Ὠφελίῳ Γραμματικῷ. σνε.

Πολλοὶ τῶν σοφιστῶν ἐκ τῆς προϋπαρξάσης εὐκλείας τὰς συμβαινούσας ἥττας περιστέλλειν πειρῶνται, ἅτε πρότερον μὲν τῶν πραγμάτων γεγονότες κρείττονες, νῦν δὲ ὑπὸ τούτων κρατηθέντες.

Ὀλυμπιοδώρῳ. σνϛ.

Θαυμάζω, πῶς Πλάτωνα θαυμάζων, τὰς παραινέσεις αὐτοῦ παραφαυλοντίθεσθαι. ἐκεῖνος μὲν γάρ φησι τοὺς τῆς

τῆς ἀρετῆς κλῶνας πόνῳ καὶ ἱδρῶτι φύεσθαι. σὺ δ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἄπονον ἐπανείλου βίον.

Εὐτονίῳ διακόνῳ. σνζ.

Τῶν πλεονεκτῶν καὶ ἀδίκων, οἱ μὲν εἰδότες ὅτι ἁμαρτάνουσιν, οἱ δὲ μηδ' ὅτι ἁμαρτάνουσιν εἰδότες ἀνιῶσι. τὸ γὰρ μὴ αἰσθέσθαι τῆς ἀρρωστίας, ἐν ᾗ εἰσιν, ἐπίτασις ἀναισθησίας ἐστὶ, καὶ εἰς ἀναλγησίαν παντελῆ καὶ νεκρότητα τελευτᾷ. τούτους τοίνυν χρὴ μάλιστα ἐλεεῖν. τὸ γὰρ κακῶς ποιεῖν τοῦ κακῶς πάσχειν ἐστὶν ἐλεεινότερον. τοῖς μὲν γὰρ περὶ τῶν ἐσχάτων ὁ κίνδυνος σαλεύει. τοῖς δὲ μέχρι χρημάτων ἐστὶν ἡ ζημία. ἄλλως τε δὲ καὶ διττῆς οὐκ αἰσθάνονται νεκρώσεως. ἀτελοῦς γὰρ καὶ παιδικῆς διανοίας ἐκφέρουσι δεῖγμα. ἐπεὶ καὶ τὰ κομιδῇ νήπια, τῶν μὲν ὄντως φοβερῶν, οὐδένα ποιεῖται λόγον, ἀλλὰ καὶ πυρὶ πολλάκις ἐπαφίησι τὰς χεῖρας. προσωπεῖα δὲ διάκενα καὶ μορμολύκεια θεώμενα, δεδίττεται καὶ τρέμει. τούτοις κινδυνεύουσιν ἐοικέναι, καὶ οἱ τῆς πλεονεξίας ἐρασταὶ, πενίαν μὲν δεδιότες, ἥ τις οὐκ ἔστι φοβερὰ, ἀλλὰ καὶ ἀσφαλείας ἁπάσης, καὶ μετριοφροσύνης ὑπόθεσις. πλοῦτον δ' ἄδικον περὶ πολλοῦ ποιούμενοι. οὕτως πυρός ἐστι φοβερώτερος. τεφροῖ γὰρ τῶν ἐχόντων, καὶ τὰ φρονήματα καὶ τὰς ἐλπίδας.

Τῷ αὐτῷ. σνη.

Μάλα ἀκριβῶς οἶδα, ὅτι τοὺς μὲν τῆς ἀρετῆς καρποὺς μεγάλους εἶναι, κἂν κινδυνεύῃς, νομίζεις. ἀθυμεῖς δὲ τοῖς πολλοῖς νομιζόμενος δυστυχεῖν. ἀλλ' ἐὰν μὴ τῇ τῶν πολλῶν ὑπονοίᾳ καὶ δόξῃ, ἀλλ' ἀκριβεῖ λογισμῷ ἐξετάσαι τὸ πρᾶγμα ἐπιτρέψειας, ἡ ἀθυμία φρούδη οἰχήσεται. μᾶλλον δὲ

non sine labore ac sudore ferri ait: tu autẽ, quonam pacto haud scio, genus vitæ laboris expers suscepisti.

Eutonio Diacono. 257.

Ex iis qui plus habendi cupiditate flagrant, atque inferendis iniuriis delectantur, qui peccare se sciunt, grauiter ægrotãt: qui autem ne peccatum quidem suum agnoscũt, perditè ac deploratè. Hoc ipsum enim non sentire morbum in quo versantur, insensibilitatis incrementum est, atque in perfectum stuporem ac mortem desinit. Quocirca hos maximè lugere cõuenit. Malum enim inferre miserius est, quàm malo affici. Nam illis de animæ salute periculum imminet: his autem detrimentum in pecuniis subsidit, nec vltra progreditur. Quin alioqui etiam duplicẽ mortem non sentiunt. Imperfecti enim ac puerilis animi documentũ præbent. Quãdoquidem ij quoque qui tenera admodũ aut puerili ætate sunt, ea, quæ verè horrenda & pertimescenda sunt, nihil curant, imò etiam manus persæpe in ignem iniiciunt, inanes autem laruas ac spectra cõspicientes, metu percelluntur, & contremiscunt. His porrò non dissimiles esse videntur homines pecuniæ ac rapacitatis studiosi: vt qui paupertatem quidem quæ non modò nihil habet, quod metuendum sit, verùm etiam securitatis omnis ac modestiæ materia est, pertimescant; iniquas autem diuitias plurimi ducant, quæ tamẽ quouis igne magis timendæ sunt. Siquidẽ dominorum suorum, & animos, & spes exurunt, atque in cinerem redigunt.

Eidem. 258.

Illud compertissimũ & exploratissimum habeo, te magnos quidem esse virtutis fructus, etiamsi in periculo verseris, existimare: verùm eo nomine mœrere ac discruciari, quòd plerisque miser esse videaris. At si non vulgi opinioni ac suspicioni, verùm accurato rationis examini rem permiseris, huiusmodi mœror euanescet, imò etiam

lætitiæ causam tibi allaturus est. Siquidem pro certaminum huius vitæ ratione, virtutis quoque coronæ nectuntur.

θυμηδίας πρόξενος γενήσεται. ἀνάλογος γὰρ τοῖς ἐνταῦθα ἀγῶσι, καὶ οἱ τῆς ἀρετῆς πλέκονται στέφανοι.

Theodosio Presbytero. 259.

Apud homines par culpa esse videtur, iis, à quibus beneficium acceperis vicem non rependere, & hostes minimè vlcisci. At apud diuinam philosophiam illud quidem obtinet vt benè de nobis meritos remuneremur: at non item illud, vt iniurios vlciscamur: verùm omnino quidē patientiam adhibeamus: si autem fieri possit, eos etiam beneficiis prosequamur.

Θεοδοσίῳ πρεσβυτέρῳ. σνθ.

Παρὰ μὲν ἀνθρώποις ἴσον εἶναι δοκεῖ τὸ εὐεργέτας μὴ ἀμείβεσθαι, καὶ ἐχθροὺς μὴ ἀμύνεσθαι· παρὰ δὲ τῇ θείᾳ φιλοσοφίᾳ τὸ μὲν ἀμείβεσθαι τοὺς εὐεργέτας κρατεῖ· τὸ δὲ ἀμύνεσθαι τοὺς ἐχθροὺς οὐχί, ἀλλὰ παντὶ μὲν τρόπῳ τὸ ἀνεξικακεῖν, εἰ δ' οἷόν τε καὶ εὐεργετεῖν.

Theoni Episcopo. 260.

Quemadmodum fortis & humanus rex legibus cum armis coniunctis omne contumeliæ ac petulantiæ studium profligat, eos nimirum qui legum auditioni morigeros se præbent, citra pœnam ad officium reuocans, eos autem, qui præfracto & contumaci animo sunt, vi atque armis coercens: eodem modo pius ac mansuetus sacerdos legibus metum adiungens, atque imperium lenitate condiens, omne improbitatis studium, quantum quidem in ipso situm est, fugat: eos nempe subditorum, qui sermonibus cedunt, sermonum ope atque adiumēto curans, eos autem, qui peruicaces, & immorigeri sunt, legitimis animaduersionibus eò, velut porrecta manu, ducens, vt posthac minime peccent.

Θέωνι ἐπισκόπῳ. σξ.

Ὥσπερ ἀνδρεῖος καὶ φιλάνθρωπος βασιλεὺς τοῖς νόμοις τὰ ὅπλα μίξας, πᾶσαν ὕβρεως μελέτην τρέπεται· τὸ μὲν τῇ ἀκροάσει τῶν νόμων πειθόμενον, δίχα κολάσεως ἐπιστρέφων· τὸ δ' ἀνήκοον, τῇ διὰ τῶν ὅπλων ἀνάγκῃ παιδαγωγῶν· οὕτω καὶ εὐαγὴς καὶ ἐπιεικὴς ἱερεὺς τοῖς θεσμοῖς τὸν φόβον μίξας, καὶ τῇ ἀρχῇ τὴν ἐπιείκειαν κεράσας, πᾶσαν κακίας μελέτην τό γε ἧκον εἰς αὐτὸν τρέπεται τῶν ὑπηκόων· τὸ μὲν λόγοις εἶκον, λόγοις θεραπεύων· τὸ δ' ἀνήκοον τῷ διὰ τῶν θεσμῶν σωφρονισμῷ, εἰς τὸ μηκέτι ἁμαρτάνειν χειραγωγῶν.

Zosimo Presbytero. 261.

Etsi nec homines erubescis, nec famæ atque existimationis rationem vllam habes: at eam tamen, quæ huiusmodi flagitia diuinitùs consequitur, pœnam fac pertimescas. Quāquam enim ea in præsens moratur atque conquiescit (ad pœnitentiam scilicet inuitans) tamen aliquāto post, eos, quos ne tanta quidem benignitas vllo pudore commouerit, acerbiùs persequetur. Ac multi ne in hac quidem vita inuictam illam manum effugerunt, verùm eiusmodi calamitatibus correpti sunt, vt ipsas quoq; tragœdias magnitudine sua obscurarent. Multi autem qui huius vitæ tormenta effugisse videbantur, in amarulentiores alterius vitæ cruciatus inciderunt, nimirum vi illa scelerū vindice iustè ipsis pœnam remetiente.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. σξα.

Εἰ καὶ τοὺς ἀνθρώπους οὐκ ἐρυθριᾷς, οὐδὲ ὑπόληψιν ἀντιποιῇ, κἂν τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ τοῖς τοιούτοις τολμήμασιν ἑπομένην φοβήθητι δίκην. εἰ γὰρ καὶ αὐτίκα δὴ μάλα μακροθυμεῖ, εἰς μετάνοιαν καλοῦσα· ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον, πικρότερον μετελεύσεται τοὺς μηδὲ τὴν τοσαύτην φιλανθρωπίαν αἰδεσθέντας. πολλοὶ μὲν οὖν κἀνταῦθα τὴν ἄληπτον οὐ διαπεφεύγασι χεῖρα, ἀλλ' ὑπὸ τοιούτων κατελήφθησαν συμ-

φορῶν, ὡς ἀποκρύψαι τῷ μεγέθει τὰς τραγῳδίας. πολλοὶ δ' ἐνταῦθα δόξαντες διαπεφευγέναι κολαστήρια, τῶν ἐκεῖσε πικροτέρων ἀπέλαυσαν, τῆς δίκης δικαίως αὐτοῖς ἀντιμετρησάσης τὴν δίκην.

Hermogeni Episcopo. 262.

Amici illi, de quibus ad me scripsisti, nec consilio, nec cohortatione opus habent. Videntur enim contentioni huic, qua de præclarissimis rebus inter se certant, nunquam finem impositur, verùm ad extremum vsque (vt qui cælestium præmiorū desiderio vehementer æstuent) de victoria solicitudinem habituri.

Ἑρμογένει ἐπισκόπῳ. σξβ.

Οἱ φίλοι περὶ ὧν γέγραφας, οὔτε παραινέσεως δέονται, οὔτε προτροπῆς. ἐοίκασι γὰρ οὐ παυσομένοις οὐδέποτε τῆς ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ἁμίλλης, ἀλλ' ἕως τέλους, ἅτε δὴ τῶν οὐρανίων γερῶν δεινῶς ἐφιέμενοι, τὴν ἐπὶ τῇ νίκῃ ἀγωνίαν ἕξοντες.

Isidoro Episcopo. 263.

Quo tempore Ægyptia illa, libidinosa inquam illa mulier, quæ vt persuasu facilis, ita etiam ad persuadēdum miram vim habebat (vt plurimum enim eiusmodi ingenio esse videtur mulier) insano pudicissimi iuuenis Iosephi amore deflagrauit, cúmque eum nullis sermonibus ad stuprū inducere posset, ad vim ei inferendam se conuertit, atque ille, strenui cuiusdam athletæ instar, exuta veste (arreptam enim eam tenebat illa, libidine temulenta) indumentis quidem nudus, verùm ab adulterio purus excedens pudicitiæ coronam adeptus est, tum verò illa mœrens sedebat, reuera quia, quod cupiebat, minimè assecuta fuerat, falsa autem specie, ob fictam castitatem. Cùm itaque maritus venisset, aut quòd accusari metueret, aut quòd Iosephum vlcisci vellet, acerbissimè irascitur, ac cupiditatem omnem, mœrorem, metum, contumeliam, & iracundiam admiscens, animo voluebat, quonam pacto de eo supplicium sumeret. Et quidem eius criminis, quo ipsa accusari debebat, eum insimulat. Maritus autem ne facta quidem ipsi pro se dicendi potestate, in carcerem eum cōiicit. At verò incorruptus ille ocu-

Ἰσιδώρῳ ἐπισκόπῳ. σξγ.

Ὅτε ἡ Αἰγυπτία, ἡ ἀκόλαστος ἐκείνη φημὶ γύναιον, τὸ ὀξὺ μὲν πεισθῆναι, πεῖσαι δὲ δεινότατον· τοιοῦτον γὰρ χρῆμα, ὡς τὰ πολλὰ εἶναι δοκεῖ, ἡ γυνή, τῷ σωφρονεστάτῳ Ἰωσὴφ ἐπεμαίνετο, καὶ λόγοις πείθειν οὐχ οἵα τε οὖσα, ἐπὶ τὸ βιάσασθαι τὸν νεανίαν ἐτράπη· κἀκεῖνος, ὥσπερ ἀθλητὴς γενναῖος, τὴν ἐσθῆτα ἀποδυσάμενος· εἴχετο γὰρ αὐτῆς ἐκείνη ὑπὸ τοῦ πάθους μεθύουσα· γυμνὸς μὲν ἱματίων, καθαρὸς δὲ μοιχείας ἐξελθών, τοὺς τῆς σωφροσύνης ἀνεδήσατο στεφάνους. τότε δὴ τότε ἐκαθέζετο ἐκείνη κατηφής· τὸ μὲν ἀληθές, ὅτι διήμαρτε τῆς ἐπιθυμίας· τὸ δὲ ψεῦδος, ἐπὶ τῇ ἐπιπλάστῳ σωφροσύνῃ. ἐλθόντος γοῦν τοῦ ἀνδρός, ἢ δεδοικυῖα γραφὴν ὑπομεῖναι, ἢ ἀμύνασθαι αὐτὸν βουλομένη, ἐν ὀργῇ ἀκατασχέτῳ γίνεται, καὶ ἀναμίξασα πάντα, πόθον, λύπην, φόβον, ὕβριν, ὀργήν, ἐνενόει ὅπως αὐτὸν τιμωρήσηται. καὶ δὴ γραφὴν αὐτὸν γράφεται, ἣν γραφῆναι ὤφειλεν· ὁ δὲ μηδ' ἀπολογίας μεταδοὺς, εἰς δεσμωτήριον ἐμβάλλει· ἀλλ' ὁ ἀδέκαστος ὀφθαλμός, ὁ τῆς σωφροσύνης

lus, pudicitiæ legislator & arbiter ad regium thronum ipsum euexit. Quocirca nos quoque nec calumniam, nec obtrectationem, aliud quicquam eorum quę grauia & acerba esse videntur, graue esse existimemus: verùm peccatum solum. Atque ita omnino aut in hac, aut in altera vita preciosissimas coronas consequemur.

Lampetio Episcopo. 264.

Vnusquisque eorum, qui hanc Epistolam lecturi sunt, de eo quod dicturus sum, vt volet, sentiat. Ego verò non Sacerdotij regulam nunc informare proponens, sed viam ad illud ferentem statuens, hoc aio, eum qui ad hoc imperium antè prosiliit, quàm Ecclesiasticarum sanctionum imperium sustinuerit, haudquaquam ad subditorum vtilitatem huiusmodi prouinciam persequi: hunc autem qui in subditi gradu atque ordine sese cum laude in iis virtutibus, quæ antistitem decent, exercuit, maximum ad muneris sui administrationem bonum, hoc est experimentum habentem venire. Nam ille priusquàm ipsemet mores suos composuerit, alios componere ac moderari aggrediens, à veritate aberrat: hic autem compositis primùm suis moribus, factóque rei periculo, ad moderandā aliorum vitam aptus atque idoneus reperietur. Quandoquidem ille, antequàm armis assueuerit, imperator creari cupit: hic autem probi & clari militis officio functus, præstantior quoque & illustrior erit imperator. Atque ille quidem instruendi in aciem exercitus expers & ignarus, tribuni militaris gradum sibi vendicat: hic autem in eiusmodi studiis versatus & excultus, tribunus designatur.

Maroni. 265.

Etiamsi sexcentas opum vias aperias, tamen non dicam satietatem, sed ne vias quidem, quas illæ peragrant, inuenies. Siquidem eos odio habent, qui inexplebili

καὶ νομοθέτης καὶ βραβευτής, εἰς τὸν θρόνον ἀνήγαγεν αὐτὸν τὸν βασιλικόν. τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς μήτε συκοφαντίαν, μήτε κατηγορίαν, μήτ' ἄλλο τι τῶν δοκούντων εἶναι δεινῶν, δεινὸν ἡγώμεθα, ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν μόνην· καὶ πάντως ἢ ἐνταῦθα, ἢ ἐκεῖσε, τῶν τιμαλφεστάτων στεφάνων τευξόμεθα.

Λαμπετίῳ ἐπισκόπῳ. σξδ.

Ἕκαστος μὲν τῶν ἐντευξομένων τῷδε τῷ γράμματι, ὡς ἔχει δόξης περὶ τοῦ λεχθησομένου, ἐχέτω· ἐγὼ δὲ ὅρον μὲν ὑπογράψαι ἱερωσύνης νῦν οὐ διέγνωκα, τὴν δ' ὁδὸν τὴν ἐπὶ ταύτην φέρουσαν ὁριζόμενος, φημὶ, ὅτι ὁ μὲν ἐπὶ ταύτην θᾶττον ἐλθὼν τὴν ἀρχὴν, πρὶν τῆς τῶν θεσμῶν ἀρχῆς ἀνασχέσθαι, οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τῶν ἀρχομένων τὴν οἰκονομίαν μέτεισιν· ὁ δ' ἐν ὑπηκόου τάξει ταῖς ἀρχικαῖς ἐγγυμνασάμενος καὶ εὐδοκιμήσας ἀρεταῖς, εἰς τὴν τῆς λειτουργίας διαχείρισιν, μέγιστον ἀγαθὸν τὴν ἐμπειρίαν ἔχων, ἔρχεται. ἐκεῖνος μὲν γὰρ πρὶν ῥυθμισθῆναι ῥυθμίζειν ἄλλους ἐπιχειρῶν, τῆς ἀληθείας διαμαρτάνει. οὗτος δὲ ῥυθμισθεὶς πρότερον καὶ τοῦ πράγματος ἐν πείρᾳ γεγενημένος, ἐπιτήδειος ἐπὶ τὸ ῥυθμίζειν ἄλλους εὑρεθήσεται. ἐπειδήπερ ἐκεῖνος μὲν πρὶν τοῦ ἐμμελετῆσαι τοῖς ὅπλοις, στρατηγὸς οἴεται κεχειροτονῆσθαι. οὗτος δὲ εὐδόκιμος στρατιώτης γενόμενος, εὐδοκιμώτερος ἔσται καὶ στρατηγός. καὶ ὁ μὲν τῶν τακτικῶν ἄπειρος ὤν, ταξίαρχος εἶναι ἡγεῖται· ὁ δὲ ἐν γυμνασίοις τοιούτοις ἀσκηθεὶς, τακτικὸς χειροτονεῖται.

Μάρωνι. σξε.

Εἰ καὶ μυρίας ἀνατέμοις εὐπορίας ὁδοὺς, οὔ φημι τὸν κόρον· ἀλλ' οὐδὲ τὰς ὁδοὺς, ἃς ἐπιπορεύεται, εὑρήσεις. μισεῖ γὰρ τοὺς ἀπλήστως τὰ χρήματα διώκοντας,

καὶ ἐπιφοιτᾶν αὐτοῖς οὐκ ἀνέχεται· φιλεῖ δὲ μάλιστα πάντων τοὺς ὀλιγοδείᾳ καὶ αὐταρκείᾳ τὸν ἑαυτῶν κοσμοῦντας βίον, ἀσμένως αὐτοῖς ἐπιφοιτᾷ.

Στρατηγίῳ μοναχῷ. σξς.

Ὅταν εὐβουλίας προκαθηγουμένης πᾶσα ἡ τοῦ ἀνθρώπου δύναμις ὑπουργήσῃ εἰς τὴν ἀρετὴν, πᾶσαν ἐκποδὼν ποιησαμένη σκῆψιν καὶ μέλλησιν· τότε δὴ τότε ὁ θεὸς εἰς τέλος ταύτην ἄγει, ὁ καὶ τοὺς μὴ βουλομένους αὐτὴν ἑλέσθαι, εἰς τὸ ἑλέσθαι παραθήγων. οὐ γάρ ἐστι τοῦ αὐτοῦ, τοὺς μὲν ἀποδιδράσκοντας αὐτὴν εἰς αὐτὴν συνελαύνειν, τοῖς δ' ἀφ' ἑαυτῶν ἑλομένοις, χεῖρα βοηθείας μὴ ὀρέγειν.

Ἀντιόχῳ. σξζ.

Ἔοικας ἀγνοεῖν, ὅτι ὁ συνεχῶς τὰ λυττῶντα πάθη τοῦ σώματος νικῶν, τοῖς τροπαίοις ἀγαλλόμενος, τοὺς πόνους ὑπὸ τῆς εὐφροσύνης λανθάνει κλεπτόμενος.

Ὠρίωνι μονάζοντι. σξη.

Πυνθάνομαι, ὅτι τῷ μὲν σχήματι τῆς ἀγωνίας, ἑνὸς· τῷ δ' ἀληθεῖ, πάντων ἐκράτησας τῶν ὁμηλίκων. ὁ γὰρ τῶν μὲν ἄλλων εἰς ταπεινοφροσύνην προκριθεὶς, δεύτερος δὲ σοῦ πεφηνὼς, πάντας ἡττημένους ἔδειξεν.

Ἀπολλωνίῳ ἐπισκόπῳ. σξθ.

Ἡ πενία, ὅταν τὴν ἱκετείαν ἀτιμάσασα ἐπὶ κατηγορίαν τραπῇ, καὶ τῇ συμφορᾷ εἰς φιλοπραγμοσύνην καταχρήσηται, καὶ διαδίκου κατηγόρου ἀνθ' ἱκέτου καὶ προσφύγου πρόσχημα ἀναδέξηται, ἐλεεῖσθαι οὐκ ἂν εἴη δικαία. διὸ καὶ ἡ τῆς δικαιοσύνης πηγὴ, ἔφη, οὐκ ἐλεήσεις πτωχὸν ἐν κρίσει. ἐλεεῖσθαι μὲν γὰρ δεόμενον καὶ ἀντιβο-

auiditate pecunias consectantur, nec ad eos venire sustinent. Contrà omnium maximè illas amant qui parsimonia & frugalitate vitam suam ornant, lubenterque ad ipsos ventitant.

Strategio Monacho. 266.

Cum probo consilio præeunte omnis hominis vis, omni excusatione ac mora de medio sublata, ad virtutem inseruit, tū verò Deus, qui ad eam amplectendam etiam nolētes ac recusantes incitat, ad finē vsque perducit. Neque enim consentaneū est, qui ipsam fugiētes ad eam compellat, eundem iis qui suapte sponte ipsam sibi amplexandam proposuerunt, auxiliarem manum minimè porrigere.

Antiocho. 267.

Illud ignorare videris, eum, qui rabida corporis vitia perpetuò vincit, ob eiusmodi trophæa exultantem, præ voluptate ne labores quidem sentire.

Orioni Monacho. 268.

Audio te certaminis quidem specie vnum, reuera autem omnes æquales tuos superasse. Nam qui humilitatis ac modestiæ nomine aliis prælatus, te inferior esse compertus es, hinc scilicet omnes à te superatos esse demonstrauit.

Apollonio Episcopo. 269.

Paupertas, cùm supplicibus verbis contemptis ad accusandum se conuertit, atque calamitate ad negotium aliis facessendum abutitur, aduersariique & accusatoris, non supplicis & opem implorantis speciem assumit, misericordia haudquaquam digna est. Vnde etiā ipsemet iustitiæ fons his verbis vtitur: Non misereberis pauperis in iudicio. Eius enim calamitate com-

moueri oportet, cùm orat atque obsecrat: at cùm accusat & criminatur, non item. Non enim gratiam postulat, sed se iniuria affectum affirmat.

Eidem. 270.

Personatum mutatio, eorum, quæ dicta sunt, mentem luculenter prædicat. Nã si ad populum omnia referenda erant, ad hunc modum dictum fuisset, Vade ad populum istum, & dic ei, Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non scietis. Incrassatum est enim cor vestrum, & auribus grauiter audiistis, & oculos vestros clausistis, nequando videatis oculis, & auribus audiatis, & corde intelligatis, & conuertamini, & vos sanem. Cùm autem haud ita dictum sit, verùm trium personarum mutationem hic sermo demonstret, nimirùm à quo, & ad quem, & de quo oratio habeatur, huiusmodi quandam sententiam hæc verba habent: Vade, & dic populo huic, Auditu audietis, & nõ intelligetis, & videntes videbitis, & non scietis. Deinde tãquam Propheta causam sciscitaretur, aut ea ipsi minimè sciscitanti exponeretur, dictum est: Incrassatũ est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos clauserunt. Si igitur ipsi suæ, vt quispiã dixerit, saluti obluctantur, ecquid me prædicare iubes? fortasse, inquit (hoc enim hic significat vocula hæc, Nequando) videbunt oculis, & auribus audient, & corde intelligent, & conuertentur, & sanabo eos. Hæc enim particula, Nequando, hoc loco non auditionis sublationem, sed obedientiæ spem subindicat. Nam quòd hoc quoque sensu hæc vox vsurpetur, audi quid Iudæorum turba de Saluatore dicat, Nonne hic est quem quærebant Pharisæi interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Num forte (μήποτε) cognouerit, quòd hic est Christus? Solent enim sapientes & eruditi (quorum in numero Philo etiam esse videtur) particulam hanc, Nequãdo, pro, Fortasse, aut nonnunquam, collocare. Neque id

λοιῦσα χρὴ, ἐγκαλοῦσα δὲ καὶ κατηγοροῦσα, οὐχί. οὐ γὰρ χάριν ἐπαιτεῖ, ἀλλ' ἀδικεῖσθαι διαβεβαιοῦται.

Τῷ αὐτῷ σο.

Ἡ μεταβολὴ τῶν προσώπων, τὸν νοῦν τῶν εἰρημένων λαμπρῶς κηρύττει. εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὸν λαὸν ἅπαντα ῥηθῆναι ἐχρῆν, οὕτως ἂν ἐρρήθη· πορευθεὶς, εἰπὸν τῷ λαῷ τούτῳ, ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνιῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία ὑμῶν, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἠκούσατε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐκαμμύσατε, μήποτε ἴδητε τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσητε, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῆτε, καὶ ἐπιστρέψητε, καὶ ἰάσομαι ὑμᾶς. εἰ δ' οὕτω μὲν οὐκ ἐρρήθη, μεταβολὴν δὲ ἐμφαίνει προσώπων τριῶν τὰ λεγόμενα, παρ' οὗ τε καὶ πρὸς ὃν καὶ περὶ οὗ ὁ λόγος, τοιοῦτόν τινα ὠδίνει νοῦν τῶν προκειμένων ἡ δύναμις· πορευθεὶς εἰπὸν τῷ λαῷ τούτῳ, ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. εἶτα ὡς τοῦ προφήτου πυθομένου τὴν αἰτίαν, ἢ μὴ πυθομένου μὲν, διδασκομένου δὲ ἐρρήθη· ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκάμμυσαν. εἰ τοίνυν τῇ ἑαυτῶν, ὥς ἄν τις εἴποι, ἀντιπράττουσι σωτηρίᾳ, δι' ἣν αἰτίαν κηρῦξαί με προστάττεις; τάχα πως φησί. τοῦτο γὰρ ἐνταῦθα μηνύει τὸ μήποτ' ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσομαι αὐτούς. τὸ γὰρ μήποτε ἐνταῦθα, οὐκ ἀναίρεσιν ἀκοῆς, ἀλλ' ἐλπίδα ἐμφαίνει ὑπακοῆς. καὶ ὅτι καὶ οὕτως λαμβάνεται, ἄκουσον τῶν ὄχλων τῶν ἰουδαϊκῶν, τί φασὶ περὶ τοῦ σωτῆρος, οὐ τοῦτον ἐζήτουν οἱ Φαρισαῖοι ἀποκτεῖναι; ἰδὲ παρρησίᾳ λαλεῖ, καὶ οὐδὲν αὐτῷ λέγου-

λέγουσι, μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. ἔθος δὲ τοῖς σοφοῖς ὧν εἷς εἶναι δοκεῖ Φίλων, τὸ μήποτε, ἀντὶ τοῦ ἴσως, ἢ ἔσθ' ὅτε, τάττειν. τὸ γὰρ μήποτε, εἰκότως ἀντὶ τοῦ ἴσως ἐλλογίμως τάττουσιν. εἰ δὲ καὶ παρὰ θεοπνεύστου ἀνδρὸς θέλεις τὴν μαρτυρίαν ταύτην λαβεῖν, ἄκουε τοῦ Παύλου γράφοντος· δοῦλον δὲ κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, διδακτικὸν, ἀνεξίκακον, ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους· μήποτε δώῃ αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐπίγνωσιν εἰς σωτηρίαν. τὸ γὰρ μήποτε, κἀνταῦθα εἴρηται, ἀντὶ τοῦ ἔσθ' ὅτε, ἴσως τάχα πως. ἐλπίδα γὰρ μετανοίας ἐμφαίνει, οὐκ ἀναίρεσιν. καὶ ἑτέρωθι δὲ γέγραπται, ἔλεγξον φίλον, μήποτε οὐκ ἐποίησεν. εἰ γὰρ οὕτω νοηθείη τὸ προφητικὸν χωρίον, καὶ τῷ Θεῷ τὸ πρέπον φυλαχθείη τὰ αὐτοῦ πράττειν προῃρημένῳ. σώζεσθαι γὰρ ἐκ παντὸς τρόπου τοὺς εἰς κακίαν καλινδουμένους βούλεται, καὶ πέμπει τοὺς θεραπεύσοντας, οὐκ ἀγνοῶν μὲν ὅτι διαφθαρήσονται ὑπὸ τῆς νόσου, τὴν δ' ἀπολογίαν αὐτῶν ὑποτεμνόμενος. εἰ γὰρ κἀκεῖνοι οὐκ ἀνήνεγκαν ἐκ τῆς μανίας, ἀλλά τοίγε αὐτὸν τὰ αὐτοῦ πράττειν, ἐκ τούτου περιγέγονε. καὶ τῷ Θεῷ λοιπὸν τὸ πρέπον φυλαχθείη, καὶ ὁ προφήτης οὐ δόξει μάτην ἀπεστάλθαι, οὐδὲ ὕβρεως διάκονος νομισθήσεται, ἀλλὰ θεραπείας καὶ ἰάσεως ὑπηρέτης εὑρεθήσεται. ἀπεστάλη γὰρ οὐχ ὑβρίσων ἁπλῶς, ἀλλ' ἐγκαλέσων μὲν τοῖς πλημμελοῦσι, προσοίσων δὲ καὶ δείξων τὰ πταίσματα, καλέσων δὲ εἰς μετάνοιαν, ἐπιστρέφουσι δὲ θεραπείαν εὐαγγελισόμενος.

Ἀνυσίῳ σοα.

Τὸ παρὰ τοῦ νομοθέτου εἰρημένον, οὐκ ἐλεήσεις πτωχὸν ἐν κρίσει, οὐκ ἀπανθρωπίας, ὡς ἡγῇ, ἀλλὰ φιλανθρωπίας καὶ δικαιοσύνης ἁπάσης ἐστὶν ἀνά-

immeritò. Quòd si hoc viri quoque diuinitùs inspirati testimonio confirmari cupis, audi quid Paulus scribat, Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, in lenitate docentem eos qui contradicũt: nequando det ipsis Deus agnitionem ad salutem. Hæc enim vox, Nequando, hoc quoque loco, pro nonnunquam, aut, Fortasse, vsurpata est. Spem enim pœnitentiæ non sublationẽ significat. Quin alio item loco scriptum est, Corripe amicum nequando fecerit. Nam si ad eundem modum Prophetæ locus intelligatur, Deo quoque, qui partes suas exequi cupit, id quod ipsius naturæ consentaneum est, seruabitur. Omnino enim eos, qui in vitij cœno infixi sunt, salutem consequi vult, atque homines, à quibus medicina ipsis afferatur, mittit: non quòd nescius sit fore, vt morbo intereant, sed vt ipsis excusationem præcidat. Etsi enim illi à furore minimè reuocati sunt: hinc tamen illud contigit, quòd ipse munus suum sit executus. Quocirca & Deo, id quod ipsius naturæ consentaneum est, retinebitur, & Propheta minimè frustrà missus fuisse videbitur, neque contumeliæ, sed curationis ac medicinæ minister extitisse censebitur. Non enim ob eam causam missus est, vt contumeliæ notam duntaxat ipsis inureret, verùm vt peccantes quidem obiurgaret, sceleráque ostenderet, atque ad pœnitentiam vocaret, iisque, qui ad meliorem mentem se reciperent, medicinam nunciaret.

Anysio 271.

Illud quod à Legislatore dictum est, Nõ misereberis pauperis in iudicio, non inhumanitatis, vt existimas, sed benignitatis & iustitiæ plenum est. Duas enim maxi-

mas res præstat, vnam, quòd pauperes ad negotium aliis facessendũ minimè acuit: alterum, quòd eos, qui iniquè iudicant, ac diuitibus & copiosis hominibus victoriæ calculum porrigunt, maximoperè terret. Nam si iis, qui cum truculentia, & admonitionem ægrè admittēte paupertatis bellua colluctantur, cùm obsecrationis loco aliis litem intendunt, minimè gratificari atque indulgere oportet, multo profectò minus iis qui præ luxuria & deliciis contumeliam egentibus inferunt.

μέσον· δύο γὰρ κατορθοῖ τὰ μέγιστα· ἓν μὲν, τὸ μὴ τοὺς πένητας εἰς φιλοπραγμοσύνην ἀλεῖψαι· ἕτερον δὲ, τὸ τοὺς ἀδίκως κρίνοντας καὶ τοῖς πλουσίοις τὴν τῆς νίκης ὀρέγοντας ψῆφον, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος φοβῆσαι. εἰ γὰρ τοῖς παλαίουσι τῷ ἀπαθεστάτῳ καὶ δυσπειθεστάτῳ τῆς πενίας θηρίῳ, ὅταν ἀντὶ τοῦ παρακαλεῖν ἐγκαλῶσιν, οὐ χρὴ χαρίζεσθαι, πολλῷ μᾶλλον τοῖς ὑπὸ πολλῆς χλιδῆς εἰς τοὺς πένητας ἐξυβρίζουσιν.

Isidoro Diacono. 272.

Apostoli, vt pote Sapientiæ discipuli, ac Veritatis amantes, Saluatorem defixos in cœcum oculos habentem, ac propemodum eos ad interrogandum prouocantem conspicientes, duo peruulgata dogmata, & de quibus magnæ apud homines quæstiones excitantur, ipsi proponunt. Quoniam enim Græci animam peccasse, ac propterea luendarum pœnarum causa in corpus demissam esse tradiderunt, ac rursum Iudæi maiorum peccata ad nepotes transire existimabant, quòd videlicet scriptum sit, Peccata patrum in filios vsque ad tertiam & quartam generationem, idcirco ad eum, vt omnia, priusquàm oriātur, noscentem, hæc verba habuerunt: Quis peccauit? hic (vt Gentiles aiunt) an parentes eius (vt Iudæi astruunt) vt cœcus nasceretur? Veritas autē non obliquum & sinuosum, nec ænigmatum inuolucris plenum responsum dedit, verùm rectum ac quauis perspicuitate dilucidius & splendidius. Vtrumque enim his verbis euertit: Neque hic peccauit (quonam enim pacto, priusquàm in ortum prodiisset?) nec parentes eius: in hoc videlicet, vt cœcus nasceretur. Ad interrogationem enim respondit. Verisimile namque est eos peccasse, imò planè peccauerūt: at non propterea ipsi calamitatis causam præbuerunt. Quid igitur affertur, quamobrem cœcus natus sit? Nimirum vt manifestentur ope-

Ἰσιδώρῳ διακόνῳ. σοβ.

Οἱ ἀπόστολοι, ἅτε σοφίας φοιτηταὶ, καὶ ἀληθείας ὄντες ἐρασταὶ, ἀτενῶς ὁρῶντες τὸν σωτῆρα προσέχοντα τῷ τυφλῷ, καὶ μόνον οὐχὶ εἰς ἐρώτησιν αὐτοὺς ἐκκαλούμενον, δύο θρυλλούμενα δόγματα, καὶ παρὰ ἀνθρώποις ζητούμενα αὐτῷ προσφέρουσιν. ἐπειδὴ γὰρ ἑλλήνων μὲν παῖδες ἔφασαν ἐσφάλθαι τὴν ψυχὴν, καὶ διὰ τοῦτ' εἰς σῶμα καταπεπέμφθαι κολασθησομένην. ἰουδαῖοι δ' ἡγοῦντο τὰ τῶν προγόνων πταίσματα εἰς τοὺς ἐγγόνους διαβαίνειν. διὰ τὸ γεγράφθαι, ἁμαρτίαι πατέρων ἐπὶ τέκνα ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς, ἔφασαν αὐτῷ, ἅτε πάντα εἰδότι πρὶν γενέσεως αὐτῶν· τίς ἥμαρτεν οὗτος, ὥς φασιν ἕλληνες, ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ὥς φασιν ἰουδαῖοι, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ; ἡ δ' ἀλήθεια, οὐ λοξὴν, οὐδὲ πλαγίαν, οὐδ' αἰνίγματος μεστὴν τὴν ἀπόκρισιν πεποίηται. ἀλλ' ὀρθὴν, καὶ σαφηνείας ἁπάσης λαμπροτέραν. ἀμφότερα γὰρ ἀνέτρεψε, φήσασα, οὔτε οὗτος ἥμαρτε· πῶς γὰρ πρὸ τοῦ γενέσθαι; οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ, δῆλον ὅτι, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ. πρὸς γὰρ τὴν ἐρώτησιν ἀπεκρίνατο. εἰκὸς μὲν γὰρ αὐτοὺς ἡμαρτηκέναι, μᾶλλον δὲ ἡμαρτήκασι μὲν, οὐ μὴν τούτῳ αἴτιοι τῆς συμφορᾶς εἰσί. πρὸς οὖν γέ-

γεν τυφλὸς ἐγεννήθη, ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ ἐν αὐτῷ, τουτέστι, συνεχωρήθη σκάσαι ἡ φύσις, ἵν' ἀνακηρυχθῇ ὁ τεχνίτης.

ra Dei in illo. Hoc est, claudicare permissa est natura, vt artificis gloria prædicetur.

Ὠφελίῳ γραμματικῷ. σογ.

Ὅτι μὲν πολλὰ ἄδηλά ἐστιν ἡμῖν, καὶ λογισμῷ οὐκ εὐθήρατα ἀνθρωπίνῳ, δῆλον. ὅτι δὲ ἐκεῖνα ἡμᾶς διαφεύγει, καὶ τοῦτο χρησίμως, τὰ μὴ συντελοῦντα ἡμῖν εἰς σωτηρίαν, καὶ τοῦτο δῆλον. σκοπήσωμεν οὖν τί ἡμῖν λυσιτελεῖ εἰς μακαριότητα, τί δ' οὔ. καὶ οὕτως βασανίσωμεν τὰ λεγόμενα. τὸ λέγειν ἢ σφαῖραν εἶναι τὸν οὐρανὸν, ἢ ἡμισφαίριον· καὶ τὸ πολυπραγμονεῖν, ἡλίου μὲν τὸν ὠκύτατον δρόμον, σελήνης δὲ μειώσεις τε καὶ αὐξήσεις, καὶ τῶν ἄστρων τὴν θέσιν· καὶ τὸ ζητεῖν περὶ γῆς, ἢ κύλινδρός ἐστιν ἢ κωνοειδής, ἢ κέντρον τοῦ παντὸς, καὶ τὸ τὰ ἐκείνου ἢ ταύτης διαστήματα εἰδέναι, τί συμβάλλεται εἰς ἀρίστην πολιτείαν, ἐγὼ μὲν οὐ συνορῶ. εἰ δέ τις λέγειν ἔχοι, λέξει μὲν ἴσως, οὐ πείσει δέ. τὸ δὲ δικαιοσύνην καὶ ἀνδρίαν καὶ φρόνησιν καὶ σωφροσύνην, καὶ εἴ τι τούτων συγγενὲς εἰδέναι τε καὶ πράττειν, τοῦτ' εἰς τὴν κορυφαιοτάτην μακαριότητα ἀναπέμπει τοὺς ἐπιστήμονας. χρὴ οὖν τῶν μὲν μηδὲν ἡμῖν λυσιτελούντων ἀπέχεσθαι, τῶν δὲ λυσιτελούντων ἀντέχεσθαι.

Ophelio Grammatico. 273.

Quòd multa nobis obscura sint, atque humano ingenio vix peruestigari queant, perspicuum est. Quòd autem ea demum, & quidem vtiliter captum nostrum effugiāt, quæ nobis ad salutem haudquaquam conducunt, id quoque liquet. Consideremus itaque quid nobis ad beatitudinem adiumento sit, quid secus: atque ita, quæ dicūtur, exploremus. Cælum aut sphæræ, aut dimidiæ sphæræ speciem imitari affirmare, atque item celerrimum Solis cursum, ac Lunæ incrementa & decrementa, siderúmque situ curiosè indagare, ac præterea de terra quærere, cylindri an coni speciem teneat, mundique centrum sit, ac denique & Solis & Lunæ interualla cognita & explorata habere, quid ad benè beatéque viuendum vtilitatis afferat, equidem nō video. Quòd si quis id dicere possit, dicet quidem fortasse: verùm minimè persuadebit. At verò iustitiam & fortitudinem, ac prudentiam & temperantiam, & si quid his affine est, scire atque exequi, hoc verò eos, qui id callent, ad beatitudinis arcem euehit. Quocirca faciēdum est, vt ab his, ex quibus nihil commodi nobis oritur abstineamus, ea autem ex quibus emolumentum percipitur, amplectamur.

Γόττῳ. σοδ.

Ἡ πολυγαμία τοῖν δυεῖν πατριάρχαιν· ὁ γὰρ Ἰσαὰκ μιᾷ ὡμίλησε γυναικί. οὐκ ἀπὸ ῥᾳθυμίας ἢ φιλοπαθείας ἐγένετο, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἐπλάκη, ὥς ἄν τις εἴποι, ἀνάγκης. διὸ καὶ συνεγνώσθησαν. ἴδε γὰρ τῇ γραφῇ ἀκολουθῶν, ὅπως ἐγένετο. ὁ μὲν γὰρ Ἀβραὰμ εἰ μὴ παρεκλήθη ὑπὸ τῆς γυναικὸς τῆς καὶ ζηλοτυπεῖν ὀφειλούσης πλησιάσαι τῇ παιδίσκῃ, οὐκ ἂν ἐπλησίασεν. οὐ γὰρ ἡδυπαθῶν, καὶ δεί-

Gotto. 274.

Quòd duo Patriarchæ plures vxores habuerint (nam Isaac, cum vna duntaxat vxore consuetudinem habuit) non à segnitie, aut libidinis studio profectum est, verùm à rerum necessitate, vt quispiam dixerit, cōtextum & expressum. Perspice enim, Scripturæ vestigiis hærens, quemadmodū id contigerit. Abrahā quippe, nisi ab vxore sua, quæ etiam zelotypia teneri debebat, rogatus fuisset, vt ad ancillam accederet,

haudquaquam accessisset. Nō enim voluptati indulgens (siquidem id demonstrat præteritum tempus admodum longum) verùm liberorum cupiditate flagrans, pulcherrima & formosissima muliere, quæque vniuersum Ægyptam pulchritudine sua in admirationem traxerat, relicta, aliud & deforme & ignobile aruum serere cogebatur. Vsque eò enim ab omni libidinis affectu purus erat, vt etiam puellam, posteaquàm concepisset, atque eo fortasse nomine dominam suam, contempsisset, quòd principatus ad eum, quem ex ipsa in lucem editura erat, deuenturus esset, domo expulerit: quo scilicet tempore ipsa, necessitatis ductum sequens in desertum abscessit. Quòd si etiam Ceturam duxit, at istud post Agaris & Saræ mortem ab eo factum est. Iacob autem, si ea, quam amabat, primò potitus fuisset, fortasse ne aliam quidem mulierem attigisset. Quódque nō mera coniectura sit, quod dico, hinc constat. Etenim socer maiorem natu, quæ deformitate laborabat, iunioris loco, cuius incredibilis quædam pulchritudo erat, ipsi adiunxit. Ipse autem, tandem aliquando cognita fraude, indignè quidem id tulit, haud tamen eam eiecit: quòd scilicet absurdum esse iudicaret, eam quam quoquo modo despondisset, ablegare. At socer, cùm vt deceptor accusaretur, sua spōte eò processit, vt ipsi alteram quoque daret. Nam id prorsus vsitatum ac veteri consuetudine permissum erat. Quod cùm ille accepisset, antiquior, etsi alioqui parū ipsi grata, pariebat: ea autem quæ ipsum amoris illecebris deuinctum tenebat, ne in spe quidem vlla huius rei erat. Ac proinde grauissimo mœrore correpta, se vim suæ vitæ allaturā minabatur, nisi pareret. Da enim mihi liberos, inquit, alioqui moriar, hoc est, mortem mihiipsi consciscam. Posteaquàm autem pariendi desperatione affecta est, ab ipso petiit, vt cū ancilla sua rem haberet: quo liberos eos, qui ex ipsa nascerentur, adoptaret, ac nonnullum huiusce calamitatis solatium habere videretur. Nam cùm sterilitas maximum malū

ἄγουσιν ὁ παρεληλυθὼς χρόνος μακρὸς ὤν, ἀλλὰ παίδων ἐπιθυμῶν τὴν εὐμορφοτάτην. καὶ εὐειδεστάτην, καὶ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον τῷ κάλλει ἀναπτερώσασαν ἀφεὶς, ἄλλην καὶ δύσμορφον καὶ δυσγενῆ ἠναγκάζετο σπείρειν ἄρουραν. οὕτω γοῦν καθαρὸς ὢν πάθους παντὸς, ὅτι καὶ μετὰ τὸ κυῆσαι τὴν παιδίσκην, καὶ βασιλίζουσαν ἴσως ἀτιμάσαι τὴν δέσποιναν, ὡς τῆς ἡγεμονίας εἰς τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθησόμενον περιστησομένης, ἐξήλασε τῆς οἰκίας ὅτε καὶ ἀπῆλθεν ἐκείνη εἰς τὴν ἔρημον ὁδηγῷ τῇ ἀνάγκῃ χρησαμένη. εἰ δὲ καὶ τὴν Χεττούραν ἔσχεν, ἀλλὰ μετὰ τὴν τῆς Ἄγαρ καὶ τῆς Σάρρας τελευτήν. ὁ δ' Ἰακὼβ εἰ ἧς ἤρα ἐξ ἀρχῆς ἐτύχεν, ἴσως οὐδ' ἂν ἄλλης ἥψατο γυναικός. καὶ ὅτι οὐκ ἔστι στοχασμὸς τὸ λεγόμενον, ἐκ τούτου δῆλον. ὁ μὲν γὰρ κηδεστὴς τὴν πρεσβυτέραν ἄμορφον οὖσαν, ἀντὶ τῆς νεωτέρας τῆς ἀμήχανον κάλλος ἐχούσης αὐτῷ παρακατέκλινεν. ὁ δὲ ὀψέ ποτε γνοὺς τὴν ἀπάτην, ἠγανάκτησε μὲν, οὐκ ἐξέβαλλε δὲ, ἄτοπον ἡγούμενος τὴν ὁπωσδήποτε παρ' αὐτῷ νυμφευθεῖσαν ἀποπέμψασθαι. εἶτ' ἐκεῖνος ἐγκαλούμενος ὡς ἀπατεὼν αὐτεπάγγελτος ἐπὶ τὸ καὶ τὴν ἄλλην αὐτῷ δοῦναι ὥρμησε, νενομισμένου πάντως τοῦ τοιούτου, καὶ συγκεχωρημένου ὑπὸ συνηθείας ἀρχαίας. τοῦ δὲ καταδεξαμένου, ἡ μὲν πρεσβυτέρα, καίτοι μὴ καταθύμιος αὐτῷ οὖσα, ἔτικτεν. ἡ δὲ χειρωσαμένη αὐτὸν τῷ φίλτρῳ, οὐδ' ἐλπίδα τοῦ πράγματος εἶχεν. ἥτις καὶ τῇ λύπῃ κατακράτος ἁλοῦσα, ἠπείλει ἀναιρήσειν ἑαυτὴν, εἰ μὴ τέκοι. δός μοι γάρ φησι τέκνα, εἰ δὲ μὴ τελευτήσω ἐγὼ, τουτέστιν ἐμαυτὴν χειρώσομαι. ὡς δ' ἀπέγνω, παρακέκληκεν αὐτὸν τῇ θεραπαινίδι ἑαυτῆς πλησιάσαι, ἵνα τὰ ἐξ ἐκείνης τικτόμενα, τεκνοποιήσηται, καὶ δόξῃ παραμυθίαν τινὰ ἔχειν τῆς τοιαύτης συμφορᾶς. ἐδόκει γὰρ τότε μέγιστον κακὸν εἶναι ἡ ἀτεκνία-

δος

δος δὲ οὐ πάθει δουλωθείς. οὐ γὰρ ἂν τὴν ἄλεκτον κάλλος ἔχουσαν ἀφεὶς, θεραπαινίδι ἑαυτὸν ἐξεδίδου, ἀλλ' ἐκείνην ἀθυμίας ἀπαλλάξαι βουλόμενος, πείθεται. ὡς δ' ἔτεκεν ἡ θεράπαινα, πάλιν ἡ πρεσβυτέρα ζηλοτυπήσασα, καίτοι παῖδας ἔχουσα πολλοὺς, ἠνάγκαζεν αὐτὸν καὶ πρὸς τὴν αὐτῆς εἰσελθεῖν παιδίσκην. ὁ δὲ στάσεως καὶ φιλονεικίας ἁπάσης ἀφορμὴν ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς οἰκίας βουλόμενος, πείθεται. καὶ ἡ σειρὰ αὐτῷ τῶν συμβεβηκότων ἀπὸ τοῦ περὶ τὴν Ῥαχὴλ ἐπλάκη φίλτρου. εἰ γὰρ ταύτην παρὰ τὴν ἀρχὴν εἰλήφει, ἴσως ἂν αὐτῇ ἠρκέσθη. ἐπειδὴ δὲ ἀπάτην ὑπέμεινεν, οὐχ ἡδυπαθῶν, ἀλλὰ παρ' αὐτῶν τῶν ζηλοτυπῆσαι ὀφειλουσῶν γυναικῶν ποτὲ μὲν παρακαλούμενος, ποτὲ δὲ ἀναγκαζόμενος, εἰς τοῦτ' ἐλθεῖν ἐξεβιάσθη. ὁ μὲν οὖν Ἰσαὰκ, ὡς ἔφθην εἰπὼν, εἰς τοιαύτην μὴ ἐμπεσὼν ἀνάγκην, μιᾷ ὡμίλησε γυναικί, καὶ ἀρκεσθεὶς ταύτῃ, καὶ ὑπὲρ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ ὑπὲρ τοῦ Ἰακὼβ ἀπελογήσατο. ὁ δὲ ἀπόστολος καὶ εἰς θεωρίαν ἕλκει τὰ γεγενημένα, εἰς τὰς δύο διαθήκας, τὴν Ἄγαρ ἄγων καὶ τὴν Σάρραν. μηδεὶς τοιγαροῦν τῶν ἀκρασίᾳ καὶ λαγνείᾳ δεδουλωμένων, καὶ τὰς μὲν ἑαυτῶν γυναῖκας ἀφιέντων, εἰς δὲ χαμαιτυπεῖα καλινδουμένων, καὶ στάσεις καὶ φιλονεικίας ἐν ταῖς ἑαυτῶν οἰκίαις ἐμβαλλόντων, τὰ τῶν ἀοιδίμων ἐκείνων, καὶ πάσῃ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ κεκοσμημένων δι' ἀνάγκην πραγμάτων παρακολουθήσαντα ἐλαττώματα προφέρων, ἀπολογίαν νομιζέτω ἔχειν τῆς αὐτοῦ κακίας, μηδὲ τοὺς πρὸ τοῦ νόμου πολιτευσαμένους τοῖς μετὰ τὸν νόμον καὶ τὴν χάριν πολιτευομένοις παραβάλλειν ἐπιχειρείτω. εἰ γὰρ ἄγραφον οὖσαν τὴν ἀρετὴν ἀσμένως ἀσπασάμενοι, καὶ διὰ γραμμάτων μεμαθήκεσαν, πάντως ἂν πλέον διέλαμψαν. τίς γὰρ υἱὸν μονογενῆ καὶ ὀψίγονον, ἐν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τῷ ἄνθει σφάξαι καταδέξοιτο, ὥσπερ ὁ Ἀβραάμ. τίς τοιοῦτον στήσει κατὰ

esse censebatur. Ipse itaque non libidine subactus (neque enim alioqui eam, quæ incredibili pulchritudine prædita erat, relinquēs, ancillæ seipsum dedidisset) sed vt eam mœrore liberaret, vt id faceret, adductus est. Vt autem ancilla peperit, rursum natu maior zelotypia percita, tametsi multos filios haberet, ipsum ad ancillam quoque suam ingredi coēgit. Ille autem vt dissidij omnis & contentionis materiam e domo sua eiiceret, ipsius cupiditati obsequitur. Ita eorum, quæ euenerunt, catena non aliunde ipsi, quàm à Rachelis amore contexta est. Nam si eam principio accepisset, ea fortasse contentus fuisset. Posteaquàm autem fraudem pertulit, non quòd libidini deditus esset, sed quia ab ipsismet mulieribus, quas zelotypia laborare oportebat, nunc rogabatur, nunc etiam necessitate constringebatur, cōuenire coactus est. Ac quidem Iacob, vt superiùs dixi, in eiusmodi necessitatē minimè prolapsus, cum vnica duntaxat vxore consuetudinem habuit, eáque contentus fuit: hincque & Abrahamum & Iacobum a culpa vindicauit. At verò Apostolus ea, contigerunt, ad allegoriam trahit, Agarem videlicet & Saram ad duo Testamenta ducens. Quocirca nemo ex iis qui libidini & lasciuiæ sese in seruitutem addixerunt, vxoribúsque suis relictis in prostibulis voluntantur, ac dissidia & contentiones in domos suas iniiciunt, clarorum illorum virorum, atque omnibus aliis virtutibus instructorum & ornatorum ob rerum necessitatem consecutos defectus proferens, vitij sui excusationē habere se existimet: nec eos, qui ante Legem vixerunt, cum his qui post Legem & Gratiam viuunt, conferre aggrediatur. Nam si virtutem nondum scripto proditam lubentibus animis amplexati, per literas quoque hanc didicissent, non est dubium quin magis effulsissent. Quisnam enim vnigenitum filium ac prouecta ætate procreatum in ipso ætatis flore iugulare sustineat, vt Abraham? Quisnam huiusmodi trophæum aduersus naturam erigat? Quisnam hospitalis ita

studiosus est, vt seruorum gregibus circūseptus, ipse famulorum munera vnà cum vxore exequi velit? Quisnam tanta fide præditus est, vt Palæstinam vniuersam in pollicitatione complexus, si sepulchrum emendum haberet, vt ille, non ambiguo, atque ancipiti animo esset, secúmque hæsitaret? Quisnam vsque adeò pecuniarum cupiditatem fregit, vt barbarica spolia, & Persicam prædam contemnat, ac pro nihilo putet? Verùm nescio quonam pacto eo processi, vt virum illum contumelia afficerem, dum eum cum eiusmodi viris comparo: sed nihil molesti atque acerbi dicere volo. Illud vnum dicam, ac posteà finem faciam: Si & eorum virtutes & defectus habentes, posteà cùm ob defectus accusarentur, illos in medium proferrent, & si ne sic quidem iustam excusationem haberēt (neque enim idem est, ante Legem, & in Lege, & post Legem, & Gratiam munus vitæ obire) tamen aliquam fortasse excusationis vmbram haberent. Cùm autem virtutibus quidem vacui, vitiis autem obnoxij atque constricti, omissis illorum virtutibus, defectus duntaxat proferant, omni prorsus condemnatione digni sunt.

Hieraci clarissimo. 275.

Vita sine sermone magis prodesse solet, quàm sermo sine vita. Nam illa etiam tacens prodest: hic autem etiam clamans molestiam affert. At si & sermo & vita in vnum occurrant, omnis philosophiæ simulachrum efficiunt.

Hermogeni Episcopo. 276.

Quòd Martinianus, & Zozimus ac Maro, digni, vt abs te dictum est, Eusebio discipuli, & eum apud omnes, & omnes apud eū criminētur, perspicuum est. Quòd autē vis illa scelerum vltrix nec illum nec istos semper toleratura, verùm dignas iis quæ perpetrarūt atque non perpetrant pœnas ab ipsis expetitura sit, id quoque liquet.

τῆς φύσεως προσκαίρους; τίς οὕτω φιλόξενος; ὃς πολλοῖς κεκυκλωμένος οἰκέταις, αὐτὸς τὰ τῶν οἰκετῶν μετὰ τῆς ὁμοζύγου διαπράξασθαι θελήσειε. τίς οὕτω πιστὸς, ὃς ἐν ἐπαγγελίαις τὴν Παλαιστίνην πᾶσαν συλλαβὼν, εἰ τάφον ἀγοράσειεν, ὥσπερ ἐκεῖνος, οὐκ ἂν διακριθείη; τίς οὕτω χρημάτων κρείττων, ὡς βαρβαρικῶν σκύλων, καὶ περσικῶν λαφύρων καταφρονῆσαι. ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως περιήχθην ὑβρίσαι τὸν ἄνδρα, ἀνδράσιν αὐτὸν παραβάλλων. ἀλλ' οὐδὲν βούλομαι δυσχερὲς εἰπεῖν. ἐκεῖνο δὲ μόνον φράσας, καταπαύσω, ὅτι εἰ μὲν καὶ τὰ πλεονεκτήματα αὐτῶν ἔχοντες, καὶ τὰ ἐλαττώματα, εἶτ' ἐγκαλούμενοι ἐπὶ τοῖς ἐλαττώμασιν ἐκείνους προέφερον, μάλιστα μὲν οὐδ' οὕτως δικαίαν εἶχον ἀπολογίαν. οὐ γὰρ ταυτὸν τὸ πρὸ νόμου, καὶ μετὰ νόμου, καὶ μετὰ νόμον, καὶ χάριν πολιτεύεσθαι, πλὴν ἀλλὰ τάχα ἄν, εἶχον σκιὰν ἀπολογίας. εἰ δὲ κατορθωμάτων μὲν χηρεύοντες, ἐλαττώμασι δὲ ἐνεχόμενοι, τὰ πλεονεκτήματα ἐκείνων ἀφέμενοι, τὰ ἐλαττώματα προφέροιεν, πάσης εἰσὶ καταγνώσεως ἄξιοι.

Ἱέρακι λαμπροτάτῳ. σοε.

Βίος ἄνευ λόγου μᾶλλον ὠφελεῖν πέφυκεν, ἢ λόγος ἄνευ βίου. ὁ μὲν γὰρ καὶ σιγῶν ὠφελεῖ· ὁ δὲ καὶ βοῶν ἐνοχλεῖ. εἰ δὲ καὶ λόγος καὶ βίος συνδράμοιεν, φιλοσοφίας ἁπάσης ἀποτελοῦσιν ἄγαλμα.

Ἑρμογένει ἐπισκόπῳ. σος.

Ὅτι μὲν Μαρτινιανός τε καὶ Ζώσιμος καὶ Μάρων, οἱ ἄξιοι Εὐσεβίου, ὡς ἔφης, φοιτηταὶ διαβάλλουσιν αὐτόν τε πᾶσιν, αὐτῷ τε πάντας, δῆλόν ἐστιν. ὅτι δὲ οὐκ εἰς τέλος ἡ δίκη ἀνάσχοιτο, οὔτ' ἐκεῖνον, οὔτε τούτους, ἀλλὰ δίκην αὐτοὺς εἰσπράξεται, ἀξίας ὧν ἔδρασάν τε καὶ δρῶσι, καὶ τοῦτο δῆλον. οὐδεὶς γὰρ

γὰρ ἀδικῶν τὴν δίκην ἔλαθεν. ἀλλ' οἱ μὲν ἐνταῦθα, οἱ δὲ ἐκεῖσε ἔδοσαν δίκην.

Τῷ αὐτῷ. σοζ.

Εἰ τὴν πενίαν κρινομένην ἐλεεῖσθαι οὐ θέμις. οὐ γὰρ δίκαιον ἀδικεῖσθαι τὸ δίκαιον. οἱ τῷ πλούτῳ τὴν ψῆφον ἀδίκως νέμοντες, καὶ λήμματι τὸν τῆς δικαιοσύνης ζυγὸν παρασαλεύοντες, ποίας οὐκ ἂν δικαίως ἀπολαύσοιεν τιμωρίας; εἰ γὰρ ἡ ὑπὸ ἀνάγκης πολλάκις πολυπραγμονοῦσα συγγνώμης οὐκ ἠξιώθη. ἐχρῆν γὰρ παρακαλεῖν, ἀλλὰ μὴ ἐγκαλεῖν, τῷ ὑπὸ πολλῆς τρυφῆς εἰς τὸ δίκαιον ἐξυβρίζοντι τὴν ψῆφον νέμων, ποίας ἀπολαύσεται συγγνώμης;

Νείλῳ. σοη.

Οὐ ταυτὸν, ὦ βέλτιστε, τὸ ἐξαίφνης ἰδεῖν καὶ τρωθῆναι, καὶ τὸ μετὰ σπουδῆς τὰ ἀλλότρια θηρώμενον κάλλη τὸ αὐτὸ παθεῖν. ὁ μὲν γὰρ ἐξαίφνης ἰδὼν καὶ τρωθεὶς, δύναται λογισμῷ σώφρονι καὶ τὸ βέλος ἐξελκύσαι, καὶ τὸ τραῦμα θεραπεῦσαι. φάρμακον δ' ἄριστον τῷ τοιούτῳ πάθει, νηστεία, καὶ τὸ μηκέτι τὴν τρώσασαν θεάσασθαι. ἀλλ' εἰ καὶ ἀνάγκη γένοιτο, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡνίας ἐμβαλεῖν, καὶ εἰς γῆν αὐτοὺς τρέψαι, ἐξ ἧς τὸ ἄνθος ἐκεῖνο ἤνθησε, καὶ εἰς ἣν μετὰ βραχὺ μαρανθὲν ἀναλυθήσεται. ὁ δὲ συνεχῶς καὶ μετὰ σπουδῆς ὁρῶν, κἂν μὴ τῷ σώματι δράσειεν, ἀλλά γε τῇ ψυχῇ τὴν ἁμαρτίαν ἀποτελέσειε. διὰ γὰρ τῆς θέας θεραπεύων τὸ πάθος, διὰ τῆς συγκαταθέσεως τὸ ἄγος πληροῖ. εἰ μὴ γὰρ ἐμάλαξεν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς τὴν ἰσχὺν ἡ ἐπιθυμία, οὐκ ἂν ἔσπευσεν ἰδεῖν, ἣν φυγεῖν προτροπάδην ἐχρῆν. διὸ καὶ ὁ θεῖος χρησμὸς, οὐ τοὺς ἁπλῶς ἰδόντας καὶ τρωθέντας· συμβαίνει γὰρ πολλάκις ἀβουλήτως γενέσθαι, ἀλλὰ τοὺς ὁρῶντας καὶ ἔργον τοῦτο τιθεμένους, μοιχοὺς εἶναι

Nemo enim iniustè agēs, diuinā iustitiam latuit: verùm alij in hac vita, alij in altera pœnas pependerunt.

Eidem. 277.

Si paupertatem iudicio disceptantem misericordia prosequi nefas est (neque enim ius lædi æquum est) qui victorem calculum diuitiis iniquè tribuunt, atque iustitiæ lancem quæstu labefactant, ac nutantem reddunt, quo tandem cruciatu affici non merentur? Nam cùm ea, que persæpe necessitate adducta negotiis sese inuoluit, veniam minimè consequatur (oportet enim eam deprecari atque obsecrare, ac non accusare) qui præ luxu & deliciis ius contumelia afficienti victoriæ calculum tribuit, quam tandem veniam consequetur?

Nilo. 278.

Non idē est, optime vir, repētè videre, ac sauciari, & cōsultò ac de industria pulchritudines alienas aucupantē in eandē fraudem labi. Nam qui repentè conspexit, ac vulnus accepit, is prudenti ratione potest, & telum extrahere, & vulneri mederi. Præstantissimum porrò huic morbo remedium in ieiunio situm est, atque in eo, vt posthac eam, quæ vulnus ipsi inflixit, minimè prospiciat, aut etiam, si necessitas hoc ferat, oculis habenas iniiciat, eósque in terram (ex qua flos ille manauit, & in quam haud multo pòst marcore affectus dilabetur) conuertat. At qui assiduè ac dedita opera fœminam intuetur, etiamsi corpore scelus minimè perpetret, & animo certè perficiet. Nam cùm per aspectum libidinem deliniat, per animi assensum scelus explet. Nisi enim ipsi animi vires cupiditas emolliisset, haudquaquam eam videre properasset, quā effusissimo cursu fugere oportebat. Ob eamque causam diuinū oraculum non eos qui duntaxat & fortuitò viderunt, ac vulnus acceperunt (sæpe enim contingit, vt id præter voluntatem existat) verùm eos qui cernunt, atque hoc pro opere habent, adulteros esse pronun-

ciauit, his verbis vtens, Quicunque viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo.

Sereno Tribuno. 279.

Diuina iustitia, vir erudite, quę in futura vita scelerum omnium pœnas omnino exactura est, hîc quoque persæpe mentes eorum, qui ipsam fallere conantur, fallit, eósque qui ipsam effugere moliuntur, per ea ipsa, quæ agunt, in suos casses incidere cogit. Vsqueadeò sapiens ac potens est, atque eiusmodi, vt nulla ratione circũscribi, fucúsque ipsi fieri possit. Nam quod à Platone sub Socratis persona dictum est, Cùm illuc venerimus, quod certum ac perspicuum est, sciemus, nõ de iudicio dictum est, perinde ac de eo ipse ambigeret, absit (nam hoc dogma certum apud eum & indubitatum est:) sed de eo, quod Socrates rectè philosophatus esset. Nam cùm nonnullos, qui philosophiæ munus summa cum laude obiissent, commemorasset, ne sibi ipsi, si testimonium sibi ipsi adhiberet, inuidiæ aliquid conflaret, his verbis vsus est: Quibus ipse quoque, pro virili quidem mea, nihilo inferior fui, verùm omni ratione in eorum numero esse studui. An autem rectè studuerim, & num quid à nobis prestitum sit, cùm illuc venerimus, perspicuè sciemus. Quæ quidem verba non multum dissimilia sunt his Pauli verbis, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.

Theodosio Scholastico. 280.

Sublimior tentationibus quispiam efficitur, non cùm eas præterit, sed cùm ad ea, quæ accidunt, perferẽda seipsum erudit. Tentationes enim, quæ, vt ipse ais, discuti nequeunt, per eorum, qui aduersos casus perferre norunt, patientiam & fortitudinem discutiuntur. Optima quippe rerum earum, quæ in nobis minimè sitæ sunt medicina, est ea, quę nostri arbitrij est, patientia: ac necessariorum euentuũ,

ἀπεφήνατο, φήσας, πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.

Σερήνῳ τριβούνῳ. σοθ.

Η δίκη, ὦ σοφὲ, ἡ πάντων ἐκεῖσε δίκας εἰσπραξομένη, κἀν ταῦθα πολλάκις κλέπτει τὰς τῶν κλέπτειν αὐτὴν πειρωμένων φρένας, καὶ τοὺς μηχανωμένους αὐτὴν ἐκκλίνειν, δι᾽ ὧν πράττουσιν, εἰς τὰς οἰκείας ἄρκυς ἐμπίπτειν καταναγκάζει, τοσοῦτόν ἐστι καὶ σοφὴ καὶ δυνατὴ, καὶ ἀπαραλόγιστος. τὸ γὰρ εἰρημένον τῷ Πλάτωνι, ὡς ἐκ προσώπου Σωκράτους, ἐκεῖσε ἐλθόντες τὸ σαφὲς εἰσόμεθα, οὐ περὶ τῆς κρίσεως εἴρηται, ὡς ἀμφιβαλλομένης αὐτῷ· ἀπαγεπέπηγε γὰρ παρ᾽ αὐτῷ μάλιστα τοῦτο τὸ δόγμα, ἀλλὰ περὶ τοῦ ὀρθῶς πεφιλοσοφηκέναι τὸν Σωκράτην. μνημονεύσας γὰρ τινῶν ἄκρως ἴσως πεφιλοσοφηκότων, ἵνα μὴ δόξῃ ἑαυτῷ μαρτυρῶν φορτικὸς εἶναι, ἔφη, ὧν δὴ κἀγὼ κατά γε τὸ δυνατὸν, οὐδὲν ἀπέλιπον ἐν τῷ βίῳ, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ προὐθυμήθην γενέσθαι, εἰ δ᾽ ὀρθῶς προὐθυμήθην, καί τι ἠνύσαμεν ἐκεῖσε ἐλθόντες, τὸ σαφὲς εἰσόμεθα. ἐοικότα που λέγων τῷ Παύλῳ φήσαντι, οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. ὁ δὲ ἀνακρίνων με κύριός ἐστι.

Θεοδοσίῳ σχολαστικῷ. σπ.

Υψηλότερός τις γίνεται τῶν πειρασμῶν, οὐχὶ παράγων αὐτοὺς, φέρειν δὲ τὰ συμβαίνοντα ἑαυτὸν παιδεύων. οἱ γὰρ πειρασμοὶ ἄλυτοι ὄντες, ὡς φὴς, λύονται διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ ἀνδρίας, τῶν φέρειν τὰ συμπίπτοντα ἐπισταμένων. θεραπεία γὰρ ἀρίστη, τῶν οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν ἡ ἐν ἡμῖν φιλοσοφία, καὶ λύσις τῶν ἀναγκαίων, ἀλύτων, ὡς φὴς, ὄντων, ἡ ἐν μὲν τοῖς δυσκο-

λωτέροις ἀνδρία· ἐν δὲ τοῖς δεξιοῖς, μετριότης. εἰ δὲ καὶ ἡ θεία ῥοπὴ χεῖρα ὀρέξειεν, ῥᾷον τὰ συμπίπτοντα οἴσομεν. ὅπερ εὖ μάλα ἐπιστάμενος, ὁ τῶν τοῦ Χριστοῦ χρησμῶν ἄριστος ἑρμηνεὺς, ἔφη· ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν.

Τῷ αὐτῷ. σπα.

Η εὐχὴ, ἣν ὁ κύριος ἐδίδαξε τοὺς οἰκείους φοιτητὰς, οὐδὲν γήϊνον ἔχει, ἀλλὰ πάντα οὐράνια, καὶ εἰς ψυχῆς ὠφέλειαν βλέποντα. οὔτε γὰρ ἀρχὴν οὐ πλοῦτον, οὐ κάλλος, οὐ ῥώμην, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν ῥαδίως μαραινομένων αἰτεῖσθαι παιδεύει. ὧν γὰρ καὶ παρόντων ἀπέχεσθαι κελευόμεθα, τούτων ἀπόντων αἰτεῖν τὴν ἀπόλαυσιν, περιττόν. καὶ αὐτὸ τὸ δοκοῦν μικρὸν εἶναι καὶ αἰσθητὸν, μάλιστα μὲν περὶ τοῦ θείου λόγου ἔδοξε τοῖς σοφοῖς ἀνδράσιν εἰρῆσθαι, τοῦ τὴν ἀσώματον ψυχὴν τρέφοντος, καὶ εἰς τὴν οὐσίαν αὐτῆς τρόπον τινὰ κιρνωμένου καὶ χωροῦντος. διὸ καὶ ἐπιούσιος ἄρτος εἴρηται, τοῦ τῆς οὐσίας ὀνόματος τῇ ψυχῇ μᾶλλον, ἢ τῷ σώματι ἁρμόττοντος. εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ καθημερινοῦ ἄρτου ἐπιζητεῖν, πνευματικῆς ἂν εἴη λαμπρᾶς τε καὶ φιλοσόφου διανοίας. ταῦτα τοίνυν αἰτῶμεν ἃ ἐδιδάχθημεν, καὶ μὴ τὰ ῥαδίως σβεννύμενα. ἀθλιότητος γὰρ ἂν εἴη καὶ ἀνοίας πολλῆς, ταῦτα αἰτεῖν, ἃ ἐκελεύσθημεν καὶ ἔχοντες ἀποσείσασθαι.

Εὐτονίῳ διακόνῳ.

Εἰ πάντα ποιούντων ἡμῶν, καὶ πᾶσαν ὑπόθεσιν σκανδάλου αὐτόπρεμνον ἀνασπώντων, τινὲς ἐθελοκακοῦντες κατηγοροῦσιν, εἰ καὶ λυπηρόν ἐστιν,

quos tu depelli posse negas, depulsio, est in rebus aduersis fortitudo, in lęsis modestia. Quòd si diuinum quoque numen auxiliarem manum porrigat, rerum euentus faciliùs feremus. Quod cùm optimus oraculorum Christi interpres compertissimum haberet, his verbis vsus est, faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.

Eidem. 281.

Oratio ea, quam Dominus discipulos suos docuit, nihil terrenum habet, sed omnia cælestia, & ad animæ vtilitatem tendentia. Non enim imperium, non opes & copias, non pulchritudinem, non robur, non aliud quicquam ex his, quæ citò flaccescunt, postulare docet. Nam à quibus, etiã cùm præstò sunt, abstinere iubemur, iis, cùm absunt, vt fruamur postulare, superuacaneum est. Quin hoc etiam ipsum quod paruum esse atque in sensum cadere videtur, potissimùm de diuino sermone (qui animam corporis expertem alit, atque in ipsius essentiam quodammodo miscetur, & manat. Vnde etiam supersubstantialis panis dictus est, substantiæ nimirum vocabulo animæ potiùs quàm corpori congruente) intelligendum esse doctis viris placuit. Atque, vt etiam de quotidiano pane, qui ad tuendum ac conseruandum corpus accommodus est, dictum esse demus, ipse quoque, si modum spectes spiritualis efficitur. Etenim nihil præter panem requirere, spiritualis proculdubio, ac præclaræ & philosophicæ mentis fuerit. Quæ cùm ita sint, ea, quæ edocti sumus, postulemus: ac non ea, quæ facilè extinguũtur. Ingentis enim miseriæ atque amentiæ fuerit hæc petere, quę etiam cùm habemus, excutere iussi sumus.

Eutonio Diacono. 282.

Si nobis quiduis facientibus, atque omnem offendiculi materiam radicitùs euellentibus, quidam destinata malitia nos maledictis lacerãt, & si hoc molestum est,

tamen de eo haud magnoperè laborandum est. Nam cùm testimonium nobis conscientia perhibet, & iudex virtutem nostram perspectã habet, & boni viri laudes nostras prædicant, spes quoque subest, fore, vt improborum maledicentia extinguatur.

283.

Improbis & acribus viris obuiã ne procede, verùm aliquantisper cede, cùm nullo ex ea re detrimento virtus afficitur: atque eorum insidiæ confestim extinguentur.

Palladio Episcopo. 284.

Mulierum congressus, vir optime, quãtum fieri potest, fuge. Nam eos qui Sacerdotum munere funguntur, sanctiores ac puriores illis esse oportet, qui ad montes se contulerunt. Siquidem illi, & sui, & plebis, hi autem sui duntaxat curam gerunt. Atque illi in huiusmodi dignitatis fastigio collocati sunt, omnésque vitam eorũ perscrutantur & explorant: hi autem in spelunca sedent, aut sua vulnera curantes, aut vitia obtegentes, aut etiam coronas sibiipsis texentes. Quòd si etiam, vt cum ipsis congrediaris necessitas aliqua te obstringat, oculos humi deiectos habe, atque ipsas quoque, quónam pacto spectandum sit, doce (non enim duntaxat docendum est, quónam modo cernere oporteat, sed etiam, vt oportet, cernere.) Cúmque pauca quæ ipsarum animos astringere atque illustrare queant, locutus fueris, statim auola: ne forte diuturna consuetudo vires tuas emolliat, & infringat, atque, velut horrendum quendam & elatum leonẽ nacta, comam quidem quæ leonem verè leonem efficit, regiámque dignitatem ipsi conseruat, amputet: dentes autem eripiat, atque vngues, quorum adminiculo robustissimas etiã feras vincit, euellat, ac deinde deformatũ ac ridiculũ redditũ (animal inquam illud horrendum & intolerãdum ac vel solo rugitu montem percellentem) pueris etiam illudendum præbeat. Quòd

ἀλλ' οὐ πολλῆς φροντίδος ἄξιον. τῆς γὰρ συνειδήσεως μαρτυρούσης, καὶ τοῦ κριτοῦ ἐπισταμένου, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀνακηρυττόντων, ἐλπὶς ὕπεστι, καὶ τὴν τῶν φαύλων κακηγορίαν σβέννυσθαι.

σπγ.

Τοῖς δεινοῖς ἀνδράσι μὴ ὁμόσε χώρει, ἀλλ' ἐνδίδου βραχὺ, ὅταν μηδὲν παραβλάπτει τὴν ἀρετὴν τὸ γινόμενον, καὶ ταχέως αὐτῶν ἡ ἐπιβουλὴ σβεσθήσεται.

Παλλαδίῳ ἐπισκόπῳ. σπδ.

Φεῦγε, ὦ βέλτιστε, ὡς ἐγχωρεῖ, τὰς τῶν γυναικῶν ἐντεύξεις. τοὺς γὰρ ἱερωμένους, ἁγιωτέρους εἶναι χρὴ καὶ καθαρωτέρους τῶν τὰ ὄρη κατειληφότων. ἐπειδὴ οἱ μὲν καὶ ἑαυτῶν καὶ λαῶν, οἱ δὲ ἑαυτῶν μόνον φροντίζουσι. καὶ οἱ μὲν ἐν τῇ κορυφῇ ἵδρυνται τῆς τοιαύτης τιμῆς, καὶ πάντες αὐτῶν ἐρευνῶσι τὸν βίον καὶ βασανίζουσιν. οἱ δ' ἐν σπηλαίῳ κάθηνται, τὰ ἑαυτῶν ἢ θεραπεύοντες τραύματα, ἢ περιστέλλοντες ἐλαττώματα. εἰσὶ δ' οἳ καὶ στεφάνους ἑαυτοῖς πλέκουσιν. εἰ δ' ἀναγκασθείης ἐντυχεῖν, κάτω τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχε, καὶ δίδασκε κἀκείνας πῶς βλέπειν χρή. οὐ γὰρ διδάσκειν δεῖ μόνον πῶς χρὴ βλέπειν, ἀλλὰ καὶ βλέπειν ὡς χρὴ, καὶ ὀλίγα φράσας τὰ ἐπιστρέψαι καὶ φωτίσαι δυνάμενα, ταχέως ἀφίπτασο, μήποθ' ἡ διατριβὴ μαλάξῃ σου τὴν ἰσχὺν, καὶ χαυνοτέραν ἐργάσηται. καὶ καθάπερ λέοντα βλοσυρὸν καὶ γαῦρον λαβοῦσα, ἀποκείροι μὲν τὴν κόμην, τὴν τὸν λέοντα ὄντως λέοντα ποιοῦσαν, καὶ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα αὐτῷ διαφυλάττουσαν, ἀνέλοι δὲ τοὺς ὀδόντας καὶ περιέλοι τοὺς ὄνυχας, δι' οὓς καὶ τῶν ἀλκιμωτάτων θηρίων περιγίνεται. εἶτ' αἰσχρὸν ποιήσασα καὶ καταγέλαστον, παραδῶσι καὶ κορίοις παίζειν τὸν φοβερὸν καὶ ἀφόρητον,

τον, καὶ ἀπὸ τοῦ βρυχήματος μόνου τὰ ὄρη σείοντα. εἰ δὲ τιμᾶσθαι βούλει παρὰ γυναικῶν, μάλιστα μὲν ἀνοίκειον τοῦτο ἀνδρὸς πνευματικοῦ, πλὴν μηδὲν σοι πρὸς γυναῖκας, καὶ τότε τῆς παρ' αὐτῶν ἀπολαύσῃ δόξης. τοῦτο γὰρ μάλιστα τοῦτο παρέσται, ὅταν μάλιστα παρ' ἡμῶν μὴ ζητῆται. εἴωθε γὰρ ἄνθρωπος τῶν μὲν θεραπευόντων καταφρονεῖν, τοὺς δὲ μὴ κολακεύοντας ἐκθειάζειν, τὸ δὲ πάθος τοῦτο μάλιστα ἡ γυναικεία ὑπομένει φύσις. ἀφόρητός τε γάρ ἐστι κολακευομένη· ἐκθειάζει δὲ μάλιστα πάντων καὶ ἐκπλήττεται τοὺς ἐλευθεριώτερόν τε καὶ ἀρχικώτερον αὐταῖς προσφερομένους. εἰ δὲ λέγοις καὶ ἐντυγχάνειν συχνῶς, καὶ μηδὲν βλάπτεσθαι. ἐγὼ μὲν ἴσως πείσομαι. βούλομαι δὲ καὶ πάντας πεισθῆναι τοὺς λέγοντας. λίθους ἐλέαναι ὕδατα, καὶ κοιλαίνει πέτραν ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχοῦσα. ὃ γὰρ κατασκευάζουσι καὶ λέγειν βούλονται, τοιοῦτόν ἐστι τί καὶ πέτρας σκληρότερον, ἢ τί ὕδατος μαλακώτερον. καὶ ταῦτα ῥανίδος, ἀλλ' ὅμως ἡ συνέχεια καὶ τὴν φύσιν νικᾷ. εἰ δὲ φύσις ἡ δυσμετακίνητος κινεῖται, καὶ πάσχει ὅπερ παθεῖν οὐκ ὤφειλεν, ἡ προαίρεσις ἡ ῥᾳδίως κινουμένη, ποία μηχανῇ ὑπὸ τῆς συνηθείας οὐκ ἂν ἁλοίη καὶ περιτραπείη.

Θεοδότῳ πρεσβυτέρῳ. σπε.

Εἰ οὔτε τὸν γενναῖον ἀθλητὴν εἰς τὸν ἀγῶνα καθέντα καὶ κονιζόμενον καὶ τυπτόμενον, θρηνητέον. εἰς στεφάνους γὰρ αὐτῷ οἱ πόνοι τελευτῶσιν. οὔτε τὸν ἀριστέα ἐν πολέμῳ ἐξιόντα καὶ τραύματα, καὶ σφαγὰς μέλλοντα ὑπομένειν, ὀλοφυρτέον. τροπαιοῦχος γὰρ ἐπανήξει, καὶ στηλῶν καὶ ἀναρρήσεων τεύξεται. ἀλλ' ἐκείνους θρηνητέον, τοὺς ἐπὶ λῃστείας καὶ ἀνδροφονίας θέοντας, μάλιστα μὲν, ὅταν κακουργῶσιν. ἔπειτα δὲ καὶ ὅταν κολάζωνται. πῶς ἐζήτησας μαθεῖν δι' ἣν αἰτίαν, θρηνούσας τὰς γυναῖκας, ὅτε ἐπὶ τὸν σταυρὸν, ὡς τροπαιοῦχος ἀπῄει

si à mulieribus honore affici cupis maximè quidem hoc spiritualem virum haudquaquã decet. Vtut autem se res habeat, nihil tibi cum fœminis commercij sit, ac tum ab illis honorem consequêris. Tum enim hoc præsertim nobis aderit, cùm à nobis minimè quæretur. Solet enim quiuis eos quidem à quibus colitur ac delinitur aspernari: eos autem, à quibus assentatione minimè demulcetur, admiratione prosequi. Ac muliebris natura huic potissimum affectui obnoxia est. Intolerandũ enim se præbet, cùm quis ipsi blanditur: ac cõtra eos omnium maximè suspicit & admiratur, qui maiore libertate præditi sunt, amplioréque authoritate apud eas vtuntur. Quòd si te frequẽter cũ ipsis versari, nec vllo inde detrimento affici dixeris, id quidem fortasse mihi persuaderi sinam. At illud item velim omnibus fidem adhiberi, à quibus lapides extenuari, ac rupem aquæ guttis continenter cadentibus excauari dicunt. Quorum verborum huiusmodi sensus est: Quid rupe durius fingi queat? Quid item aqua mollius, & quidem aquæ guttula. Et tamen assiduitas naturam vincit. Quòd si natura, quę ægrè dimoueri potest, dimouetur, idque, quod minimè debebat, perpetitur, qua tandem arte ac ratione voluntas, quæ facilè mouetur, à consuetudine non vincatur & euertatur?

Theodoto Presbytero. 285.

Si nec generosum athletam, qui in arenam descendit, ac puluere respergitur, & cæditur, deflere conuenit (siquidem labores ipsius in coronis desinunt) nec fortis & præclari militis, qui ad bellum exit, vulneráque accepturus est, vicẽ luctu & lamentis prosequi par est (victor enim ac palmarius redibit, ac statuas & præconia consequetur) verùm illos demum lugere oportet, qui ad latrocinia & cædes currũt, maximè quidem cùm scelerate aliquid perpetrant: deinde autem cùm supplicio afficiuntur, quidnam tibi in mentem venit vt ex me sciscitareris, quid causæ fuerit, quã-

obrem Christus mulieres lugentes, cùm ipse ad crucem vt victor triumphans abibat, non modò non collaudauit, sed etiã obiurgauit. Perspicuum enim illud est, commiserationem, ei quidem qui inuitus patitur, solatium: ei autem, qui vltrò ac sponte contumeliam afferre. Siquidem ei qui non inuito animo patitur, commiseratio pro contumelia est. Quandoquidem igitur ipse sponte ad patiendum se conferebat, vt & mortem extingueret, & diaboli neruos infringeret, cum autem qui laudibus ac plausu dignus erat, illę fletu ac lachrymis prosequebantur, propterea, vt quidem nonnulli existimant, ipsis malum imprecatus est, reuera autem calamitates ipsis euenturas prænunciauit. Neque enim illum lugere fas est, qui peccatum fudit & profligauit, atque ad opprimendam quoque ac de medio tollendam mortem, vinculísque constringendum diabolum properat: verùm eos, qui ab his omnibus superati atque correpti sunt.

Philoxeno Magistro. 286.

Non ænea statua auro rutilans, ac coloribus nitens, non olympica corona, non opes, non pulchritudo, nõ robur, non imperium, non regnum, non aliud quicquã eorum quę magna esse videntur, magnum est & expetendum. Tempori enim cedit, & extinguitur, atque in obliuionem abit. Sola autem virtus præclaram & nũquam intermorituram gloriam obtinet, vt quæ nec vetustati cedat, nec obliuione conteratur, nec marcescat, verùm recentẽ semper ac vegetam & florentem dignitatem habeat. Ac proinde prudentibus viris omnibus viribus enitendum est, vt eam adipiscantur.

Theodoto Presbytero. 287.

Lignum quidem peccatum esse existima, ignem autem mortem. Vbi igitur huiusmodi ignis pabulum suum reperiebat, depascebatur. At in Christo nihil alimenti nactus, meritò extinctus est, vel, vt rectiùs loquar, morte occubuit.

ὁ Χριστὸς, οὐ μόνος οὐκ ἀπεδέξατο, ἀλλὰ καὶ ἀπετίμησε. δῆλον γὰρ, ὅτι τῷ μὲν ἄκοντι πάσχοντι, ἡ συμπάθεια παράκλησις· τῷ δ᾽ ἑκόντι, ὕβριν φέρει. ὕβρις γὰρ ἐκείνῳ τὸ συμπαθὲς, ᾧ μὴ τὸ πάθος ἀβούλητον. ἐπεὶ τοίνυν καὶ αὐτὸς ἑκὼν ἐπὶ τὸ πάθος ἤρχετο, καὶ τὸν θάνατον σβέσων, καὶ τὸν διάβολον ἐκνευρίσων. ἐθρήνουν δ᾽ ἐκεῖναι τὸν εὐφημεῖσθαι καὶ κροτεῖσθαι δίκαιον ὄντα. διὰ τοῦτο, καὶ ὡς νομίζουσί τινες, κατηράσατο· ὡς δ᾽ ἡ ἀλήθεια ἔχει, προεμήνυσε τὰ μέλλοντα αὐταῖς συμβήσεσθαι κακά. θρηνεῖσθαι γὰρ θέμις οὐ τὸν προπωσάμενον τὴν ἁμαρτίαν, καὶ σπεύδοντα, ἐπὶ τὸ καὶ τὸν θάνατον θανατῶσαι, καὶ τὸν διάβολον δῆσαι· ἀλλὰ τοὺς ὑπὸ τούτων ἁπάντων ἁλόντας.

Φιλοξένῳ μαγίστρῳ. σπϛ.

Οὔτε χαλκῆ εἰκὼν χρυσῷ ἀπαστράπτουσα, οὔτε χρωμάτων λάμπουσα· οὐκ ὀλυμπικὸς στέφανος, οὐ πλοῦτος, οὐ κάλλος, οὐ ῥώμη, οὐκ ἀρχὴ, οὐ βασιλεία, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν δοκούντων εἶναι μεγάλων, μέγα ἐστὶ καὶ σπουδῆς ἄξιον. τῷ χρόνῳ γὰρ εἴκει, καὶ μαραίνεται, καὶ ἔργον λήθης γίνεται, μόνη δ᾽ ἀρετὴ ἀοίδιμον καὶ ἀθάνατον ἔχει τὸ κλέος, οὔτε χρόνῳ εἴκουσα, οὔτε λήθῃ παραχωροῦσα, οὔτε μαρασμὸν ἐπισταμένη, ἀλλὰ νεαρὰν καὶ ἀκμάζουσαν καὶ ἡβῶσαν τὴν ἀξίαν ἔχουσα· ἣν παντὶ σθένει τοὺς εὖ φρονοῦντας δίκαιον κτήσασθαι.

Θεοδότῳ πρεσβυτέρῳ. σπζ.

Ὕλην μὲν νόμιζε εἶναι τὴν ἁμαρτίαν, πῦρ δὲ τὸν θάνατον. ἔνθα μὲν οὖν τὴν οἰκείαν εὕρισκε τροφὴν, ἐπενέμετο· ἐν δὲ τῷ Χριστῷ μὴ εὑρὼν, εἰκότως ἐσβέσθη, μᾶλλον δὲ ἀπέθανε.

Θεοδοσίῳ

Θεοδοσίῳ σχολαστικῷ. σπη.

Ὁ μὲν νόμος, ὦ σοφὲ, ἄριστόν ἐστι ὀρθότητος παίδευμα, οὐ τοὺς ὀρθὰ βαδίζοντας ἐπανορθούμενος, ἀλλὰ τῶν ἀτακτούντων τὰς ὁρμὰς περιαναστέλλων. διὸ καὶ Παῦλος ἔφη, δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται. τὸ δὲ εὐαγγέλιον φιλοσοφίας ἐστὶ προτροπὴ, οὐ φόβῳ τοσοῦτον, ὅσον ἐπαγγελίαις ἀναπτεροῦν τῶν φιλαρέτων τὸν πόθον, οὐκοῦν οἱ τούτῳ πειθόμενοι, οὐ φόβῳ τοῦ νόμου, προτιμήσει δὲ τοῦ βελτίονος τῆς ἀρετῆς ἀπρὶξ ἔχονται.

Ἰσιδώρῳ σχολαστικῷ. σπθ.

Ἀπὸ τῆς γνώμης, ὦ βέλτιστε, τὰ πράγματα κρίνεται. διὰ τοῦτο ὁ τρώσας μὲν ἑκὼν, οὐκ ἀπεκτονὼς δὲ τοῦ ἀποκτείναντος μὲν, οὐ τοῦτο δὲ, προῃρημένου, ἐναγέστερος εἶναι κέκριται· τῷ τὸν μὲν ἑκουσίως τρώσαντα, πάντως κολάζεσθαι· τὸ δ᾽ ἀκουσίως ἀποκτείναντα, συγγιγνώσκεσθαι. ὥσπερ γὰρ εἰ ξίφος τις λαβὼν, τὰς ὁδοὺς περινοστείη, βουλόμενος ἀποκτεῖναί τινα· μὴ εὑρὼν δὲ ἐπανέλθοι ἄπρακτος, οὐκ ἂν διαφύγοι τὸ ἀνδροφόνος εἶναι, ἐκ γὰρ τοῦ ἐπιχειρήματος, οὐ τοῦ ἀποτελέσματος τοιοῦτος εἶναι κρίνεται. οὕτω καὶ γυνὴ κομιδῇ καλλωπιζομένη, καὶ διὰ τοῦτο εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλουσα, ἢ διὰ τῶν θυρίδων παρακύπτουσα, ἵνα νέους θηρεύσῃ, κἂν διαμάρτῃ τῆς θήρας, ὡς θηρεύσασα κατακρίνεται. τὸ γὰρ αὐτῆς πᾶν πεποίηκε, τὸ δηλητήριον κεράσασα, καὶ τὰ λίνα ἀναπετάσασα, καὶ τὴν παγίδα μετὰ πάσης ἀκριβείας στήσασα. εἰ δὲ καὶ ἀνὴρ διὰ τοῦτο καλλωπίζετο, ἀσελγέστερον ἢ κατ᾽ ἄνδρα, καὶ οὗτος ἀπαραίτητον ὑφέξει δίκην. κἂν μὴ εὑρεθείη, ἡ τὴν κύλικα πίνουσα. εἰ δὲ ἡ μὲν γυνὴ σεμνῶς καὶ σωφρόνως καὶ κοσμίως βαδίζοι, ἰδὼν δέ τις τρωθῇ, οὐδὲν παρὰ τὴν ὁραθεῖσαν, ἀλλὰ παρὰ τὸν τρωθέντα.

Theodosio Scholastico. 288.

Lex, vir sapiens, optimum est integritatis documentum, non eos, qui rectum iter tenent, corrigens, verùm eorum, qui petulanter se gerunt, impetus reprimens. Ob ídque etiam Paulus dixit, Iusto non est posita lex. At verò Euãgelium cohortatio est ad philosophiã, quippe quod proborũ virorũ cupiditatem, non tam metu, quàm promissis erigat. Quamobrẽ qui huic obsequitur, non legis timore, sed eius, quod melius ac præstantius est, electione, virtutem mordicùs retinent.

Isidoro Scholastico. 289.

A voluntate animíque destinatione, vir optime, res perpenduntur. Quõ fit, vt qui sponte aliquem sauciarit, nec tamẽ interfecerit, eo, qui non sponte atque consultò interemerit, sceleratior esse iudicetur: ac proinde is qui dedita opera vulnus intulit, omnino puniatur, qui autem haud voluntariè occiderit, veniam obtineat. Quemadmodũ enim si quis accepto gladio vias circumeat, vt aliquem obtruncet, eum autem minimè nactus, infecto negotio redeat, non propterea homicidij crimen effugit (siquidem ex conatu, animíq; intentione, non ex euentu, talis esse iudicatur: eodem modo mulier quoque ornãdi corporis nimiũ studiosa, atque ob eam causam in forum se conferens, aut per fenestras prospiciens, vt iuuenes irretiat, etiamsi à conatu suo excidat, tamen, perinde ac si eos irretiisset, condemnatur. Id enim omne, quod in ipsius potestate erat, effecit, vt quæ & venenum miscuerit, & retia expanderit, & laqueos omni studio ac diligentia statuerit. Quòd si vir item ob eandem causam lasciuiens, quàm virum deceat, se ornarit, ipse quoq; acerbissimas pœnas omnino pendet, tametsi etiam nulla reperiatur, quæ poculum bibat. At verò si mulier grauiter & pudicè atque honestè incedat, eam autem conspicatus quispiam vulneretur, hoc non mulieri conspectæ, sed ei qui vulneratus est, assignari debet.

Eodémque modo si vir grauibus & concinnis gressibus incedat, ac mulier quædã eo conspecto saucietur, id non viri, sed eius quę sauciata est, culpa cõtingit. Quòd si quis hæc ita se habere neget, is perturbatione atque confusione omnia implebit, atque & Saram & Iosephum, & Susannam in crimen vocabit, propterea quòd alij his conspectis vulnerati sunt. Illa enim Pharaonem, alter dominam, postrema illud impudicorum hominum par cepit. Quòd si illi non modò ab omni reprehensionis nota immunes sunt, verùm etiam laudem omnem excedunt, profectò qua ratione ipsi culpa liberantur, eadem quoque oratio ea, quæ eos incessit, qui, cùm nihil minus captent, aliquem vulnerant, refutatur.

Theodosio Presbytero. 291.

Qui pretiosissima sacerdotij corona redimiti sunt, virtutibus potiùs quàm pecuniis & opibus affluere debent, & voluptatem instituto suo congruentem existimare temperantiam, ac nõ ventri, nec iis, qui ventrem sequi solent, affectibus cedere. Neque enim potestatem in cupiditatum subministratione, sed in patientia & laborum tolerantia, sitam esse arbitrari conuenit. Quòd si pro veritate quoque aut pietate periculum proponatur, eos mortem fugere minimè par est: risum enim sui excitarent, si metu frangerentur, at non libẽter eò pergerent, quò cùm peruenerint, spes est fore, vt ea re, quã per omnem vitæ cursum expetebant, potiantur. Diuinam autem societatem expetebant.

Sereno Tribuno Notario. 292.

Vera nobilitas à probis moribus conflari nata est, ac firma & stabilis dignitas virtute comparatur. Quòd si quis nec à splẽdidis maioribus ortum trahens, nec morum probitate coornatus dignitatem (quã spadones vendunt, atque imperatorum, ne nobilium quidem fortasse, manus largiuntur) pecunia sibi comparet, haud est,

εἰ δ' ὁ μὲν ἀνὴρ σεμνοπρεπῶς καὶ ἁρμοδίως βαδίζοι. ἰδοῦσα δέ τις τρωθείη, οὐδὲν παρὰ τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ παρὰ τὴν τρωθεῖσαν. εἰ δὲ μὴ φαίη τις ταῦθ' οὕτως ἔχειν, συγχύσεως πάντα πληρώσει· καὶ τὴν Σάρραν καὶ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὴν Σωσάνναν γράψεται, διότι ἄλλοι θεασάμενοι ἐτρώθησαν. ἡ μὲν γὰρ τὸν Φαραὼ, ὁ δὲ τὴν δέσποιναν· ἡ δὲ τὴν ξυνωρίδα τῶν ἀκολάστων ἐκείνων εἷλεν. εἰ δὲ ἐκεῖνοι κατὰ παράλειψιν οἱ ἀθρόον τρωθέντες, οὐ μόνον μέμψεως ἐκτὸς τυγχάνουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπαίνου παντὸς κρείττους εἰσὶν, οἷς ἐκεῖνοι ἀπολύονται τῆς αἰτίας, τούτοις καὶ ὁ κατὰ τῶν μὴ θηρώντων μὲν, τιτρωσκόντων δὲ διαχαράττεται λόγος.

Θεοδοσίῳ πρεσβυτέρῳ. σϞ.

Τοὺς τὸν τῆς ἱερωσύνης τιμαλφέστατον στέφανον περικειμένους ἀρεταῖς μᾶλλον ἢ χρήμασι δίκαιόν ἐστι κομᾶν, καὶ ἡδονὴν πρέπουσαν ἡγεῖσθαι τὴν σωφροσύνην, μήτε γαστρὶ, μήτε τοῖς μετὰ γαστέρα εἴκοντας πάθεσιν. οὐ γὰρ χορηγὸν τὴν ἐξουσίαν τῶν ἐπιθυμιῶν χρὴ νομίζειν, ἀλλὰ τὴν καρτερίαν ἐξουσίαν ἡγεῖσθαι. εἰ δὲ καὶ ὑπὲρ ἀρετῆς ἢ εὐσεβείας κίνδυνος προκέοιτο, μὴ φεύγειν τὸν θάνατον. γέλωτα γὰρ ἂν ἀποδειλιάσαντες ὀφλήσοιεν, εἰ μὴ ἄσμενοι ἐκεῖσε ἴοιεν, οἷ ἀφικομένοις ἐλπίς ἐστιν, οὗ διὰ βίου ὀρέγονται τυχεῖν, ἤρων δὲ θείας συνουσίας.

Σερήνῳ τριβούνῳ νοταρίῳ. σϞα.

Ἡ μὲν ἀληθὴς εὐγένεια ἀπὸ τρόπων χρηστῶν συνίστασθαι πέφυκε, καὶ τὸ βέβαιον ἀξίωμα ἀπὸ ἀρετῆς περιγίνεται. εἰ δέ τις μήτε ἐκ προγόνων λαμπρῶν φύσις, μήτε ὑπὸ τρόπων ὀρθῶν κοσμούμενος, ἀξίωμα ἑαυτῷ ἀγοράσειεν, ὅπερ εὐνοῦχοι πιπράσκουσι, καὶ βασιλέων ἴσως οὐδ' εὐγενῶν

χαρίζονται χεῖρες. οὗτος οὐκ ἂν εἴη δίκαιος σεμνύνεσθαι. εἰ δὲ μὴ μόνον ἐκαβρύνοιτο, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας τὸ τῆς ἀρετῆς ὑπέρλαμπρον ἀξίωμα διαπτύει· οὗτος οὐ μόνον ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς προγόνους ἅτε ἀσήμους καὶ ἀφανεῖς κωμῳδεῖσθαι παρασκευάζει. οὐκοῦν ἵνα μηδὲν τοιοῦτο πάθοις, γνῶθι σαυτόν.

quamobrem ille meritò glorietur. Quòd si non modò glorietur, sed etiam eos, qui splendidissima virtutis dignitate prædìti sunt, contemnat, ac pro nihilo putet, hic vt non tantùm ipse, sed etiam Maiores sui, velut obscuri atque ignobiles, traducantur, efficit. Quamobrem ne quid eiusmodi tibi accidat, fac teipsum noscas.

Ἠσαΐᾳ στρατιώτῃ. σϞβ.

Οὔ φημι χρῆναι τοὺς, ὥσπερ σὺ, ἐξ ἀφανῶν καὶ ἀσήμων γονέων, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς, ἐκ λαμπρῶν καὶ περιφανῶν φύντας, εἰς τοσαύτην ἀλαζονείαν ἐλαύνειν, καὶ τοὺς τῆς φύσεως ὑπερβαίνειν ὅρους, ἵν' οὖν μὴ ὑπερόρια πταίσας, ὑπερορίους ἀπαιτηθείης δίκας, ταῖς τῆς μετριοφροσύνης ἡνίαις τὴν τῆς ἀλαζονείας ἀνασειράζειν σπούδαζε μανίαν, καὶ ῥύθμιζε σαυτὸν πρὸς τὸ πρέπον ἀνδρὶ ἐπιεικεῖ σχῆμα, καὶ μήτε δι' ὀφθαλμῶν, μήτε δι' ὀφρύων, μήτε διὰ γλώττης, μήτε διὰ βαδίσματος ἴχνος ἐστὶ τῆς τοιαύτης ἐμφαινέσθω νόσου.

Esaiæ militi. 292.

Nego oportere, non eos duntaxat, qui instar tui obscuris & ignobilibus parentibus nati sunt, verùm eos quoque, qui ab illustribus & splendidis ortum traxerunt, in tantam arrogantima prorumpere, ac naturæ terminos transilire. Quamobrem, ne præter modum peccans, immodicis etiam pœnis mulcteris, arrogantiæ furorem modestiæ freno reprimere stude: téque ad speciem probo atque honesto viro congruentem compone: illúdque cura, vt nec per oculos, nec per supercilia, nec per linguã, nec per incessum vllum iam huiusmodi morbi vestigium in te appareat.

Θεογνώστῳ πρεσβυτέρῳ. σϞγ.

Ἐπειδὴ πολλοὶ λόγοις φιλοσοφοῦντες, τοῖς ἔργοις ἐλέγχονται. Τοῖς γὰρ θείοις χρησμοὺς ἐν μέσῳ περιᾴδοντες, λάθρα ἃ μὴ θέμις πράττουσι, διὰ τοῦτο εἴρηται, μάθετε καλὸν ποιεῖν. τὸ γὰρ εὖ λέγειν τοῦ ὀρθῶς πράττειν ἀπόντος, οὐ μόνον μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενὸν, ἀλλὰ καὶ γέλωτα μὲν τίκτει τοῖς σεμνοτέροις.

Theognosto Presbytero. 293.

Quoniam plerique sermonibus philophantes, operibus coarguuntur (diuina enim oracula in medio hominum cœtu decantantes clam ea, quæ nefas est, faciunt) idcirco dictum est, Discite benè facere. Siquidem probè loqui, probo operè remoto, non modò vanũ quiddam & inane esse cernitur, verùm etiam, & segnibus ac languidis risum, & grauioribus molestiam parit.

Εὐτονίῳ διακόνῳ. σϞδ.

Εἰ τῷ Βαβυλωνίῳ τοσαῦτα πλημμελήσαντι, καὶ τοὺς ὅρους τῆς φύσεως ὑπερβάντι, καὶ ἰσοθεΐαν παραλόγως φαντασθέντι, ὅρος ἦν τῆς συμφορᾶς, ἡ τοῦ κρείττονος ἐπίγνωσις. μετὰ γὰρ τὸ ἐπιγνῶναι τὴν οἰκείαν φύσιν, καὶ τοῦ

Eutonio Diacono. 294.

Si Babylonio Regi, qui tot crimina perpetrarat, & naturæ terminos excesserat, stultáque cogitatione parem se Deo esse sibi finxerat, calamitatis terminus fuit summi numinis agnitio (postea quàm enim naturam suam agnouit, atque incomparabi-

lem cælestis Regis præcellentiam confessus est, imperium suum recuperauit, quonam pacto temerè nobis, ac non vtilitatis cuiusdam causa, supplicia inferri?

Martiniano, Maroni, Zosimo, Eustathio. 295.

Refugit mihi quidem calamus ea scribere, quæ nec scire vellem. Quoniam autem eos quoque, qui ad extremum improbitatis gradum processerunt, ad meliorem mentem reuocare oportet, idcirco scribo, ac moneo, vt ea perpetrare desinatis, quæ ipse, ne linguam commaculem, dicere nolo: vos autem, haud scio quonam pacto, facere minimè dubitatis.

Eustathio Presbytero. 296.

Quamuis inopinata prosperitas insolentem, vt scribis, Zosimũ reddiderit, (solẽt enim homines, quibus præter omnem expectationem prosperitas quædam accidit, in insolentiam ac petulantiam labi:) at tu tamen patientem ac philosophicum animum præsta. Sic enim & ipsum vlcisci poteris (nihil quippe contumeliosos homines tam excruciat, quàm eorum, quibus contumelia infertur, patiẽtia) & optimum apud omnes calculum feres, & ea, quæ de te commemorantur, falsa esse demonstrabis. Nam qui indignatur & excandescit, hoc ipso veras esse contumelias ostendit. Qui autem eas irridet, ac pro nihilo ducit perspicuum argumentum præter se nullius sceleris sibi conscium esse.

Eidem. 297.

Accepi à quibusdam viris, quibus hostili odio mendacium est, veritas autem in lingua habitat, te, cùm tibi à Zosimo cõtumeliæ inferũtur, tum quidem patientiã adhibere, pòst autem ipsum traducere, atque eo nomine criminari, quòd cùm ipse seruus sit, atque à seruis genus duxerit, eos

τῶν οὐρανῶν βασιλέως ὁμολογήσαι τὸν ἀσύγκριτον, τῆς οἰκείας ἐπελάβετο ἀρχῆς. πῶς σὺ νομίζεις ἁπλῶς, καὶ οὐκ ἐπὶ κέρδει τινὶ ἐπιφέρεσθαι ἡμῖν τὰς κολάσεις.

Μαρτινιανῷ, Μάρωνι, Ζωσίμῳ, Εὐσταθίῳ. σϞε.

Ὀκνεῖ μὲν μοι γράφειν κάλαμος, ἅπερ οὐδὲ μαθεῖν ἐβουλόμην. ἐπειδὴ δὲ χρὴ καὶ τοὺς εἰς ἀκροτάτην κακίαν ἐληλακότας ἀνακαλεῖσθαι, γράφω, ὅπως παύσεσθε, ὧν ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν εἴποιμι διὰ τὸ μὴ μολῦναι τὴν γλῶτταν. αὐτοὶ δ᾽ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως διαπράττεσθαι τολμᾶτε.

Εὐσταθίῳ πρεσβυτέρῳ. σϞϛ.

Εἰ καὶ ἡ ἀπροσδόκητος εὐπραγία ὑβριστὴν ἀπετέλεσε Ζώσιμον, ὡς γέγραφας, τὸν πρεσβύτερον, εἰώθασι γὰρ ἄνθρωποι, οἷς ἀδόκητος μάλιστα εὐημερία ἐπιπίπτει, εἰς ὕβριν χωρεῖν: ἀλλὰ σὺ φιλοσόφει. οὕτω γὰρ κἀκεῖνον ἀμύνασθαι δυνήσῃ. οὐδὲν γὰρ οὕτω κολάζει τοὺς ὑβριστὰς, ὡς ἡ τῶν ὑβριζομένων ἀνεξικακία, καὶ ἀρίστην ψῆφον παρὰ πᾶσιν ἀποίσῃ, καὶ τὰ λεγόμενα ψευδῆ ἐπιδείξεις. τὸ γὰρ ἀγανακτεῖν καὶ δυσχεραίνειν, τοῦ ἀληθεῖς εἶναι τὰς ὕβρεις: τὸ δὲ καταγελᾶν αὐτῶν, τοῦ μηδὲν συνειδέναι πονηρὸν, ἀπόδειξίς ἐστιν ἐναργεστάτη.

Τῷ αὐτῷ. σϞζ.

Ἐπυθόμην παρ᾽ ἀνδρῶν, οἷς τὸ μὲν ψεῦδος ἐστὶ πολέμιον: ἡ δ᾽ ἀλήθεια ἐπὶ γλώσσης οἰκεῖ, ὡς ὑβριζόμενος μὲν παρὰ Ζωσίμου, φιλοσοφεῖς μὲν παραχρῆμα, μετὰ δὲ ταῦτα αὐτὸν ἐκπομπεύεις, παρὰ πᾶσι διαβάλλων, ὡς οἰκέτης ὢν, καὶ ἐξ οἰκετῶν φὺς, τοὺς

καὶ εὐλαβείᾳ καὶ εὐγενείᾳ κεκοσμημένοις λοιδορεῖ. εἶθ᾽ ὅτι καὶ μνημονεύεις ἐκείνων τῶν παρὰ τῶν ἀρχαίων, περὶ τῶν τοιούτων εἰρημένων. ἀφόρητος γὰρ ἐστιν εὐπραγῶν μαστιγίας, καὶ ὅτι τὸ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. καὶ λίαν θαυμάζω, πῶς ὅταν μὲν ἡ πυρὰ τοῦ θυμοῦ κορυφοῦται, κρατεῖς τῆς ὀργῆς. ὅτε δὲ δοκεῖ λήγειν, ἡττᾶσαι. τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὀργισθῆναι τὸν μὴ πάνυ φιλοσοφεῖν ἐσπουδακότα, οὐκ ἀπεικός. τὸ δὲ μετὰ τὸ λῆξαι, ἢ καὶ σβεσθῆναι τὴν πυρὰν, ἀνάπτειν ἑαυτῷ τὴν κάμινον, ἀπεικός. εἰ δ᾽ ἡ μνήμη τῶν λεχθέντων ἀνάπτει τὸ πῦρ, τὸ πεφιλοσοφηκέναι σε μᾶλλον εὐφραινέτω, καὶ ἐν γαλήνῃ διατηρείτω. οὐ γὰρ τί ἐκεῖνῳ πρέπει ἀκοῦσαι, ἀλλὰ τί σοι πρέπει εἰπεῖν, λογίσασθαι δίκαιος ἂν εἴης. μὴ τοίνυν ἐκείνῳ φιλονεικῶν, σαυτὸν καθύβριζε, μηδὲ τὸν βίον ἐκείνου ἐκκωμῳδῶν, τὴν σαυτοῦ γλῶτταν μολύνεσθαι παρασκεύαζε, ἀλλ᾽ εἰς τέλος φιλοσόφει. τοῦτο γάρ σοι μυρίον κλέος γεννήσει.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. σϞη.

Λίαν ἀλγῶ τὴν ψυχὴν, ὅτι ὀξὺ πρὸς τὰ χείριστα ὁρῶν, τυφλώττεις πρὸς τὴν ἀρετὴν, καὶ ὅτι τῶν φοβερῶν πλασμάτων ἐραστὴς ὢν, ἔτι καινοτέρων ἀδικημάτων ἀνεφάνης εὑρετής. εἰ τοίνυν κἀμὲ λύπης, καὶ σαυτὸν δίκης ἐλευθερῶσαι βούλει, θᾶττον μετάβαλε, εὖ εἰδὼς, ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος ἀρετῆς ἐντεῦθεν ἀπάρῃ, ἐν πυρὶ κείσεται. ὁ δὲ τετελεσμένος τε καὶ κεκαθαρισμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος, μετὰ τῶν θείων δυνάμεων χορεύσει.

Θεοδοσίῳ σχολαστικῷ.

Αἱ ἱεραὶ γραφαὶ, οὐ πλαγίαν καὶ ἀμφίβολον, ἀλλ᾽ ὀρθὴν καὶ λαμπρὰν, καὶ ἀραρυῖαν

tamen, qui pietate ac nobilitate insignes & ornati sunt, conuitiis afficiat. Deinde etiam ea cõmemorare, quæ de huiusmodi hominib⁹ à priscis viris dicta sunt, nimirũ intolerabilem esse seruum prosperis rerũ successibus vtentem: & immeritum felicitatem væcordibus ac stolidis malè sentiendi occasionem præbere. Ac vehementer miror, quî fiat, vt cùm furoris rogus in altum attollitur, iram imperio teneas, cùm autem sopiri videtur, ipse superêris. Nam quòd initiò irascatur, qui patientiam præstare non admodum studuit, haud mirum atque absurdum est. At post sopitum, aut etiam extinctum incendium, fornacem sibi ipsi accendere, præposterum sanè atque inconcinnum fuerit. Quòd si eorum, quæ ille dixerit, recordatio ignem excitat, fac patientia ea, quam præstitisti, magis te oblectet, atque in tranquillitate conseruet. Non enim quid illum audire, sed quid te loqui deceat cum animo tuo reputare debes. Quocirca noli committere, vt, dum cum eo rixaris, tibi ipsi contumeliæ notã inuras, ac dum ipsius vitam traducis, lingua tua contaminetur: verùm ad extremũ vsque philosophâre. Hoc enim tibi infinitam gloriam allaturum est.

Zosimo Presbytero. 298.

Magno animi dolore afficior, te cùm ad pessima quàm acutè cernas, ad virtutem caligare: & cùm teterrimorum scelerum amans & studiosus sis, nouorũ adhuc criminum inuentorem extitisse. Quocirca si & me mœrore, & te cruciatu liberare vis, ratione vitæ statum commuta, illud pro certo habens, quòd qui virtutis sacris minimè initiatus hinc excesserit, in flammis iacebit: qui autem omnibus virtutum numeris perfectus ac repurgatus ad alterum æuum venerit, vnà cum diuinis ac cælestibus virtutibus choros aget.

Theodosio Scholastico. 299.

Sacrosanctæ Scripturæ nõ obliquam & dubiam, sed rectam & luculentam, atque

inconcussam miniméque vacillantem de Deo fidem in omnium hominum animis infixam esse oportere censent, periclitantibus lætam spem ostendentes ac felicem exitum pollicentes, prosperè agentibus fiduciam porrigentes, calamitosis solatium proponentes, ac denique peccantibus metum intentantes: vt non nomine tenus ipsum considerantes, probam omnem notionem velut per obortum egerãt, verùm & effectorem, & imperatorem, & inspectorem, & procuratorem ac moderatorẽ, probos quidem viros remunerantem, de improbis autem supplicium sumentem esse credentes (Nam hæc demum exactissima & clarissima de Deo doctrina est) vitium fugiant, ac virtutem amplectantur. At verò ipsius essentiam explorare, nec necessarium est, nec in humani ingenij captũ cadit. Sciendum enim ac credendum est Deum esse: non autem quid sit, curiosè inuestigandum. Quocirca missa facta de ipsius essentia disputatione, vt quæ nullo modo percipi atque comprehendi queat, verùm omnẽ explorationem & inuestigationem superet, vitam nostram & mores componamus, vt qui omninò rationem reddituri simus.

ἀσάλευτόν τε καὶ ἀπαρέγκλιτον, οἴονται δεῖν ἐγκεῖσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν περὶ τοῦ θεοῦ πίστιν· κινδυνεύουσι μὲν ἀγαθὴν ἐλπίδα ὑπισχνούμεναι, εὖ πράττουσι δὲ θάρσος ὀρέγουσαι καὶ δυσπραγοῦσι μὲν παραμυθίαν προτεινόμεναι, πλημμελοῦσι δὲ φόβον ἐπανατεινόμεναι, ἵνα μὴ μόνον ἄχρις ὀνόματος νοοῦντες, πᾶσαν ἔννοιαν χρηστὴν ἐξαμβλώσωσιν, ἀλλὰ ποιητὴν καὶ ἄρχοντα, καὶ ἔφορον καὶ προνοητὴν καὶ κυβερνήτην· ἀμειβόμενον δὲ τοὺς πονηρούς. οὗτος γὰρ ὁ κυριώτατος καὶ ἐνδοξότατος περὶ θεοῦ λόγος. φύγωσι μὲν κακίαν, ἕλωνται δὲ ἀρετήν. ἡ δὲ περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ βάσανος, οὔτ᾽ ἀναγκαία, οὔτ᾽ ἐφικτὴ ἀνθρώποις. εἰδέναι γὰρ χρὴ καὶ πιστεύειν, ὅτι ἐστὶ θεός, οὐ τὸ τί ἐστι πολυπραγμονεῖν. ἀφέμενοι τοίνυν τοῦ περὶ τῆς οὐσίας λόγου ὡς ἀνεφίκτου, καὶ μηδαμῶς ἁλωσίμου, ἀλλὰ πᾶσαν βάσανον ὑπερνικωμένου, τὸν βίον ἑαυτῶν καὶ τὸν τρόπον ῥυθμίσωμεν, ὡς λόγον πάντως ἀποδώσοντες.

Eidem. 30.

Cùm opus omne lucet, si studio & meditatione excultum sit (nam quod studio & exercitatione minimè compingitur, facilè extinguitur:) tum virtus potissimum quotidiana exercitatione colẽda est. Nisi enim excolatur, defluit, ac fructum amittit. Quò etiam illud scilicet spectat, quod mihi explicandum proposuisti, Videte ne perdatis quæ operati estis. Languor enim atque inertia labores antè susceptos, quantumuis clari & illustres sint, extinguet: studiũ autem ac diligentia præcedentem quoque desidiam & socordiam abolebit.

Τῷ αὐτῷ. τ.

Πᾶν μὲν ἔργον λάμπει μελέτῃ θεραπευθέν. τὸ γὰρ μὴ ὑπὸ μελέτης συγκροτούμενον, ῥᾳδίως σβέννυται. μάλιστα δ᾽ ἡ ἀρετή, τῇ καθ᾽ ἡμέραν ἀσκήσει θεραπεύεσθαι ὀφείλει. μὴ γεωργουμένη γάρ, φυλλορροεῖ, καὶ τὸν καρπὸν ἀπόλλυσι. καὶ τοῦτ᾽ ἔστιν ἄρα, ὃ ἐθελήσας μαθεῖν, βλέπετε μὴ ἀπολέσητε ἃ εἰργάσασθε. ἡ μὲν γὰρ ῥαθυμία τοὺς προηγησαμένους πόνους, κἂν λαμπροὶ ὦσιν, σβέσει· ἡ δὲ σπουδή, καὶ τὴν προγεγενημένην ῥαθυμίαν ἀφανίσει.

Finis epistolarum libri secundi.

ΤΟΥ ΙΣΙΔΩΡΟΥ ΤΟΥ πηλουσιώτου τῶν Ἐπιστολῶν τμῆμα τρίτον.

ISIDORI PELVSIOTÆ Epistolarum liber tertius.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. α.

Εἰ οὔτε γεέννης, οὔτε βασιλείας σοι λόγος οὐδείς, ἀλλά γε κἂν τὰς παρούσας δίκαιος ἂν εἴης ἀποσείσασθαι κωμῳδίας.

Zosimo Presbytero. 1.

Si nec gehennæ, nec cælestis regni cura vlla te afficit, nec saltem te operam dare æquũ fuerit, vt præsentis vitæ dicteria propulses.

Μάρωνι. β.

Οὐκ ἀμφίδοξον, ἀλλ᾽ ἔνδοξον ὄντα, καὶ γνώριμον, καὶ ἀληθῆ, καὶ παρὰ πάντων τῶν σοφῶν, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ὁμολογούμενον, καὶ πάντως ἐσόμενον τῆς κρίσεως λόγον, ἐν στέρνοις δίκαιος ἂν εἴης ἔχειν, καὶ παύσασθαι ὧν κρίσιν μὴ εἶναι νομίζων πράττεις, ἵνα καὶ σαυτὸν κολάσεως, καὶ τοὺς ὁρῶντας σκανδάλου, καὶ ἡμᾶς λύπης, καὶ τοὺς ῥαθύμους ἀπογνώσεως ἀπαλλάξῃς.

Maroni. 2.

Non dubium, sed clarum atque cognitum, & verum, ab omnibúsque viris eruditis, & sacris scripturis confessum, atque omnino futurũ extremi iudicij dogma pectore conditum habere sanè debeas, ab iísque abstinere, quæ, dum iudicium minimè fore existimas, committis: vt hac ratione, & teipsum pœna, & eos, qui te intuentur, offensione, & nos mœrore, & languentes ac torpidos desperatione liberes.

Ἀμμωνίῳ. γ.

Ἐν καιρῷ πολέμου οὐ μόνον τὸν συντοξεύοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν τοῖς ἐναντίοις μὲν τετάχθαι δοκοῦντα, μὴ κατατοξεύοντα δέ, φίλον τρόπον τινὰ ἡγητέον. διὸ καὶ ὁ θεῖος χρησμὸς βοᾷ, ὁ μὴ ὢν καθ᾽ ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν ἐστιν.

Ammonio. 3.

Bello grassante, non modò eum, qui simul sagittas mittit, sed etiam eum, qui quamuis ab hostium partibus stare videatur, tamen sagittas contrà minimè mittit, in amicorum numero quodammodo habere oportet. Quocirca etiam diuinũ oraculum clamat, Qui non est contra vos, pro vobis est.

Εὐτονίῳ διακόνῳ. δ.

Ἐπειδὴ καὶ τοὺς κομιδῇ προσέχοντας τῇ ἀναγνώσει τὸν νοῦν τοῦτο διαλαθεῖν, οὐκ ἂν σε αἰτιασαίμην, ὡς μὴ ἀναγινώσκοντα. ἀλλὰ συντόμως φράσαιμι, ὥσπερ ὁ ἀπόστολος ἀστέρας καλεῖ τοὺς διὰ τῆς ἀρίστης πολιτείας τοὺς θεωμένους φωτίζοντας γράφων, ἐν οἷς ἐστὲ ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ· οὕτω καὶ ὁ Δανιὴλ ἀστέρας καλεῖ τοὺς λαμπροὺς μὲν δι᾽ εὐσέβειαν, ἀρίστους δὲ διὰ πολιτείαν. φησὶ γάρ, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν

Eutonio Diacono. 4.

Quandoquidem eos etiam qui Scripturarum lectioni animum valde additũ habent, haud te accusabo, qui in earum lectione minimè versaris: verùm breuiter hoc dixerim, quod quemadmodum Apostolus stellas eos appellat, qui per optimã viuendi rationem spectantium animos illuminant, his verbis vtens, inter quos estis vt luminaria in mundo: sic etiam Daniel stellas eos vocat, qui & pietate clari sunt, & vitam optimè constituunt. Ait enim:

Et cecidit in terrã à stellis, & à virtute. Nõ quòd stellæ ceciderint, vt quidam opinati sunt (absit) sed quòd Antiochus Epiphanes (nam de eo Angelus sermonem habebat) à Machabæis insigniter superatus sit, ac Iudaico imperio exturbatus. Nõ enim dixit, Stellæ ceciderunt: verùm ille à stellis præclarè pugnantibus cecidit, hoc est, victus ac profligatus est. Quòd si quis vocabulum istud ἔπεσεν, pro ἐπάταξεν, id est, percussit, accipiat (nam hoc quoque sensu persæpe vsurpatur, vt in hoc loco, ἔπαισεν, id est, percussit, & manus eius sanauerunt) secunda videlicet syllaba per diphthongũ scripta, potest, illud dici, quòd septem fratres, ac matrem, & sacerdotem Eleazarũ, qui præclaram ac fulgidam vitam ostenderunt, atque siderum instar in terra extiterunt, percusserit. Machabæus enim Persica lingua dominum sonat. Ea igitur tempestate, qua aduersus clarissimos illos viros audacia præceps actus Antiochus huiusmodi tragœdiam excitauit, Machabæi coactis copiis è regione propulerunt. Vnde etiam iis, qui tormẽtis excruciati sunt, nomen ob victoriam remãsit. Machabæi enim illi quoque appellati sunt, qui Machabæorum temporibus horrendos & immanes cruciatus pertulerunt, nec paternas leges eiurarunt.

γῆν, ἀπὸ τῶν ἀστέρων καὶ ἀπὸ τῆς δυνάμεως· οὐχ ὡς τῶν ἄστρων πεπτωκότων, ὡς ᾠήθησάν τινες· ἄπαγε· ἀλλ᾽ ὡς Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς. περὶ γὰρ αὐτοῦ ἦν τῷ ἀγγέλῳ ὁ λόγος, ὑπὸ τῶν Μακκαβαίων λαμπρῶς ἡττηθέντος, καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχῆς ἐκπεπτωκότος. οὐ γὰρ εἶπεν, οἱ ἀστέρες ἔπεσαν, ἀλλ᾽ ἐκεῖνος ὑπὸ τῶν ἀστέρων λαμπρῶς ἀγωνισαμένων πέπτωκε, τουτέστιν ἡττήθη. εἰ δέ τις τὸ ἔπεσεν, ἐπάταξεν ἐκλάβοι· καὶ οὕτως γὰρ πολλάκις λέγεται, ὡς τὸ ἔπαισεν, ἀντὶ τοῦ ἐπάταξε, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἰάσαντο, τῆς δευτέρας συλλαβῆς διφθόγγου γραφομένης, δύναται λέγειν, ὅτι ἐπάταξε τοὺς ἑπτὰ ἀδελφοὺς, καὶ τὴν μητέρα, Ἐλεάζαρόν τε τὸν ἱερέα, λαμπρὰν καὶ ἀστράπτουσαν πολιτείαν ἐπιδειξαμένους, καὶ καθάπερ ἀστέρας ἐν γῇ φανέντας. Μακκαβαῖος γὰρ ἑρμηνεύεται, οἱονεὶ παρὰ Πέρσαις, κοίρανος, τουτέστι δεσπότης. ἐν τοῖς καιροῖς τοιγαροῦν ἐκείνοις, ἐν οἷς ἡ κατὰ τῶν εὐδοκιμωτάτων ἐκείνων ἀνδρῶν ἐτολμήθη τῷ Ἀντιόχῳ τραγῳδία, οἱ Μακκαβαῖοι συστάντες, ἐξήλασαν ἐκεῖνον τῆς χώρας. διὸ καὶ τοῖς βασανισθεῖσι τοὔνομα ἐξείκησε. Μακκαβαῖοι γὰρ ἐκλήθησαν καὶ οἱ ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς χρόνοις τὰ ἀνήκεστα ὑπομεμενηκότες, καὶ μὴ ἐξομοσάμενοι τοὺς πατρῴους νόμους.

Eidem. 5.

Non tanquam nemo Ecclesiæ bellum indicturus, atque extinguere adnixurus esset, verùm quòd multi quidem aduersus eam pugnaturi, sed tamen vincẽdi ac profligandi essent, dictum est, Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam, subaudi Ecclesiam. Sic quippe cõtigit. Oppugnata enim est, sed non oppressa: verùm iis ipsis, qui eam extinguere tentauerunt, splendidior emicuit. Quid igitur miraris, si sancti etiam viri bello exagitẽtur? Ex bellis enim præclariora trophæa, atque ornatiora spolia esse videntur.

Τῷ αὐτῷ. ε.

Οὐχ ὡς μηδενὸς πολεμήσοντος, καὶ σβέσαι ἐπιχειρήσοντος, ἀλλ᾽ ὡς ἀντιστησομένων μὲν πολλῶν, ἡττησομένων δὲ κατὰ κράτος εἴρηται, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, τῆς ἐκκλησίας δὲ δηλονότι. οὕτω γοῦν καὶ γέγονεν. ἐπολεμήθη μὲν γὰρ, οὐχ ἡττήθη δέ. ἀλλ᾽ αὐτῶν τῶν σβέσαι ἐπιχειρησάντων λαμπροτέρα ἀπεφάνθη. τί τοίνυν θαυμάζεις, εἰ καὶ οἱ ἅγιοι ἐνταῦθα πολεμοῦνται; ἐκ γὰρ τῶν πολέμων λαμπρότερα φαίνεται τὰ τρόπαια, καὶ σεμνότερα τὰ σκῦλα.

Ἥρωνι σχολαστικῷ. ϛ.

Ὅταν ὁ θεὸς διαλέγηται ἢ ἐπαγγέλληται, καὶ λογισμοὶ καὶ συλλογισμοὶ, καὶ πιθανότητες ῥημάτων, ἐκποδὼν οἰχέσθωσαν. ταῦτα γὰρ πάντα οὐδὲν, παραβαλλόμενα τῷ τοῦ λέγοντος ἀξιώματι.

Ἀντιόχῳ σχολαστικῷ. ζ.

Γενναίας μὲν οὐκ ἔστιν ἔργον ψυχῆς, τὸ μνησικακεῖν, ἀλλὰ ταλαιπώρου καὶ φαύλης. ἐπειδὴ δὲ οὐ πάντες περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων τὴν αὐτὴν φέρουσι ψῆφον, ἀλλ᾽ οἱ μὲν τὸ ταχέως θεραπευθῆναι τὸν παροινηθέντα τοῦ συνειδέναι· οἱ δὲ τοῦ μὴ συνειδέναι τοῖς εἰρημένοις τεκμήριον ποιοῦνται, χρὴ τὸν ἔμφρονα τοῖς σοφωτέροις μᾶλλον ἀκολουθεῖν, καὶ τὴν ἐκείνων ψῆφον βεβαίαν ἡγεῖσθαι. ἔστι δ᾽ αὕτη, τὸ ταχίστην δέχεσθαι τὴν ἰατρείαν. τὸ γὰρ ψευδὲς ὄνειδος οὐ περαιτέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται. ἐπειδὴ δὲ γέγραφας, τί οὖν εἰ μὴ λαμβάνει κόρον ὁ ὑβριστὴς, ἀλλ᾽ ἐπιτρίβεται τῇ τοῦ παροινηθέντος φιλοσοφίᾳ; φαίην, ὅτι μάλιστα μὲν ἄπιστόν ἐστι τοῦτο, πλὴν τὸν τοιοῦτον ὡς θηρίον ἀτίθασον φευκτέον. τὸ γὰρ γραφὲν παρά τινος, ὅτι καὶ συντυγχάνω καὶ φιλοσοφῶ. μεῖζον γάρ μοι τὸν ἔπαινον παρασκευάζει, μεγάλου μὲν ἐστὶ, χρὴ τἀληθῆ λέγειν, ἀνδρὸς, εἴγε τοῖς ἔργοις φιλοσοφοίη, οὐ μὴν τὴν τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ὑπερβεβηκότος ἀρετήν, οἱ γὰρ ἅγιοι παρ᾽ ἡμῖν οὐ τοὺς οἰκείους στεφάνους ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων πλέκεσθαι βούλονται συμφορῶν, ἀλλὰ τῶν καθ᾽ ἑαυτοὺς πολλάκις ἀμελοῦσιν, ἵνα τὰ τῶν πλησίον ἐπανορθώσωνται. οὐ γὰρ ἵνα ἑαυτοῖς μεῖζον κατασκευάσωσι τὸ κλέος, ἄλλους εἰς κρημνὸν τρέπουσιν. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ὠφελεῖν δυνηθεῖεν, συμβουλεύουσιν· εἰ δὲ μὴ ἀποφεύγουσιν, ἵνα μὴ ἐκεῖνοι εἰς μεῖζον

Heroni Scholastico. 6.

Cùm Deus loquitur, aut aliquid promittit, & rationes, & argumenta, & verborum lepores ac probabilitates facessant. Nullius enim hæc omnia momenti sunt, sed cum eius, qui loquitur, authoritate comparentur.

Antiocho Scolastico. 7.

Acceptarum iniuriarum memoriam retinere, haud generosi animi est, verùm improbi ac miseri. Quoniam autem non omnes de iisdem rebus eandem sententiã ferunt, verùm alij, si is, qui contumeliam accepit, confestim curetur, hinc ipsum, ea, quæ dicta sint, agnoscere coniiciunt, alij contrà, ipsum ea minimè agnoscere hoc argumento colligunt, prudentem virum sapientiores potiùs sequi, eorúmque iudicium certum ac firmum existimare conuenit. Illud autem est, vt medicinã quàm celerrimè admittat. Nam falsum probrũ non vltra aurem progreditur. Quoniam autem scripsisti, Quid igitur, si nulla eum, qui contumeliam infert, satietas capit, verùm eius, quem contumelia affecit, patiẽtia peior atque insolentior redditur? respõdeo, primùm incredibile hoc esse: deinde huiusmodi hominem, tanquam indomitã belluam, auersandum & fugiendum esse. Nam quod abs te scriptum est, tanquam à quodam dictum sit, Et cum eo versor, & patientiam adhibeo: maiorem enim mihi laudem conciliat, est quidem magni viri (verè enim loqui oportet) si modo rebus ipsis atque operibus philosophetur, at qui tamen prȩstantium virorum virtutem minimè superarit: Apud nos enim sancti viri coronas suas ex alienis calamitatibus texere minimè volunt: verùm plerunque commoda sua negligunt, vt aliorum errata corrigant. Non enim, vt maiorem sibi gloriam comparent, alios in præceps agũt: verùm, si prodesse queant, admonent: sin secus aufugiunt, ne illi in maiorem voraginem prolabantur. Non enim laudis ae-

que honoris studio, sed vt hominum saluti consulant, ea agunt, quæ agunt.

Aphrodisio Presbytero. 8.

Quandoquidem ei, qui mœrore obrutus & profligatus est, molestorum narratio solatij nonnihil affert, ac præsertim cùm ad synceros amicos fit (silentio quippe ingrauescit calamitas. Permulti siquidem ob pectore pressas ac silentio traditas miserias suas in graues & periculosos morbos inciderunt) idcirco eos, qui calamitates suas commemorare cupiunt, blādè ac suauiter admittere oportet, ac posteaquā illi per huiusmodi sermonem dolore leuati fuerint, tum demum, eam, quam par est medicinam adhibere. Nam si confestim ipsis ora obstruamus, tum inhumaniorum hominum existimationem colligemus, tū remedium imbecille atque inualidū reddemus, nimirū ipsa doloris flamma illud repellente. At si mitigato dolore pharmacum imponamus, duplex lucrum consequemur, alterum quòd humani ac misericordes erimus, alterum quòd morbum depellemus.

Ausonio, Dionysio Correctori. 9.

Eos, qui de rebus iudicant, acutissimo ingenio esse oportet, vt & eorum, qui loquuntur facundiam, & eorum, quę dicuntur, probabilitatem ac verisimilitudinem missam facientes, sensa ipsa introspicere, atque hinc expiscantes, veritatem haurire queant.

Heraclidi Episcopo. 10.

Vox hæc λόγιον, vir eruditissime, non vnam duntaxat significationem habet. Cùm enim prima syllaba acuitur, oraculum significat. Cùm autem secunda, id quod ex diuino præscripto Pontificis pectori impositum erat, quasi λόγου ἱερὸν, id est, rationis sacrum, aut domum, aut delubrum. Quoniam autem, cur Pontificis pectori imponeretur, ex me quæris, hoc

ὀλισθήσειεν βάραθρον. οὐ γὰρ φιλοτιμούμενοι, ἀλλὰ τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων φροντίζοντες, δρῶσιν ἃ δρῶσιν.

Ἀφροδισίῳ πρεσβυτέρῳ. η.

Ἐπειδὴ φέρει τινὰ παραμυθίαν τῷ ὑπὸ λύπης βεβαπτισμένῳ τῶν λυπηρῶν ἡ ἀφήγησις, καὶ μάλιστα ὅταν πρὸς γνησίους γίνηται. ἡ γὰρ σιωπὴ πολλοὶ γοῦν καρτερήσαντες, καὶ σιγῇ ταῦτα παραδεδωκότες, εἰς χαλεπὰ περιέπεσον πάθη, χρὴ τοὺς βουλομένους τὰς ἑαυτῶν διηγεῖσθαι συμφορὰς, ἡμέρως προσίεσθαι, καὶ μετὰ τὸ κουφισθῆναι διὰ τῶν λόγων τὸ πάθος, τότε τὴν ἐνδεχομένην προσφέρειν θεραπείαν. εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς αὐτοὺς ἐπιστομίσομεν, καὶ ἀσυμπαθῶν κτησόμεθα δόξαν, καὶ τὸ βοήθημα ἀσθενὲς ἀποφανοῦμεν, τῆς ἀκμῆς αὐτῷ παρωθουμένης. εἰ δὲ μετὰ τὸ κουφισθῆναι τὸν πόνον ἐπιθείημεν τὸ φάρμακον, δύο κερδανοῦμεν, καὶ τὸ συμπαθεῖς εἶναι, καὶ τὸ μὴ διαμαρτεῖν τῆς θεραπείας.

Αὐσονίῳ, Διονυσίῳ κορρίκτορι. θ.

Χρὴ τοὺς τῶν πραγμάτων κριτὰς, ὀξυτάτους εἶναι περὶ τὸ νοεῖν, ἵνα καὶ τὴν τῶν λεγόντων δεινότητα, καὶ τὴν τῶν λεγομένων πιθανότητα παρέντες, εἰς αὐτὸ τὸ βάθος τῶν νοημάτων χωρῆσαι δυνηθεῖεν, κἀκεῖθεν θηρεύσαντες, ἀνιμήσασθαι τὴν ἀλήθειαν.

Ἡρακλείδῃ ἐπισκόπῳ. ι.

Τὸ λόγιον, ὦ ἐλλογιμώτατε, οὐ τὸ αὐτὸ μηνύει· ἀλλ᾽ ὅταν μὲν ἡ πρώτη ὀξύνηται συλλαβὴ, χρησμὸν δηλοῖ· ὅταν δ᾽ ἡ δευτέρα, τὸ ἐπὶ τοῦ στήθους τοῦ ἀρχιερέως ἐπιτεθῆναι θεσπισθὲν, οἷον λόγου ἱερὸν, ἢ οἶκον, ἢ τέμενος· ἐπειδὴ δὲ, φὴς, καὶ τίνος ἕνεκεν τῷ στήθει τοῦ ἀρχιερέως ἐπετίθετο; φημὶ, ὅτι πρῶ-

τον μὲν ἐχρῆν τῷ θυμικῷ, καὶ ἐπιθυμητικῷ τὸν λογισμὸν, ὥσπερ ἡνίοχον ἐπικεῖσθαι. ἔπειτα ὅτι τῷ ἱερωμένῳ χρὴ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν σαφήνειαν ἐγκαλλώπισμα εἶναι. τῷ γὰρ λογίῳ ἐπέκειτο ἡ δήλωσις καὶ ἡ ἀλήθεια· ἡ μὲν τὴν σαφήνειαν, ἡ δὲ τἀληθὲς ἐμφαίνουσα, εἰ δὲ καὶ ἄλλως βούλει νοῆσαι. ἐπειδὴ τῷ μὲν ἐνδιαθέτῳ λόγῳ πρέπει ἡ ἀλήθεια· τῷ δὲ προφορικῷ, ἡ σαφήνεια. τάχα δὲ ἐπειδὴ καὶ ἔκλαμψίς τις ἐγίνετο, ὥς φασιν, ἐν τοῖς λίθοις ἐκείνοις, ὅτε εἰς τὰ ἄδυτα εἰσέλλετο ἱερουργήσων, καὶ ἐδήλου ἀληθῶς τὰ λεγόμενα, τούτοις κέκληνται τοῖς ὀνόμασι.

Θεοκτίστῳ. ια.

Βασάνισον ἀκριβῶς, ὦ βέλτιστε, καὶ εὑρήσεις αὐτὸν δικαιοσύνης γέμοντα. οὐ γὰρ εἶπεν, ὁ ἁπλῶς καὶ ἐκ παρόδου, ἰδών τινος καὶ ἐπιθυμήσας, ὡς μοιχὸς τιμωρηθήσεται. ἦ γὰρ ἂν καὶ ἀνήνυτον ἦν τὸ πρᾶγμα, καὶ ἄλογος ἡ ἀπειλή· ἀλλ᾽ ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, τουτέστιν, ὁ ἐκ προενθυμήσεως τὸ πάθος ἐπισπώμενος, ὁ τοῦτ᾽ ἔργον τιθέμενος, ὁ συνεχῶς ἐφεδρεύων, καὶ τῇ συνεχεῖ καὶ ἀκαταπαύστῳ θέᾳ θεραπεύων τὸ πάθος, ἤδη ἐμοίχευσεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. τὸ γὰρ ἤδη, τοῖς μὴ βραχύτατον ἔχουσι τὸν νοῦν, ἐμφαίνει περὶ τῶν ἀδυνάτοις ἐπιχειρούντων εἰρῆσθαι. τί γὰρ εἰ καὶ ὕπανδρος εἴη ἐκείνη καὶ σώφρων, καὶ ὑπὸ πολλῶν φυλάττοιτο, πῶς τῷ ἐρῶντι εὐχείρωτος εἴη. οὐκοῦν εἰκότως εἴρηται, ἤδη ἐμοίχευσεν, ὁ τῆς πράξεως οὐκ ἀποσχόμενος ἄν, εἴγε οἷόν τε ἦν, εἰ μὴ πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ῥώμη τῷ ἔρωτι ἦν παραχωρήσασα, οὐκ ἂν καὶ τὸ σῶμα ἐπείσθη συνεχῶς φοιτᾶν, καὶ ἀκρατέσιν ὀφθαλμοῖς ἑστιᾶν τὸ πάθος. ὅπου γε πολλοὶ καὶ ἐρῶντες, ἐρυθριῶσιν εἰς ἐκείνας βλέπειν. Εἰ δὲ δόξεις ἔρως ὀφθαλ-

primùm respondeo, quia iræ & cupiditati rationem aurigæ in modum insidere oportebat. Deinde, quia ei, qui sacerdotij munere fungitur, veritatem ornamenti loco esse conuenit. Siquidem τῷ λογίῳ, id est, rationali, δήλωσις & ἀλήθεια inhærebant, quarum altera perspicuitatem, altera veritatem significat. Quòd si alio adhuc sensu id explicari cupis, id ea ratione fiebat, quia internæ rationi veritas congruit, ei autem, quæ sermone profertur, perspicuitas. Denique quia splendor quidam, vt nōnulli aiunt, in lapillis illis existebat, cùm ad Sancta sanctorum sacrificādi causa se cōferret, atque ea, quæ euentura erant, verè declarabat, his fortasse nominibus appellatæ sunt.

Teoctisto. 11.

Perpende diligenter, optime vir, ac videbis eum æquitate ac iustitia refertum esse. Non enim dixerit, Qui simpliciter ac per transitum aliquam viderit, eámque cōcupierit, vt adulter punietur (sic enim res irrita fuisset, ac nulla ratione nixa comminatur) verùm, Qui viderit mulierem ad cōcupiscendam eam, hoc est, qui ex antecedēte cogitatione libidinis affectum attrahit, qui nihil aliud operis sibi proponit, qui sine intermissione insidiatur, atque assiduo prospectu affectū fouet, iam mœchatus est in corde suo. Particula enim ista, Iam, omnibus, nisi qui perexigua & hebeti mente sint, perspicuum illud facit, hæc verba de iis dicta esse, qui res eas aggrediūtur, quas nullo modo cōsequi possunt. Quid enim, si illa & viro copulata sit, & pudicitia præstet, & à multis custodiatur, quonam pacto ab amante facilè subigi queat? Meritò itaque dictum est, Iam mœchatus est: quia videlicet ab actione minimè abstinuisset, si ea in ipsius potestate sita fuisset. Nisi enim vniuersum animæ robur amori succubuisset, haudquaquā corpori quoque persuasum fuisset, vt continenter incederet, ac libidinosis oculis affectum suum pasceret: quippe cùm multi

etiam, quamuis amore teneantur, eas tamen, quas amant, cernere præ pudore minimè sustineat. Quòd si gloriæ amor oculum comprimit, atque corporeum amorẽ superat, multo profectò magis id diuinus timor efficiet. Quòd si dixerit, quispiam, Quid igitur, si cùm actio in ipsius potestate sit, tamen abstineat? hîc responderim: Magna quidem certè ac diuina quædam res istud fuerit, ac verè virginitatis argumentum. Atque huiusmodi vir, etsi viderit, atque obiter vulnus acceperit, haudquaquã eam assiduè intueri studebat, verũ quàm lõgissimè sese remouebit, ne continuus aspectus materiam igni subministret. Quòd si intueri studet, eum per huiusmodi aspectum affectus prodit. Iam si continenter etiam aspiciens, nullo incommodo hinc se affici contendat, à Iobo, viro omni laude præstantiori coarguetur, his verbis vtente, Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Quòd si eum, qui diaboli vires concidit, minorem esse existimet, quàm vt secum certare possit, hoc ipso quoque nomine dignus fuerit, cui fides abrogetur, cùm ait se etsi cernere non desinat, nullo tamen libidinis sensu affici. Atque vt etiam eum vera loqui concedamus, tamen eũdem diuinum miraculum perperam interpretari cõstat. Non enim dixit, Vide quidem, at ne concupiscas. Vel, Concupisce quidem, at cupiditatem comprime. Quòd si eò quique impudẽtiæ prorumpat, erubescat is oportet, qui dixit. Viuo autem non iam ego, viuit autem in me Christus. Nam qui hæc omni philosophia præstantiora verba protulit, quiq; diuinarũ gratiarũ opes tanquã in fictili ærario circũferebat, anxius & solicitus erat, cũ hoc bellũ sibi ob oculos proponeret, ac dicebat, Castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo: ne fortè, cùm aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar. Cùm igitur tãtus vir carnis rabiem tanquã habenis quibusdam cohibeat, vnusquisque, oculos à mulieribus remouẽdo, securitatem sibi cõparare studeat: ne alioqui materia igni admota flammam excitet.

μοὺς χαλινοῖ, καὶ ἔρωτος κρατεῖ σωματικοῦ, πολλῷ μᾶλλον ὁ θεῖος φόβος τοῦτο ποιήσει. εἰ δὲ φαίη τις, τί οὖν, εἰ δυνατῆς οὔσης τῆς πράξεως ἀπόσχοιτο; φαίην, ὅτι μέγα μὲν ὄντως καὶ θεῖον, καὶ παρθενίας ὄντως ἀπόδειξις. καὶ ὁ τοιοῦτος εἰ καὶ εἶδε, καὶ ἐτρώθη ἐκ παρόδου, οὐκ ἂν συνεχῶς σπουδάσοι θεάσασθαι. ἀλλὰ καὶ πόρρω ἑαυτὸν ἀποικίσει, ἵνα μὴ ἡ συνεχὴς θέα ὕλην τῷ πυρὶ παράσχοι. εἰ δὲ σπουδάζει θεάσασθαι, ἐλέγχει ἑαυτὸν δι' ὧν θεᾶται τὸ πάθος. εἰ δὲ καὶ θεώμενος διηνεκῶς, λέγει μηδὲν πάσχειν δεινὸν, ἐλεγχθήσεται παρὰ τοῦ παντὸς ἐπαίνου κρείττονος Ἰὼβ, λέγοντος, Διαθήκην διεθέμην τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ οὐ μὴ συνοίσω ἐπὶ παρθένον. εἰ δὲ μικρὸν ἑαυτῷ πρὸς ἅμιλλαν ἡγεῖται τὸν τοῦ διαβόλου συκοφάντα τὴν ἰσχὺν, μάλιστα μὲν καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ἀπιστηθῆναι ἂν εἴη δίκαιος, λέγων, ὁρᾷν μὲν συνεχῶς, μὴ πάσχειν δέ. εἰ δὲ καὶ δοίημεν αὐτὸν ἀληθεύειν, ἐλέγχεται τὸν θεῖον παρερμηνεύων χρησμὸν, οὐ γὰρ εἶπεν, ὅρα μὲν, μὴ ἐπιθύμει δέ. ἢ ἐπιθύμει μὲν καρτέρει δέ. εἰ δὲ καὶ οὕτως ἀναισχυντοίη, ἐρυθριᾶσαι ὀφείλει τὸν εἰρηκότα· ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ χριστός. ὁ γὰρ ταῦτα τὰ πάσης φιλοσοφίας κρείττονα ῥήματα φράσας, ὁ τὸν τῶν χαρισμάτων πλοῦτον ὥσπερ ἐν ὀστρακίνῳ θησαυρῷ περιφέρων, ἐναγώνιος ἦν πρὸς τὸν πόλεμον τοῦτον ἀφορῶν, καὶ ἔλεγεν· ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μή πως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. εἰ τοίνυν ὁ τηλικοῦτος ἀνὴρ τὴν τῆς σαρκὸς ἀνεσείραζε λύτταν, σπουδαζέτω ἕκαστος, διὰ τοῦ μὴ ὁρᾷν τὴν ἀσφάλειαν ἑαυτῷ πορίζεσθαι, μήποτε πλησιάζουσα ἡ ὕλη τῷ πυρὶ ἀνάψῃ τὴν φλόγα.

Τῷ

Τῷ αὐτῷ. ιβ.

Λίαν ἄγαμαι τὴν σὴν ἁπλότητα, ἐκθειάσασαν μὲν τὴν ἑρμηνείαν τοῦ εὐαγγελικοῦ χρησμοῦ, ἀντεπιστείλασας δὲ, τί οὖν πρὸς τὴν θεαθεῖσαν, εἰ ὁ θεασάμενος ἐτρώθη. ἐχρῆν γὰρ ἐννοῆσαι, ὅτι ἡ μὲν σωφρόνως καὶ κοσμίως βαδίζουσα, καὶ μὴ θηρῶσα τοὺς ἐντυγχάνοντας, οὐδέν. ἡ δὲ θρυπτομένη, καὶ τὰ δίκτυα τῆς ἡδονῆς ἀναπετάσασα, καὶ τὸ δηλητήριον κεράσασα καὶ μάλιστα. ταῦτα δέ φημι, ἐπειδὴ ἐνόμισας τοῖς ἄρρεσι μόνοις τοῦτον εἰρῆσθαι τὸν χρησμὸν, ἀγνοῶν ὅτι καὶ γυναιξὶν ἐρρήθη. κοινοὶ γὰρ ἑκατέρῳ γένει οἱ νόμοι, πλὴν ἐκείνων μόνων τῶν ἰδικῶς ἑκάστῳ γένει τεθεσπισμένων. εἰ μὲν οὖν μὴ ἐρῶσιν, οὐ πρὸς αὐτὰς ὁ χρησμὸς, ἐπειδὴ δὲ καὶ αὗται τούτῳ ἁλίσκονται τῷ πάθει, καὶ πρὸς αὐτὰς βλέπει. ὡς γὰρ τὸ, Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. καὶ Μακάριος ἀνὴρ ὁ φοβούμενος τὸν κύριον, καὶ ὅσα τοιαῦτα. οὐ περὶ ἀνδρῶν μόνον εἴρηται, ἀλλὰ καὶ περὶ γυναικῶν, διὰ τοῦ ἡγεμονικωτέρου ζώου, καὶ τῷ ἀρχομένῳ εἰρημένον. οὕτω καὶ τὸ μὴ ἐπιθυμεῖν διὰ τῆς συνεχοῦς θέας, ἑκατέρῳ γένει νενομοθέτηται. οὐ γὰρ ὅπερ ἐπιχειροῦσί τινες κατασκευάζειν εἰς τὸ, Θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, πειρώμενοι δεικνύναι τοῖς ἀνδρείοις καὶ γενναίοις ἀνάπαυλαν εἶναι τὸν θάνατον, οὐ τοῖς ἄλλοις τοῖς λεγομένοις ἀνθρώποις, τοῦτο κἀνταῦθα νομιστέον. μάλιστα μὲν γὰρ κἀκεῖνο ἕωλον φαίνεται. εἰ γὰρ καὶ ὄντως ἀνάπαυσίς ἐστι τοῖς ἀνδρείοις καὶ γενναίοις ὁ θάνατος, τέλος μὲν ὢν τῶν ἄθλων, ἀρχὴ δὲ τῶν ἐπάθλων. διὸ καὶ περὶ γυναικὸς ἀνδρείας εἴρηται, Γυναῖκα ἀνδρείαν τίς εὑρήσει; καὶ ἵνα μή τις ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου τοῦτ' εἰρῆσθαι νομίσειεν, ἐρρήθη ἑτέρωσε, Γυνὴ ἀνδρεία, στέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. τότε τοῦ ἀνδρὸς ὄνομα τὸ ἀνδρεῖον πολλάκις μηνύει. ἀλλ' οὖν γε οὐ περὶ γενναίων

Eidem. 12.

Simplicitatem tuam demiror, qui Euãgelici quidem miraculi explicationẽ mirificè probaueris: rescribens autem his verbis vsus sis, Quid igitur eius, quæ conspecta est, refert, si is qui eam conspexit, vulneratus est? Oportebat enim te istud cogitare, illam quidem quæ modestè atque honestè incedit, nec obuios quosque aucupatur, omni culpa carere: eam autem, quæ luxu & delitiis diffluit, ac voluptatis retia expandit, & venenum miscuit, vel maximè in culpa esse. Hæc autem idcirco à me dicuntur, quia ad solos masculos hoc oraculum pertinere censuisti, ignorans ad mulieres quoque spectare. Communes enim vtrique sexui leges sunt, iis dũtaxat exceptis, quæ priuatim vnicuique sexui latæ sunt. Quocirca, si illæ amoris aspectu minimè tangantur, oraculum ad eas minimè pertinet: si autem ipsæ quoque huic affectui obnoxiæ sunt, eas quoque hæc lex respicit. Vt enim istud, Beatus vir qui non abiit in cõsilio impiorum. & rursum istud Beatus vir qui timet Dominum, aliáque id genus, nõ de viris tantummodò, sed etiam de mulieribus dicta sunt (quod videlicet per animal principatum obtinens, ad id etiam quod subest, referantur:) eodẽ modo per assiduum aspectum ad concupiscẽdum non incitari, vtrique sexui legis præscripto indictum est. Nõ enim quod nõnulli efficere conãtur, vt ex hoc Scripturæ loco, Mors viro requies, strenuis duntaxat & fortibus viris, ac non item aliis, qui hominum nomine appellantur, mortem requiem esse demonstrent, hoc id quoque existimãdum est. Primùm enim illud etiã futile ac putidum esse videtur. Etsi enim mors, vt quæ laboribus finem imponat, ac præmia auspicetur, fortibus ac strenuis verè requies est (vnde etiam de muliere forti dictum est, Mulierem fortẽ quis inueniet? Ac ne quis istud idcirco dictum esse existimet, quòd nulla eiusmodi inueniri possit, alio loco dictum est, Mulier fortis corona est viro suo. ac viri vocabulum for-

titudinem sæpe significat:) at hoc loco de fortibus & generosis clarissimo viro Iob sermo non erat, verùm absolutè de quouis homine, calamitatibus hisce, quarum nullum exitum videat, transfixo atque oppresso. Quòd si quis mihi diffidit, ex illius loci contextu facilè id intellexerit. Hoc enim cõtinet: Quare data est misero lux? & vita his qui in amaritudine sunt? Desiderãt mortẽ & ea non potiuntur, ac lætitia exultant, si potiantur. Mors enim viro requies. Conclusit enim Deus aduersus eũ. Quòd perinde est ac si diceret: Cùm ingẽtes animi ex parte, quæque nulla ratione vitari queant, tentationes sæuiunt (quemadmodum alio quoque loco dixit, Præsidium suum aduersum me sustulit) tum demum grata & votis exoptanda mors est. Quòd si propterea quòd dictum sit viro, idcirco hanc interpretationem repudient, possunt quidem hinc conuinci, si ipsis ostendatur, viri vocabulum, non modò de viro, sed etiam de muliere dictum esse (ἀνδροφόνος enim, id est, viricida dicitur, non solùm qui viro, sed etiam qui fœminæ necem attulit: ἀνδριὰς item, id est statua, non tantum viri, sed etiam mulieris simulachrum dicitur:) verùm iis omissis vt non admodum validis & efficacibus, à diuinis oraculis eorum sentẽtiam obterere conabor. Quid igitur dixerint, si audiant, Vir flagitiosus ingreditur vias non bonas? Quid itẽ cùm dicetur, Vir insipiens non intelliget? Quid denique cùm illud rursus audierint, Similabitur viro insipienti? Nam si illic vir nõ hominẽ, sed fortẽ ac generoso animo præditum significat, quonã pacto hoc loco flagitiosus, & insipiẽs, & stultus dictus est? Verùm his missis factis ad institutum accedam. Quandoquidem igitur & Legis mandata, & Euangelica oracula partim peccata prohibentia, partim beatitudines describẽtia, & viris & mulieribus in cõmune dicta sunt, proinde ipsæ quoque oculos custodiant, ac velut iniecto freno reprimant, ne per impudicum affectum adulterarum pœnas subeãt. Vt enim venerei congressus cupiditas par in vtro-

ἦν τῷ ἀοιδίμῳ Ἰὼβ ἐνταῦθα ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ παντὸς ἁπλῶς ἀνθρώπου, συμφοραῖς ἀφύκτοις περιπαρέντος. εἰ δέ τις ἀπιστεῖ, ἐκ τῆς συμφράσεως ῥᾳδίως γνοίη. περιέχει γάρ, ἵνα τί γὰρ δέδοται τοῖς ἐν πικρίᾳ φῶς; ζωὴ δὲ ταῖς ἐν ὀδύναις ψυχαῖς, οἳ ἱμείρονται τοῦ θανάτου, καὶ οὐ τυγχάνουσι. περιχαρεῖς δὲ ἐγένοντο, ἐὰν κατατύχωσι. θάνατος γὰρ ἀνδρὶ ἀνάπαυσις· συνέκλεισε γὰρ ὁ θεὸς κατ᾽ αὐτοῦ. ὅταν, φησί, πάντοθεν οἱ πειρασμοὶ οὐρανομήκεις ὦσι καὶ ἀφύλακτοι, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἔφη. ὀχόρωμα δὲ αὐτοῦ ἐπ᾽ ἐμὲ ὕψωσε, τότε ὁ θάνατος ἀσπαστὸς καὶ εὐκταῖός ἐστιν. εἰ δὲ διὰ τὸ εἰρῆσθαι ἀνδρί, μὴ καταδέξοιντο ταύτην τὴν ἑρμηνείαν. δυνατὸν μὲν αὐτοὺς ἐλέγξαι, ὅτι οὐ μόνον ἐπὶ ἄρρενος τὸ τοῦ ἀνδρὸς εἴρηται ὄνομα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ γυναικός. ἀνδροφόνος γὰρ λέγεται οὐ μόνον ὁ ἄνδρα, ἀλλὰ καὶ ὁ γυναῖκα ἀποκτείνας. ἀνδριὰς δ᾽ οὐ μόνον ὁ τοῦ ἀνδρός, ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς γυναικός, πλὴν ταῦτα παρείς, ὡς οὐ λίαν δραστήρια ἀπὸ τῶν θείων αὐτοὺς συλλογίσασθαι πειράσομαι λογίων. τί τοίνυν φαῖεν, ἐὰν ἀκούσωσιν, ἀνὴρ παράνομος πορεύσεται ὁδοὺς οὐκ ἀγαθάς. τί δὲ ὅταν λέγηται, ἀνὴρ ἄφρων οὐ γνώσεται. τί δ᾽ ὅταν ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ. εἰ γὰρ ἐκεῖ ὁ ἀνὴρ οὐ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸν ἀνδρεῖον καὶ γενναῖον μηνύει, πῶς ἐνταῦθα ὁ παράνομος καὶ ἄφρων καὶ μωρὸς ἀνὴρ εἴρηται. ἀλλὰ τούτων ἀφέμενος, ἐπὶ τὸ προκείμενον ἥξω. ἐπεὶ τοίνυν καὶ αἱ νομικαὶ ἐντολαί, καὶ οἱ εὐαγγελικοὶ χρησμοί, αἱ μὲν τὰ ἁμαρτήματα ἀπαγορεύουσαι, οἱ δὲ τοὺς μακαρισμοὺς ὑπογράφοντες, καὶ ἀνδράσιν εἴρηνται καὶ γυναιξί, φυλαττέσθωσαν καὶ αὗται καὶ χαλινούτωσαν τοὺς ὀφθαλμούς, ἵνα μὴ διὰ τῆς ἀκολάστου θέας τὰς τῶν μοιχαλίδων τιμωρίας ὑπόσχοιεν. εἰ γὰρ καὶ ἡ ἐπιθυμία τῆς συνουσίας ἴση εἶναι δοθείη. οἱ μὲν γὰρ τὴν τοῦ ἀνδρός, οἱ δὲ τὴν τῆς γυναικὸς τυ-

ραννι-

ραννικωτέραν εἶναί φασιν. ἀλλ᾽ οὖν γε, ὁ μὲν σπείρει, ὁ δὲ σπείρεται. ὁ μὲν γεννᾷ, ἡ δὲ τίκτει. ὁ μὲν γεωργοῦ χώραν ἐπέχει, ἡ δὲ γῆς. ἐν αὐτοῖς δὴ οὖν τούτοις, ἐν οἷς μήθ᾽ ὁ ἀνὴρ δύναται ποιεῖν τὰ τῆς γυναικός, μήθ᾽ ἡ γυνὴ τὰ τοῦ ἀνδρός, ἰδικαὶ ἐτέθησαν νόμοι. οἱ δ᾽ ἄλλοι πάντες, κοινοὶ πᾶσίν εἰσι καὶ ἀδιαίρετοι. ὥσπερ γὰρ νενομοθέτηται, οὐ μοιχεύσεις. καὶ οὐ μόνον ὁ ἀνήρ, εἰ ἁλοίη, ἐπὶ τούτῳ δίκας δίδωσιν, ἀλλὰ καὶ ἡ γυνή. οὕτω δὴ κἀνταῦθα, μάλιστ᾽ ἐπειδὴ εἴρηται, Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτοῦ. δῆλόν ἐστιν ἅπασιν, ὅτι πᾶσα ἡ βλέπουσα ἄνδρα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοιχεύθη ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτῆς.

Τῷ αὐτῷ. ιγ.

Ἀναγινώσκειν τὰς γραφὰς ὀφείλεις, καὶ μὴ περὶ πάντων ἐρωτᾶν. εἰ γὰρ ἀνεγίνωσκες, ἐγίνωσκες ἄν, ὅτι τῷ μὲν ἀνδρὶ περὶ σπερματικῆς ἐκκρίσεως τινὰ ἰδικῶς νενομοθέτηται· τῇ δὲ γυναικὶ περὶ καταμηνίων. καὶ τῷ μέν, περὶ τοῦ μὴ τοὺς τῆς φύσεως ἀνατρέπειν θεσμούς, καὶ ἄρρεσιν ἐπιμαίνεσθαι, καὶ ἄκαρπα λυττᾶν. τῇ δὲ περὶ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐλεγμοῦ, εἰ ὑποπτευθείη, μεμοιχεῦσθαι. καὶ τὸν μὲν ὀνειρώξαντα, τὴν δὲ καὶ καθαιρομένην, καὶ τεκοῦσαν, ἀκάθαρτον εἶναί φησι. καὶ ἔξω ἱερῶν περιβόλων ἵστησιν, ἕως ἂν καθαρθῶσι. καὶ ἄλλα τινὰ ἰδικῶς νενομοθέτηται, ἃ οὐκ ἀναγκαῖον ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰπεῖν, δυναμένου σου ἐκ τοῦ ῥηθησομένου γνῶναι, ὅτι ἐν ἐκείνοις μόνοις, ἐν οἷς μήτε γυναικὶ οἷόν τε ποιεῖν τἀνδρός, μήτ᾽ ἀνδρὶ τὰ γυναικός, ἰδιάζοντες ἐτέθησαν νόμοι. οἱ δ᾽ ἄλλοι πάντες κοινοί εἰσιν ἑκατέρῳ γένει· οἷον τό, Ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης καρδίας σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. τό, Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις. τίμα τὸν πατέρα

que esse detur (sunt enim qui viri, sunt rursus qui mulieris acriorem ac violentiorẽ esse asserant) at tamen ille serit, hæc seritur, ille gignit, hæc parit, ille agricolæ, hæc terræ locum obtinet. Quocirca in his rebus in quibus nec vir mulieris, nec mulier viri officiis fungi potest, priuatæ leges positæ atque constitutæ sunt. Vt enim lege sancitum est, Non mœchaberis, nec vir solùm, si in eo crimine deprehensus sit, sed etiam fœmina supplicio afficitur: eodem modo hîc quoque (præsertim cùm dictũ sit, Quicunque viderit mulierem ad concupiscendum, iam mœchatus est in corde suo) cuiuis perspicuum est, mulierem etiã omnem, quæ cupiditatis causa virum cõspexerit, adulterium iam in corde suo cõmisisse.

Eidem. 13.

Scripturas sacras lectitare debes, ac nõ de omnibus rebus alios interrogare. Nam si in earum lectione versareris, cognitum profectò haberes, quod viro de genitali excremento nõnulla priuatim sancita sunt, ac mulieri de menstruis: atque item illi de eo, vt ne naturæ leges euertat, atque insano masculorum amore teneatur, nec in sterilem rabiem præceps ruat, huic autem de aqua iudicij, si in adulterij suspectionẽ veniat. Denique illum si per somnum corpus contaminarit, hanc autem & cùm purgatur, & cùm peperit impurã esse Lex ait, ambósque, quoad purificati fuerint, à sacro ambitu remouet. Quin alia quoque nonnulla priuatim sancita & instituta sunt, quæ in præsentia commemorare minimè necesse est, cùm ex his, quæ mox dicturi sumus, intelligere queas, in iis duntaxat, in quibus nec mulier, quę viri sunt, nec vir, quę mulieris sunt, exequi potest, priuatas leges positas esse, alias autem omnes ad vtrumque sexum in commune pertinere. Verbi gratia hanc: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. Et hanc:

Non homicidium facies. Non mœchaberis. Non furaberis. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem. Non peierabis. Non concupisces quicquam ex his quæ proximi tui sunt. Quod etiam de omnibus legibus, quæ his cognatæ ac similes sunt, intelligi debet. Quòd si ad Euangelica etiam oracula veneris, idem rursum inuenies. Beati enim pauperes spiritu, mites, misericordes, esurientes & sitientes iustitiam, mundi corde, pacifici, aliáque id genus omnia. Quin illud quoque quod de cœlibatu ac virginitate dictum est, ad vtrumque sexum pertinet (tametsi masculа loquendi forma enũciatum sit, propterea quòd id Apostolico oraculo conueniret, & quia hoc animal maius imperium obtinet) Qui potest capere capiat. Idque hinc constat, quòd permultæ hoc & ceperint, & præstiterint.

σου καὶ τὴν μητέρα. οὐκ ἐπιορκήσεις. οὐκ ἐπιθυμήσεις ὅσα τῶν πλησίον σου ἐστὶ, καὶ ὅσα τούτοις συγγενῆ. εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς εὐαγγελικοὺς ἔλθῃς χρησμοὺς, πάλιν τὸ ἴσον εὑρήσεις. Μακάριοι γὰρ οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, οἱ πραεῖς, οἱ ἐλεήμονες, οἱ πεινῶντες, καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην· οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, οἱ εἰρηνοποιοὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. καὶ τὸ περὶ ἀγαμίας δὲ καὶ ἁγνείας εἰρημένον, ἑκατέρῳ γένει εἴρηται, κἂν ἀρρενικῷ χαρακτῆρι ἐξενήνεκται, διὰ τὸ πρέπον τῇ χρησμῳδίᾳ, καὶ τὸ ἡγεμονικώτερον εἶναι τὸ ζῶον. ὁ δυνάμενος γὰρ χωρεῖν, χωρείτω. καὶ δῆλον ἐντεῦθεν, τῷ πολλὰς καὶ κεχωρηκέναι καὶ κατωρθωκέναι.

Eidem. 14.

Lex hac de causa naturales etiam, miniméque in voluntate nostra sitas excretiones expiari voluit, vt voluntarias ac naturę repugnantes multò magis fugiamus. Nam quæ iis, qui ea perpetiuntur, quæ speciem quidem peccati habent, nec tamen reuera peccata sunt, aditum ad templum, quoadusque purgati fuerint, interclusit, eadem quoque iis qui sponte atque consultò peccant, maiorem metũ incutit, acerbioremque pœnam minitatur. Nam cùm id quod minimè sponte factũ est, veniã haud simpliciter impetrarit, id proculdubiò, quod voluntariè admittitur, veniam haudquaquã obtinebit, nisi vera & sincera pœnitẽtia curetur.

Τῷ αὐτῷ. ιδ.

Διὰ τοῦτο ὁ νόμος, καὶ τὰς φυσικὰς καὶ ἀβουλήτους ἐκκρίσεις καθαρσίων ἠξίωσεν, ἵνα τὰς ἑκουσίους καὶ παρὰ φύσιν, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος φύγωμεν. ὁ γὰρ τοῖς τὰ δοκοῦντα μὲν, οὐκ ὄντα δὲ ἁμαρτήματα ὑπομένουσιν, ἀποκλείσας τὴν εἰς τὸ ἱερὸν εἴσοδον, ἕως ἂν καθαρθεῖεν τοῖς ἑκοντὶ ἁμαρτάνουσι, μείζονα μὲν κατασκευάζει τὸν φόβον, χαλεπωτέραν δ᾽ ἀπειλεῖ τὴν τιμωρίαν· εἰ γὰρ τὸ ἀκούσιον οὐχ ἁπλῶς συνεγνώσθη, τὸ ἑκούσιον δηλονότι ἀσύγγνωστον εἴη, εἰ μὴ μετανοίᾳ εἰλικρινεῖ θεραπευθείη.

Elisæo Monacho. 15.

Graue est, eum, qui inter subditos censetur, peccare: grauius autem, eum qui diuino cultui consecratus est: longè verò grauissimum, eum qui Pontificis dignitatem nactus sit. Quanto enim honoribus alios antecellũt, tanto quoque ipsorum peccatum, etiamsi alioqui idẽ sit, grauius efficitur, quippe quod non ad naturę, sed

Ἐλισσαίῳ μοναχῷ. ιε.

Τὸ μὲν πταίειν ἐν τοῖς ὑπηκόοις τελοῦντα, δεινόν. τὸ δὲ τὸν ἱερωμένον, δεινότερον. τὸ δὲ τὸν τὴν ἀρχιερωσύνην κεκληρωμένον, πάντη δεινότατον. ὅσῳ γὰρ ταῖς τιμαῖς προὔχουσι, τοσούτῳ καὶ τὸ ἁμάρτημα. εἰ γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ εἴη, ἀργαλεώτερον γίνεται, οὐ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ ἀξίᾳ τοῦ δρῶντος μετρούμενον.

μετρούμενον. καὶ τί τῷ ὑπηκόῳ παραβάλλω τὸν ὑφηγητὴν, ὁπότε ὅλου τοῦ λαοῦ ἀντίρροπον ἔφη εἶναι τὸ τοῦ ἀρχιερέως πλημμέλημα ὁ νομοθέτης, καὶ τοσαύτην ἐθέσπισεν αὐτὸν προσενεγκεῖν θυσίαν, ὅσην ἂν ὁ λαὸς ἅπας εἰ πλημμελήσειε προσενεγκεῖν προστέτακται. εἰ δὲ μὴ ἴσον ἦν μηδ᾽ ἀντίρροπον τὸ τραῦμα, οὐκ ἂν ἀντίπαλον ὥρισε τὴν θεραπείαν.

Τῷ αὐτῷ. ιϛ.

Νόμος οὗτος καὶ θεσμὸς περὶ τῆς θείας φύσεως νενίκηκε, πρὸς μὲν τὴν ἀξίαν αὐτῇ τὰς τιμὰς παρὰ τοῦ γενητοῦ γένους μὴ νέμεσθαι. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε. τῇ δὲ τῶν συντελούντων δυνάμει τὴν εὐσέβειαν μετρεῖσθαι. μηδεὶς τοιγαροῦν τῶν πενίᾳ παλαιόντων ἀλυέτω, ἀλλὰ μᾶλλον εὐφραινέσθω. ὃ γὰρ μόνον ἡ θεία φύσις ἐπιζητεῖ, τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ἀρετὴ, μάλιστα πάντων προσαγαγεῖν δυνήσεται.

Θεοδοσίῳ Ἐπισκόπῳ. ιζ.

Τὸ μὲν τοῖς γηΐνοις πράγμασιν ἐγκαλινδούμενον χρηματίζεσθαι Εὐσέβιον, τὸν τῆς ἀκτημοσύνης ὑφηγητὴν, καὶ τῶν οὐρανίων δογμάτων ἐξηγητὴν δεινὸν, οὐ δεινὸν εἶναι δοκεῖ, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως. τὸ δὲ νῦν μηνυθὲν μὲν παρὰ σοῦ, παρὰ δὲ πολλῶν ἀξιοπίστων ἀνδρῶν μαρτυρούμενον. ἄπιστον δ᾽ ἴσως τοῖς μεθ᾽ ἡμᾶς ὀφθησόμενον, ὑπερβολὴν οὐκ ἔχει. τίς γὰρ ἐθελήσει ῥᾳδίως πιστεῦσαι, ὅτι τοὺς μὲν ἀκτημοσύνην ἀσκοῦντας, καὶ τῇ ἄλλῃ φιλοσοφίᾳ διαλάμποντας, ἅτε λυσιτελεῖν αὐτῷ πρὸς χρηματισμὸν μὴ δυναμένους, ἀχρήστους ὑπολαμβάνων, ἀτιμάζει, καὶ ἱερωσύνης οὐκ ἀξιοῖ. τοῖς δὲ πλουσίοις διὰ τὸ δρέπεσθαι αὐτῶν τὸν πλοῦτον, εἰς ἱερωσύνην προσφέρει, κἂν ἁπάσης κακίας εἶεν ἀνάπλεοι, οὐ τῇ ἀρετῇ, τῷ δὲ πλούτῳ χρεωστεῖσθαι τὴν ἱερουργίαν οἰόμενος. ἐχρῆν μὲν οὖν, ὡς ἔφης, τοὺς τούτοις μὴ ἁλόντας τοῖς πάθεσι, τὴν δέουσαν θεραπείαν ἐπινοῆσαι.

ad eius, qui illud perpetrauit, dignitatẽ perpendatur. Quid autem magistrum & antistitem eum subdito comparo: cùm Legislator Pontificis peccatum totius populi peccato par esse dixerit, tantúmque ab ipso sacrificium lege lata exegerit, quantum, si plebs vniuersa deliquisset, offerri præcepit? Quòd si æquale ac par vulnus non esset, haud parem certè medicinam minimè constituisset.

Eidem. 16.

Lex hæc & sanctio de diuina natura obtinuit, non vt ipsi pro ipsius dignitate ab humano genere honores tribuantur (neque enim id fieri potest,) verùm vt pietas, eorum, qui conferunt, potentia penderetur. Quamobrem nemo ex iis qui paupertate conflictantur, mœsto animo sit: verùm potiùs lætetur. Nam quod solum diuina natura requirit (hoc autẽ potissimum virtus est) prorsus offerre poterit.

Theodosio Episcopo. 17.

Quòd Eusebius, voluntariæ paupertatis suasor, ac cælestium dogmatum interpres, in terrenis rebus infixus, congerendis pecuniis studeat, quamuis graue sit, haud tamen scio quonam pacto minimè graue esse videatur. Quod autem nũc abs te indicatum est, ac multorum fide dignorum virorum testimonio confirmatur, atque incredibile fortasse posteris videbitur, eiusmodi est, vt nihil atrocius fingi possit. Quis enim adduci facilè queat, vt credat eum illos quidem, qui paupertatem colunt, atque omni alio philosophiæ genere fulgent, vt qui ad quæstum faciendum haudquaquam ipsi vtiles sint, velut nullius vsus homines aspernari, sacerdotióque indignos iudicare, diuites contrà, quòd eorum opes demetat, quamuis etiam omni scelere coopertos ad sacerdotium proferre: perinde atque non virtuti, sed diuitiis sacerdotium deberi existimet. Ac quidem oportebat, vt scribis, eos, qui ab his vitiis remoti sunt, eã,

quam conuenit medicinam excogitare. Quoniam autem perpauci sunt eiusmodi homines, atque aliorum multitudine obteguntur, multorúmque inimicitiam sibi conflare metuentes, lachrymas quidem profundunt, verùm nullum fortis ac strenui animi facinus edunt, ob eam causam iisdem, quibus illi, vitiis laborare existimantur. Neque enim arbitreris velim, ô improborum odij delubrum, omnes in iisdem vitiis versari: verùm nonnullos esse qui Apostolicæ vitæ typum retineāt (quorum numerum ipse quoque auges) in quorum gratiam aduersus eos, qui peccant, nondum prolata est sententia.

Agatho Presbytero. 18.

Diuinissimus Patris terminus ac sermo, vir sapientissime (citra procemium enim ad interpretationem accedam) gestit quippe animus quod animo concepi eloqui) si, vt illi aiunt, tempore posterior est, sempiternus non est: si autem sempiternus, vt ipsi dicimus, haudquaquam tempore posterior. Nihil enim diuinæ naturæ tam proprium ac peculiare est, nec quod expressiùs eam notet & insigniat, quàm æternitas. Ac quidem splendoris vocabulum æternitatē indicat. character autem substātiæ, substātiam: Verbum item impassibilitatem, quódque ab omni corporea mole secretus sit: Filius denique, proprietatem & consubstantialitatem. Ex vnoquoque enim quod commodū & vtile est, corrogantes, quod reliquum est, nec diuinæ naturæ cōuenit, valere iubemus. Etenim in rebus procreatis his duabus voculis, antè, &, post, fit sanè locus. At in veneranda, summéque regia Trinitate, primum, ac secundum, locum non habet. Diuinum quippe numen & numero & tempore sublimius est.

Athanasio Presbytero. 19.

Si Legislatorem nihil aliud præter literam dixisse Iudæus is existimat, qui tecum rixatus est, his ad eum verbis vtere. Insciam vestram duo viri refutant, qui post

ἐπειδὴ δ᾽ ὀλίγοι ὄντες κρύπτονται τῷ πλήθει καλύπτονται, καὶ τῶν πολλῶν ἀπέχθειαν δεδιότες, δακρύουσι μὲν, γενναῖον δ᾽ οὐδὲν, οὐδὲ νεανικὸν ἐπιδείκνυνται. διὰ τοῦτο τὰ αὐτὰ ἐκείνοις νοσεῖν ὑποπτεύονται. μὴ γὰρ δὴ πάντας, ὦ μισοπονηρίας τέμενος, ἡγοῦ τοιούτους εἶναί τινας τοὺς τῶν ἀποστολικῶν σώζοντας χαρακτῆρα, ὧν εἷς καὶ αὐτὸς τυγχάνεις, δι᾽ οὓς οὐδέπω ἡ κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ἐξενήνεκται ψῆφος.

Ἀγαθῷ πρεσβυτέρῳ. ιη.

Ὁ θειότατος τοῦ πατρὸς, ὦ σοφώτατε, ὅρος τε καὶ λόγος. ἄνευ γὰρ προοιμίων ἐπὶ τὴν ἑρμηνείαν χωρήσω. ὠδίνω γὰρ τὸ νενοημένον εἰπεῖν, εἰ μεταγενέστερος, ὥς φασιν, οὐκ ἀΐδιος: εἰ δ᾽ ἀΐδιος, ὥς φαμεν, οὐ μεταγενέστερος. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἴδιον καὶ χαρακτηριστικὸν τῆς θείας φύσεως, ὡς τὸ ἀΐδιον. τὸ μὲν γὰρ ἀπαύγασμα, τὸ συναΐδιον ἐμφαίνει. ὁ δὲ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τὸ ἐνυπόστατον. ὁ δὲ λόγος, τὸ ἀπαθές τε καὶ ἀσώματον. ὁ δὲ υἱὸς τὴν ἰδιότητα, καὶ τὴν ὁμουσιότητα. ἐξ ἑκάστου γὰρ τὸ χρήσιμον ἐρανιζόμενοι, τὸ λοιπὸν χαίρειν ἐῶμεν, ὅσον τῇ θείᾳ οὐ πρέπει φύσει. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν γενητῶν τὸ πρὸ καὶ μετὰ, χώραν ἔχετω. ἐπὶ δὲ τῆς σεπτῆς καὶ βασιλικωτάτης τριάδος, τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον, οὐκ ἔχει χώραν. καὶ ἀριθμοῦ γὰρ καὶ χρόνων, τὸ θεῖον ἀνώτερον.

Ἀθανασίῳ πρεσβυτέρῳ. ιθ.

Εἰ μηδὲν πλέον τοῦ γράμματος νομίζει τὸν νομοθέτην εἰρηκέναι ὁ πρὸς σὲ, ὡς ἔφης, διενεχθεὶς ἰουδαῖος: εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἐλέγχουσιν ὑμῶν τὴν ἀπαι-

δευσίαν οἱ δύο ἄνδρες οἱ μετὰ τὴν τοῦ χριστοῦ παρουσίαν συγγραφεῖς παρ᾽ ὑμῖν γεγονότες Φίλων ὁ θεωρητικώτατος, καὶ Ἰώσηπος ὁ ἱστορικώτατος. ὁ μὲν πᾶσαν σχεδὸν τὴν παλαιὰν, εἰς ἀλληγορίαν τρέπων, ὁ δὲ διαῤῥήδην γράφων, τὰ μὲν αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου δεξιῶς. τὰ δὲ, ἀλληγοροῦντος μετὰ σεμνότητος. ὅσα δ᾽ ἐξ εὐθείας λέγεσθαι συνέφερε, ταῦτα ῥητῶς ἐμφανίζοντος. εἰ μὲν γὰρ προενέγκοιμεν προφητικὰς ῥήσεις τοῦτο ἐγνωσμένας παρερμηνεῦσαι καὶ διαστρέψαι οὐκ ὀκνήσουσιν. εἰ δ᾽ ἀποστολικὰς ἀποφάσεις τε, καὶ ἀποδείξεις, καὶ ἑρμηνείας διαγράψασθαι τολμήσουσι δυσσεβῶς. τὰς δὲ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς δοξάντων σοφῶν μαρτυρίας διαγράψασθαι, οὐκ ἂν εἶεν δίκαιοι.

Ἑρμογένει ἐπισκόπῳ. κ.

Τῆς θείας καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἡ ἱερωσύνη ὥσπερ μέση καθέστηκεν, ἵνα τὴν μὲν θεραπεύῃ, τὴν δὲ μεταβολὴν ἐργάζηται κρείττονα. εἴ τις τοίνυν ταύτης μεῖζον φρονεῖ, οὐδὲ φρόνησιν ἔχειν μοι δοκεῖ.

Τῷ αὐτῷ. κα.

Οἱ ἅγιοι, ὦ σοφώτατε, τὰς ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς τῶν κινδύνων ὑπερβολὰς, ἐφόδιον μείζονος εὐδοκιμήσεως ἔχουσιν.

Ἰσιδώρῳ διακόνῳ. κβ.

Ὥσπερ ἵνα καὶ ἐναργεῖ παραδείγματι χρήσωμαι, Ἱερουσαλὴμ, ὅτε μὲν τῇ θείᾳ συμμαχίᾳ ὥπλιστο, ὀρθὴ ἑστῶσα ἀπονητὶ καὶ ἀναιμακτὶ τὰ τρόπαια ἵστη. ὅτε δὲ ταύτης διὰ τὸ ἐπιλυττῆσαι κατ᾽ αὐτῆς, ἐστέρητο, πῦρ πολέμιον αὐτὴν ῥαδίως ἔκλινεν. οὕτω καὶ ψυχὴ, ὅταν μὲν τῇ ἄνωθεν ῥοπῇ δι᾽ εὐστάθειαν τρόπων περιφράττηται, φα-

Christi aduētum apud vos literarum monumenta condiderunt, nimirū Philo contemplator egregius, & Iosephus insignis historicus: ille, dum vniuersum penè vetus instrumentum ad allegoriam trahit, hic dum ad hunc modum loquitur: Legislatore alia commodè ac scitè innuente, alia cum grauitate allegorico sensu exponēte, ea denique omnia, quæ rectè ac planè dici vtile erat, ad literam indicante. Nam si propheticas voces, quibus id confirmetur, proferamus, eas peruersa interpretatione intorquere ac deprauare minimè videbūtur. Atque item si Apostolicas sententias, & demōstrationes atque interpretationes, eas impiè reiicere, haudquaquam dubitabunt. At eorum, qui apud ipsos sapientiæ atque doctrinæ existimatione floruerunt, testimonia ab ipsis repudiari, haud profectò æquum fuerit.

Hermogeni Episcopo. 20.

Inter diuinam & humanam naturam sacerdotium velut medium interiectum est, vt illam colat atque obseruet, hanc autem in melius commutet. Quocirca si quis eo sublimiùs sentit, ne mētis quidem & prudentiæ particeps esse mihi videtur.

Eidem. 21.

Viris sanctis, sapientissime vir, grauissima quæque pericula, quæ virtutis causa adeunt, maioris gloriæ materiā præbent.

Isidoro Diacono. 22.

Quemadmodum Hierusalem (vt perspicuo exēplo vtar) cùm diuino auxilio munita & armata erat, rectà stans citra laborē & cruorem tropheа statuebat, cum autem hac, propterea quòd aduersus eā insaniisset, sese spoliabat, hostilium flamma eam nullo negotio prosternebat: eodem modo anima quoque, si diuina ope propter morum constantiam ac modestiam septa &

munita fuerit, hostes facilè superabit: si autem in peccatum proruperit, hîc quidē turpulentorum affectuum igne conflagrabit, illic autē iudicij flamma cruciabitur.

Asclepio Sophistæ. 23.

Cùm Xerxes, ô Sophista (nam à tuis historiis tecum agam) inuito ratibus Hellesponto Atheniensium animos seruitutis iugo premere minimè potuerit, verùm quamuis nihil non tentaret, atque etiam impositam elementis legem innouaret, eos tamen ab animi proposito haudquaquam dimouerit, tu tamen solo consilio perfectorum existimasti, vt animum nostrum dimoueas, atque ad blandiendum & adulandum inflectas. An non autē hoc absurdum est? Quocirca eiusmodi quædam cōsilia nobis dare desine. Sin minus, ex amicorum choro te secernemus.

Martyrio Lectori. 24.

Acris atque ad omnia audax pecuniarum amor, nec satietatem vllam sentiens, animam eam, quam ceperit, in extremum malorum præcipitem agit. Quocirca maximè in primordiis eum abigamus. Nam si semel vicerit, nulla postea ratione vinci poterit.

Syrioni. 25.

Generosus ille Paulus, præstantissimus inquam ille dux, qui regis electioni minimè dedecori fuit, atque vt nihil omnino aliud quàm Ecclesiæ vtilitatem ob oculos propositam habens, priuata commoda negligebat, & aliorum errata corrigebat, omia ad Ecclesiæ ædificationē fieri oportere clamabat. Nos contrà, vt qui gloriā nostram spectemus, id quod nostris rebus conducere videtur, Ecclesiæ vtilitati anteponimus. Atqui Ecclesiæ gloria omnino ad nos quoque redundat, nostra autem non omnino ad commune commodum transit. Nam si, vt nosipsos commendare videamur, proximorum ædificationem nihili pendamus, an non iactura lucrum superabit.

δίως τοὺς πολεμίους καταγωνιεῖται, ὅταν δ' ἁμάρτῃ, ἐνταῦθα μὲν τῷ πυρὶ τῶν παθῶν ἁλώσεται· ἐκεῖσε δὲ τῷ τῆς κρίσεως τιμωρηθήσεται.

Ἀσκληπιῷ σοφιστῇ. κγ.

Εἰ Ξέρξης, ὦ σοφιστά, ἀπὸ γὰρ τῶν σῶν σοι διαλέξομαι, τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸ τῶν Ἀθηναίων φρόνημα οὐκ ἠδυνήθη ζεῦξαι τῷ τῆς δουλείας ζυγῷ· ἀλλὰ πάντα μὲν ἐκίνει, καὶ τὸν ταχθέντα τοῖς στοιχείοις ἐκαινοτόμει θεσμόν, ἐκείνους δὲ τῶν δεδογμένων οὐ μετεκίνει. σὺ ἀπὸ συμβουλῆς ψιλῆς ἐνόμισας ἡμῶν μετακινεῖν τὸ φρόνημα, καὶ εἰς θωπείαν τρέπειν. καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον. πέπαυσο τοίνυν τοιαῦτά τινα ἡμῖν παραινῶν· εἰ δὲ μὴ τοῦ χοροῦ τῶν φίλων σε ἀποκρινοῦμεν.

Μαρτυρίῳ ἀναγνώστῃ. κδ.

Ὁ δεινὸς καὶ πάντολμος τῆς φιλοχρηματίας ἔρως, κόρον οὐκ εἰδώς, ἐπὶ τὸ ἔσχατον τῶν κακῶν τὴν ἁλοῦσαν ψυχὴν ἐλαύνει. οὐκοῦν μάλιστ' ἐν προοιμίοις αὐτὸν ἀπελάσωμεν. κρατήσας γάρ, ἀχείρωτος ἔσται.

Συρίωνι. κε.

Ὁ γενναῖος Παῦλος, ὁ ἄριστος στρατηγός, ὁ τοῦ βασιλέως τὴν χειροτονίαν μὴ ἀτιμάσας, ὁ τὰ καθ' ἑαυτὸν παριδών, ἵνα τὰ τῶν ἄλλων ἐπανορθώσηται, ἅτε μηδὲν πλέον ὁρῶν τοῦ τῆς ἐκκλησίας συμφέροντος, ἐπεβόα χρῆναι πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γίνεσθαι τῆς ἐκκλησίας. ἡμεῖς δὲ τὸ φαινόμενον ἡμῖν συμφέρον· πρὸς δόξαν γὰρ ἑαυτῶν ὁρῶμεν, τοῦ τῆς ἐκκλησίας προτιμῶμεν. καίτοι τὸ τῆς ἐκκλησίας κλέος, πάντως καὶ εἰς ἡμᾶς ἀνατρέχει. ἡ δὲ ἡμῶν δόξα, οὐ πάντως εἰς τὸ κοινὸν διαβαίνει. εἰ γὰρ ἵν' ἑαυτοὺς δόξωμεν συνιστᾶν τῆς τῶν πέλας ὀλιγωροίημεν οἰκοδομῆς, πῶς οὐ μείζων ἔσται τοῦ κέρδους ἡ ζημία.

Κασίῳ

Κασίῳ πρεσβυτέρῳ. κς.

Οὐκ ἔστιν, ὦ βέλτιστε, δεινόν, τὸ δεινὰ πράξαντας, δεινὰ καὶ παθεῖν. τὸ δὲ μηδὲν δεινὸν πράξαντας, δεινὰ παθεῖν, πάντη δεινότατον. πῶς οὖν τοῖς ἐγκαλοῦσι περὶ τούτου ἀπολογησαίμεθα; οἶμαι οὐδαμῶς ἄλλως, ἢ περὶ μὲν τῶν προτέρων λέγοντες, ὅτι δικαίως· περὶ δὲ τῶν δευτέρων, ὅτι δοκίμως. ἡ γὰρ δίκη τοὺς μὲν ἠμύνατο, τοῖς δὲ στεφάνων ὑπόθεσιν προυξένησεν. οἱ γὰρ γένεσιν ὀρίζόμενοι, περὶ ἀμφοτέρων ἀπορήσουσιν ἀποκρίνασθαι. οὐ γὰρ δίκαιον, οὔτε τὸν ἀναγκασθέντα δρᾶσαί τινα, οὔτε τὸν μηδὲν δράσαντα δεινόν, δεινὰ παθεῖν. οἱ δὲ πρόνοιαν εἶναι διαβεβαιούμενοι, καὶ εὐστομοῦμεν, καὶ εὐσεβοῦμεν, καὶ αἰτίας εὐλόγους λέγομεν.

Ἀγαθῷ πρεσβυτέρῳ. κζ.

Τὰ μὲν τὸν ἑνικὸν ὑπερβαίνοντα ἀριθμὸν ἐν τῇ ἱερᾷ γραφῇ τῆς τῶν ὑποστάσεων διαφορᾶς ἐστι παραστατικά· τὰ δ' ἑνικῶς ἐξενηνεγμένα τῆς ταυτότητος τῆς φύσεως. τὰ μὲν γὰρ εἴρηται, ἵνα Σαβέλλιος, καὶ Ἰουδαῖοι ἐπιστομισθῶσι. τὰ δ' ἵνα Ἄρειος καὶ Εὐνόμιος, καὶ Ἕλληνες στηλιτευθῶσιν. οἱ γὰρ πλατύνοντες μὲν εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα τὸν τῶν ἰδιοτήτων ἀριθμόν, συστέλλοντες δὲ εἰς μίαν οὐσίαν, ὀρθότατα δογματίζουσι, καὶ ταῖς τῶν οὐρανίων χρησμῶν ἕπονται διδασκαλίαις, μήτ' εἰς πολυθεΐαν διὰ τῆς φύσεως διαφορὰν ἐκπίπτοντες, μήτ' εἰς Ἰουδαϊσμὸν, διὰ τὴν τοῦ ἑνὸς προσώπου σύστασιν ὀλισθαίνοντες.

Ἀφθονίῳ ἐπισκόπῳ. κη.

Ἀπὸ τῶν ὁμολογουμένων τὰ ἀμφίβολα χρὴ κρίνεσθαι, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀμφιβόλων τὰ ὁμολογούμενα. οἷον τί

Casio Presbytero. 26.

Haud graue est, optime vir, eos qui grauia perpetrarant, grauibus quoque pœnis affici. At eos, qui nihil graue commiserūt, grauia perpeti, prorsus grauissimum est. Quonam igitur modo iis, qui hoc nomine conqueruntur, satisfaciamus? Non alia nimirum, vt opinor, ratione, quàm si de prioribus dicamus, quòd iustè: de posterioribus autem, quòd explorandæ ipsorū virtutis causa perpetiātur. Diuina enim iustitia eos vlciscitur, his autem coronarum materiam & segetem subministrat. Nam qui fatum constituunt, de vtrisque quid respondeant, non habebunt. Neque enim æquum est, aut eum qui aliquid perpetrare coactus est, aut eum qui nihil graue perpetrauit, grauia perpeti. At nos qui Prouidentiam esse affirmamus, & proba dicimus, & pietatem colimus, & causas rationi consentaneas habemus.

Agatho Presbytero. 27.

Quæ singularem numerum in sacra Scriptura superant, personarum differentiam indicant. Quæ autem singulariter enunciata sunt, naturæ identitatem. Illa enim idcirco dicta sunt, vt Sabellio & Iudæis ora obstruantur. Hæc autem vt Arrius & Eunomius ac Gentiles obterentur. Nam qui proprietatum numerum in sanctam Trinitatem porrigunt, ac rursum in vnam substantiam contrahunt, ij rectissimè sentiunt, ac cælestium oraculorum doctrinam sequuntur, vt qui nec per naturarū discrimen in plurium deorum cultum cadunt, nec per vnius personæ assertionem in Iudaismum prolabantur.

Aphthonio Episcopo. 28.

Per ea quæ certa & confessa sunt, de dubiis iudicandum est, non autem per dubia & ambigua de certis & indubitatis.

Verbi gratia: Cùm imaginis somnium à regis Babylonij animo auolauit, atque ipse nõ modò eius rei, cuius species ipsi obiecta fuerat, interpretationem, sed hoc ipsum quoque quod viderat, scire cuperet, tum Daniel non priùs ea, quæ quærebantur exposuit, quàm ea, quæ perspicua & manifesta erant, enarrasset, atque ita de rebus dubiis fidem sibi cõciliasset, omnémque à se suspicionem propulisset: Siquidẽ de certis atque confessis rebus doctrina, fictæ & commentitiæ interpretationis accusationem de medio tollebat.

Hermogeni Episcopo. 29.

Cùm morũ vniuscuiusque ac vitæ perspicuum argumentum sit eorum, qui cum ipso degunt, vitæ ratio, ne mireris, si Eusebius Martinianum, Zosimum, Maronem, aliósque eiusdem farinæ honore afficit. Quemadmodum enim si virtutis amore teneretur, probis viris haudquaquam abire anteferret: sic quia collactanea & chara ipsi est improbitas, iisdem quoque hominibus vtitur.

Archontio Presbytero. 30.

Quia non ob aduersariorum imbecillitatem victoriam assequitur, sed ob viriũ suarum magnitudinem fortes viros superat, clarus atque illustris est, dignúsque qui publico præconio celebretur. Quare ob vnum aut alterum superatũ ne glorieris. Nam tum denique victor verè prædicaberis, si summa virtute præditos superes.

Ophelio Grammatico. 31.

Tritis ac peruulgatis omissis, apertè, quod sentio, dicam: etiam quibusdam videri possim nouam interpretationis viam inire. ὁ πρωτότοκος, id est primogenitus, si secunda syllaba acuatur, eũ qui primus natus est, significat. Si autem penultima, eum, qui primùm genuit. Atque id vobis præsertim, quod Homeri lectio delectat, compertum & exploratum est.

λέγω, ὁπηνίκα ἀπὸ τοῦ Βαβυλωνίου τὸ ὄναρ τῆς εἰκόνος ἀπέπτη, καὶ ἐζήτει μαθεῖν οὐ μόνον τὴν ἑρμηνείαν τοῦ δειχθέντος, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν ὄψιν καὶ πάντες ἠπόρησαν. τότε ὁ Δανιὴλ οὐ πρῶτον τὰ ζητούμενα ἔφη, πρὶν περὶ τῶν δήλων ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν. τὰ γὰρ κατὰ διάνοιαν αὐτῷ βουληθέντα ὑφηγησάμενος, ἀξιόπιστον ἑαυτὸν καὶ ἀνύποπτον περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων καθίστη. ἡ γὰρ περὶ τῶν ὁμολογουμένων διδασκαλία, τὴν τοῦ πλάττεσθαι τὰ λεγόμενα κατηγορίαν ἀνῄρει.

Ερμογένει ἐπισκόπῳ. κθ.

Εἰ δεῖγμα σαφὲς τοῦ ἑκάστου τρόπων ἡ τῶν συνόντων ἐστὶ πολιτεία, μὴ θαύμαζε, εἰ Εὐσέβιος τοὺς περὶ Μαρτινιανὸν καὶ Ζώσιμον καὶ Μάρωνα, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμοτρόπους αὐτοῖς, διὰ τιμῆς ἔχει. ὥσπερ γὰρ εἰ ἀρετῆς ἦν ἐραστής, οὐκ ἂν τῶν φιλαρέτων ἑτέρους προετίμησεν· οὕτως ἐπειδὴ σύντροφον καὶ φίλην τὴν κακίαν ἔχει, τοῖς ὁμοτρόποις χρῆται.

Αρχοντίῳ πρεσβυτέρῳ. λ.

Ὁ μὴ διὰ τὴν τῶν ἀντιπάλων ἀσθένειαν περιγινόμενος, ἀλλὰ διὰ τὸ μέγεθος τῆς οἰκείας ῥώμης τῶν ἰσχυρῶν κρατῶν, ἀοίδιμός ἐστι, καὶ ἀναρρήσεως ἄξιος. μὴ τοίνυν ἐναβρύνου, εἰ ἑνὸς καὶ δευτέρου κεκράτηκας. εἰ γὰρ τῶν ἄκρων εἰς ἀρετὴν περιγένοιο, ὄντως στεφανοῦχος ἀνακηρυχθήσῃ.

Οφελίῳ γραμματικῷ. λα.

Τὰ κατημαξευμένα παρείς, σαφῶς εἴποιμι τὸ νενοημένον, εἰ καὶ δόξαιμι τισὶ καινοτέραν ἑρμηνείας ἀνατέμνειν ὁδόν. ὁ πρωτότοκος, εἰ μὲν ἡ δευτέρα ὀξύνοιτο συλλαβή, τὸν τεχθέντα πρῶτον. εἰ δ' ἡ παρεσχάτη, τὸν πρώτως τεκόντα μηνύει. καὶ τοῦτ' ἀκριβῶς ἴστε μάλιστα ὑμεῖς οἱ ὁμηρίζοντες. πρωτοτόκος γὰρ ἡ πρώτως τε-
κοῦσα

κοῦσα ἐκείνῳ εἴρηται. εἰκὸς οὖν, μᾶλλον δ' ἀναγκαῖον ἐννοεῖν, ὅτι κἀνταῦθα τοιαύτῃ τινὶ ἐννοίᾳ ὁ θεσπέσιος ἐχρήσατο Παῦλος· οὐ πρῶτον τῆς κτίσεως αὐτὸν ἐκτίσθαι δογματίζων· ἄπαγε· ὅς γε ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως τῆς πατρικῆς αὐτὸν καλεῖ· ἀλλὰ πρῶτον τετοκέναι, τουτέστι, πεποιηκέναι τὴν κτίσιν, ἵν' ᾖ τῆς τρίτης συλλαβῆς ὀξυνομένης· πρωτογόνος, οὐ πρωτογενής· πρωτοκτίστης, οὐ πρωτόκτιστος. εἰ δ' ὁ τόκος ἐνταῦθα ἀντὶ τῆς κτίσεως παρελήφθη, θαυμαζέτω μηδείς, ἐπεὶ καὶ ἑτέρωσε εἴρηται, θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες, καὶ υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· καὶ ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. ἐπειδὴ γὰρ καὶ γεννήσας ὁ θεὸς ἀπαθῶς ἐγέννησε, καὶ κτίζων ἀπαθῶς καὶ θεοπρεπῶς καὶ ἀμογητὶ δημιουργεῖ, τούτοις τοῖς ὀνόμασι κέχρηται ἡ γραφή, οὐχ ἵνα τὴν γέννησιν κτίσιν, καὶ τὴν κτίσιν γέννησιν ὑπολάβωμεν, ὡς κακουργοῦντες οἱ αἱρετικοὶ κατασκευάζειν δοκοῦσιν· ἀλλ' ἵνα τὴν εὐκολίαν, καὶ τὴν ἀπάθειαν τοῦ θεοῦ παραστήσῃ. εἰ δέ τις περιλήψει μόνῃ δουλεύων, καὶ μὴ τἀληθὲς σκοπῶν ἀντείποι, οὔτ' ἐγὼ τὴν ψῆφον ἐμαυτῷ θήσομαι, οὔτ' ἐκεῖνος ἑαυτῷ ἂν εἴη δίκαιος. οὐκ οὖν ἐπιτρέψωμεν τὸ πρᾶγμα ἀδεκάστοις κριταῖς. καὶ ἔστωσαν κριταὶ οἱ ἀκροαταί, εἰ μὲν οὖν ἐκεῖνος ἔχει δεῖξαι, δειξάτω. εἰ δὲ ἐμὲ ἀπαιτεῖ τὴν ἀπόδειξιν αὐτὸν τὸν τοῦτ' εἰρηκότα, παρακομίσω μάρτυρα. μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ἐπήγαγεν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μὲν οὖν εἶπε μετ' αὐτὸν ἐκτίσθη, ψηφίζεσθε τῷ κατηγόρῳ. εἰ δ' ἐν αὐτῷ. ἐν γὰρ τῷ κτίστῃ ἐστὶν ἡ πάντων δημιουργία καὶ διαμονή. ὅπερ καὶ σαφηνίζων ἀλλαχόσε ἔφη. ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν· ἀναντίρρητος ἡμῖν ὡς οἶμαι ἡ νίκη. εἰ δὲ καὶ τὸ

πρωτοτεκοῦσα enim ea, quæ primũ peperit, ab ipso dicta est. Probabile itaque, imò necessarium fuerit animaduertere, huiusmodi quodã sensu hîc quoq; diuinũ Paulũ vsum fuisse, cùm Christũ omnis creaturę primogenitũ dixit. Hoc quippe vocabulo non eum primum ex omnibus rebus conditis creatum esse docet (absit) quippe qui splendorem gloriæ, & paternæ substantię characterem ipsum appellet: verùm eum res conditas primò peperisse, hoc est effecisse: ita vt (tertia syllaba acuto accẽtu notata) πρωτογόνος non πρωτογενής; id est, primò gignens, non primogenitus, πρωτοκτίστης, non πρωτόκτιστος, id est, primò creans, non primò creatus. Quòd autem ὁ τόκος, hoc loco pro creatione accipiatur, non est quòd quisquam miretur, cùm alio etiam loco dictũ sit, Deum, qui te genuit, dereliquisti. Atque alios item, Filios genui, & exaltaui. Ac rursum, Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. Quoniam enim & cùm Deus genuit, citra passionem vllam genuit, & cùm creat citra omnem passionẽ, & modo diuinitati consentaneo, ac sine vllo labore creat, idcirco Scriptura his vocabulis vsa est, non vt per generationem creationem, & per creationẽ generationem intelligamus (quemadmodum improbè ac veteratoriè hæretici affirmare videntur) sed vt facilitatem, Deiq; ab omni perpessione vacuitatem ostẽdat. Quòd si quis ei duntaxat, quia priùs ipsius animus imbutus est, opinioni addictus, ac non veritatem sibi ante oculos proponẽs verbis meis refragetur, nec mihi ipse iudex ero, nec item ipsum sibiipsi iudicem esse æquum fuerit. Quocirca incorruptis iudicibus negotium committamus, ac nostræ disputationis arbitri sint auditores. Itaque si ille aliquid demonstrare queat, demonstret. Sin autem à me demonstrationem exigit, hunc ipsum qui his verbis vsus est, testem proferam. Postquàm enim dixit, Primogenitus omnis creaturæ, mox hæc verba subiunxit, Quoniam in ipso creata sunt omnia, quæ in cælis sunt, & quæ in terra. Quamobrem si dixit, Post

eum creata sunt, quin secundum aduersarium pronuncietis, causam haud dico. Si autem, in ipso (etenim in Creatore rerum omnium procreatio & conseruatio est. Quod quidem etiam alio loco explanans, dixit, In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus) sine controuersia, vt opinor, nostra est victoria. Quòd si ea etiam, quæ sequuntur, narrauero, luculentius ad huc trophæum erit. Ait enim, Et ipse est ante omnia. Non dixit, Ipse factus est ante omnia, sed, Est ante omnia. Et omnia in ipso constituta sunt. Non dixit, Cum ipso, nec, Post eum creata sunt. Quid autē est, quamobrem eos reiiciunt, qui eum diuinitatis ratione vnigenitum dictum esse aiunt, humanæ autem naturę respectu primogenitum omnis creaturæ? Nam si nec ita intelligatur, nec item πρωτόκτιστος vocetur, primogeniti vox, siquidem vnigenito copuletur, nobilitatem designare potest (potest enim quispiam & primogenitus & vnigenitus filius esse:) si autē rebus creatis, locum non habet. Aut enim μονόκτιστος, id est, solus creatus, aut primogenitus erit. Alterutrum enim alterutrum de medio tollit. Quid autē prohibebat, quo minus apertè ipse diceret, πρωτόκτιστος omnis creaturæ. Iā si πρωτόκτιστος, id est, primus creatus, intelligatur, quónam pacto vnigenitus est. Nam quod solùm est, aliud haudquaquam admittit. Ac primùm item, solum repudiat. Quidnam autem iuxta hoc ipsum rebus conditis præstat, si ipse quoque creatus est? Quin autem erubescunt, creaturam adorantes, ac suismet ipsi sentētiis aduersantes: quippe qui, cùm res creatas adorari vetent, vt Gētilitium errorem, ipsi tamen se hoc facere minimè animaduertant? Quin illud quoque nosce operæpretium est, eadem vocabula non semper easdem res significare, neque homonymiam synonymiam omni modo designare. De Filio enim generatio propriè dicitur, de conditis autem rebus, impropriè: de illo inquam ob veritatem eandémque substātiam: de his autem, honoris & adoptionis causa. Volens enim genuit, nos verbo veri-

ἑξῆς φράσαιμι, ἐπιφανέστερόν ἐστι τὸ τρόπαιον. φησὶ γὰρ καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, οὐκ εἶπεν, αὐτὸς γέγονε πρὸ πάντων, ἀλλ' ἔστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκεν. οὐκ εἶπε μετ' αὐτοῦ, οὐδὲ μετ' αὐτὸν ἐκτίσθη. διὰ τί δὲ παραγράφονται τοὺς λέγοντας. μονογενὴς μὲν κατὰ τὴν θεότητα. πρωτότοκος δὲ τῆς νέας κτίσεως κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. εἰ γὰρ μήτε οὕτως νοηθείη, μήτε μὴν πρωτόκτιστος κληθείη τὸ πρωτότοκον. εἰ μὲν τῷ μονογενεῖ συναφθείη, δύναται τὴν εὐγένειαν ἐμφῆναι. δύναται γὰρ εἶναί τις καὶ πρωτότοκος, καὶ μονογενὴς υἱός. εἰ δὲ τοῖς κτίσμασιν, οὐκ ἔχει χώραν. ἢ γὰρ μονόκτιστος ἢ πρωτογενής. θάτερον γὰρ θατέρου ἀναιρετικόν ἐστι. τί δ' ἄρα ἐκώλυε σαφῶς αὐτὸν εἰπεῖν, πρωτόκτιστος πάσης κτίσεως. πῶς δὲ εἰ πρωτόκτιστος νοεῖται, μονογενής ἐστι. τὸ μὲν γὰρ μόνον, ἄλλου προσοίεται. τὸ δὲ πρῶτον, τὸ μόνον παραγράφεται. τί δὲ διαφέρει τῶν κτισμάτων κατ' αὐτὸ τοῦτο, εἴγε καὶ αὐτὸς ἐκτίσθη. πῶς δὲ οὐκ ἐρυθριῶσι, κτίσματι προσκυνοῦντες, καὶ ταῖς ἑαυτῶν μαχόμενοι ψήφοις. ἀπαγορεύοντες καὶ τὸ τῇ κτίσει προσκυνεῖν, ὡς ἑλληνικόν. αὐτοὶ τοῦτο δρῶντες ἑαυτοὺς λανθάνουσι. χρὴ δὲ καὶ τοῦτ' εἰδέναι. ὅτι οὐ τὰ αὐτὰ ὀνόματα πάντως καὶ τὰ αὐτὰ μηνύει πράγματα. οὔθ' ἡ ὁμωνυμία συνωνυμίαν ἐκ παντὸς τρόπου ἐμφαίνει. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ υἱοῦ κυρίως λέγεται ἡ γέννησις. ἐπὶ δὲ τῶν κτισμάτων καταχρηστικῶς. ἐπ' ἐκείνου τῆς ἀληθείας ἕνεκεν καὶ τῆς ὁμοουσιότητος. ἐπὶ δὲ τούτων τιμῆς ἕνεκεν καὶ υἱοθεσίας. βουληθεὶς γὰρ ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας. μὴ τοίνυν ἡ ὁμωνυμία τὴν ὁμοτιμίαν ἐνταῦθα τικτέτω, μηδὲ τὰ καταχρηστικῶς εἰρημένα κυρίως λελέχθαι νομιζέσθω. ἐπεὶ καὶ τὸν θυμὸν, καὶ τὴν ὀργὴν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ τῇ θείᾳ μὴ πρέποντα φύσει. καταχρηστικῶς λελεγμένα οὐκ ἄν τις εὖ φρονῶν κυρίως πεφράσθαι

φαίη. δῆλον γάρ ἐστιν ὅτι ἑκάστῳ χωρίῳ, καὶ ἑκάστῃ λέξει ἡ πρέπουσα καὶ ἁρμόζουσα ἑρμηνεία προσαγομένη τὴν ἀλήθειαν ὠδίνει.

Ἡσαΐᾳ στρατιώτῃ. λβ.

Λίαν ἐκπλήττομαι πῶς μάλα ἀκριβῶς ἐπιστάμενος τὴν μὲν θείαν δύναμιν ἄμαχον οὖσαν, καὶ ἀεὶ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν, τῶν δ' ἀνθρωπίνων βέβαιον οὐδὲν, οὐδ' ἀσφαλὲς, ἀλλὰ κἂν ἄγαν δυνατὸν εἶναι δοκοίη ἀμφίβολόν ἐστιν. ὁμολογουμένην γὰρ κέκτηται τὴν εἰς τοὐναντίον μεταβολὴν. ὅταν μὴ τὴν ἄνωθεν ἔχῃ ῥοπὴν, καὶ πτῶσιν ἐξαίσιον ὠδίνει, οὐ μετρεῖς αὐτοῦ τὸ φρόνημα, ἀλλ' ὑπερφυῶς ἐξογκούμενος τὴν ἐναντίαν περικαλῇ μεταβολήν.

Παύλῳ. λγ.

Ἐπειδὴ ἔφης δεῖν τὴν αἰτίαν, ἐπὶ μέτρου μολύβδου καθεζομένην τὴν ἁμαρτίαν, ἑώρακεν ὁ Ζαχαρίας. φημὶ ὅτι ὁ μὲν μόλυβδος δηλοῖ τὸ βάρος τῆς ἁμαρτίας. οὐδὲν γὰρ ἐπαχθέστερον οὐδὲ φορτικώτερον τῆς ἁμαρτίας, τῆς εἰς τὸν πυθμένα τοῦ ᾅδου κατακοντιζούσης τοὺς ἁλόντας. τὸ δὲ μέτρον, τὸ τέλος μηνύει τῆς περὶ τοὺς ἁμαρτήσαντας μακροθυμίας, καὶ τῆς τιμωρίας τὴν ἀρχήν. οὐ γὰρ ἄμετρος, οὐδ' ἀεὶ ἁμαρτάνειν συγχωρηθήσονται. ἀλλ' ὅσον οὐδέπω πικροτάτας εἰσπραχθήσονται δίκας.

Εὐτονίῳ. λδ.

Δεινὸν ὄντα καὶ δραστήριον τὸν τῆς φιλοτιμίας ἔρωτα, καὶ δεινῶς κρατοῦν-

tatis. Quocirca homonymia hoc loco honoris æqualitatem ne pariat: nec quæ impropriè dicta sunt, propriè dicta esse quisquam existimet. quandoquidem nec furorē, nec iram, nec alia omnia, quę, cùm diuinæ naturæ minimè conueniant, per abusum dicta sunt, quisquam mentis compos propriè vsurpata esse dixerit. Perspicuum enim est, quòd in vnicuique loco, & cuilibet dictioni, congrua & consentanea interpretatio adhibita, veritatem parturit.

Esaiæ militi. 32.

Magna me admiratio tenet, quî fiat, vt cùm tibi illud exploratissimum sit, diuinā quidem potentiam insuperabilem, sibique semper similem esse, humanam autem nihil certi ac stabilis habere, verùm quamlibet valida esse videatur, dubiam tamen & ancipitem esse, vtpote quæ nisi diuino subsidio fulciatur, certissimam mutationē habeat, atque horrendam ruinam parturiat, tu tamen animo tuo minimè moderetis, verùm immodico fastu intumescens, mutationem in contraria prouoces.

Paulo. 33.

Quoniam quæris quidnam causæ sit, cur Zacharias iniquitatem super mensuram plumbi sedentem viderit, respondeo, hoc idcirco cōtigisse, quia plumbum peccati pondus & grauitatem designat. Neque enim quicquam peccato grauius, atque onerosius est, quippe quòd ad ima inferni eos, quos cœperit, deturbet. Per mensuram autem, diuinæ erga eos, qui peccarunt, lenitatis & patientiæ finem, pœnæq; principiū significatur. Neque enim absque mensura, nec semper vitiis indulgere permittentur, verùm iamiamque acerbissimis suppliciis mulctabuntur.

Eutonio. 34.

Ambitionis amorem, suapte natura vehementem & acrem, atque humanum

genus mirum in modum superantem, sciè ac sapienter reprimens, atque in melius deriuans Saluator, his verbis vtitur, Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab ejs. Alioqui non habebitis partem apud Patrem vestrum qui in cælis. Quoniam enim, vt creator & effector, ambitionis semina hominum animis primùm insita esse probe norat, non frustrà & sine causa, sed vt ingenti honoris cupiditate flagrantes in melius proficeremus (optimum videlicet, ad seruile turpium ac sordidorum affectuum iugum propellendum, amuletum & præsidium in gloriæ desiderio positum habentes) verùm nos beneficium nobis insitum in contrarium flexisse, ac cælestis honoris obliuione ad terrenum conuersos esse, idcirco rursum, optimi cuiuspiam agricolæ instar, animæ curam suscipiens, vitiosos stolones amputat, atque improbissimorū hominum vbertatem ad insanum humanæ gloriæ studium vehementer luxuriantem reprimit: quicquid autem in ea suaue atque ad cælestium honorum feracitatem vitale ac fœcundum est, id nòn modò relinquit, sed etiam exsuscitat, ac fœcundius reddit: dum nempe ostentationem, quam humanæ gloriæ cupidi & appetentes faciunt, funditùs euellit, eam autem, quæ Deum solum intuetur, studiosissimè appeti meritò permittit.

τὰ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, ὁ σωτήριος λόγος σοφῶς τε καὶ ἐπιστημόνως καταστέλλων, καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον μετοχετεύων, φησὶ, προσέχετε τὴν δικαιοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς. εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει ἅτε ποιητὴς ὢν καὶ δημιουργὸς, καλῶς ἐξ ἀρχῆς ἐμπεφυτευμένα τοῖς ἀνθρώποις τὰ τῆς φιλοτιμίας σπέρματα, οὐχ ἁπλῶς, οὐδ᾽ εἰκῆ, ἀλλ᾽ ἵνα διάπυροι τῆς τιμῆς τυγχάνοντες ἐρασταὶ ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδοῖεν, κάλλιστον κεκτημένοι φυλακτήριον, πρὸς τὸ μὴ δουλεύειν τοῖς ἀνελευθέροις πάθεσι, τὸν τῆς δόξης πόθον· μετοχετεύσαντας δὲ πρὸς τοὐναντίον τὸ ἔμφυτον δῶρον, καὶ πρὸς τὴν γηΐνην τιμὴν τραπέντας, λήθη τῆς οὐρανίου πάλιν ὥσπερ ἄριστος γεωργὸς ἐπιμελόμενος τῆς ψυχῆς, τὰς μὲν πρὸς τὸ χεῖρον βλάστας ἐκκόπτει. καὶ τῶν κακίστων πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην δοξομανίαν δεινῶς ἐκλεμαινουσῶν ἐπέχει τὴν φοράν. ὅσον δὲ αὐτῆς ἥμερόν τε καὶ γόνιμον πρὸς τὴν τῶν ὑπερκοσμίων τιμῶν καρποφορίαν, οὐ μόνον ὑπολείπεται, ἀλλὰ καὶ ζωπυρεῖ, καὶ γονιμώτερον κατασκευάζει, τὴν μὲν ἐπίδειξιν, ἣν οἱ τῆς ἀνθρωπίνης ὀρεγόμενοι δόξης ποιοῦνται, αὐτόπρεμνον ἀνασπάσας, τὴν δὲ πρὸς θεὸν μόνον ὁρῶσαν, εἰκότως κατὰ κράτος φιλοτιμεῖσθαι ἐπιτρέψας.

Hieraci Presbytero. 35.

Aut magis, aut certè non minùs, quàm tibi, id nobis curæ fuit, vt quantum in nobis esset, Chæremon & Zosimus & Maro resipiscerent, ac meliore mente recepta, probro & dedecore se liberarent. Quoniā autem, vt apparet, in penè insuperabilem improbitatem prolapsi, nondum ex ea emergere animum induxerunt (quo etiam nomine à nonnullis quidem, vt ex ea quādoque emersuri, atque ad meliorem mētem rediturі lugentur, à nonnullis rursum vt in indolentiam peruoluti pro desperatis habiti ac relicti sunt) operam certè rursum dabimus, ne, quod nostrarum partiū est, vlla ex parte desideretur. Sic enim fortasse fiet, vt tandem aliquando resipiscāt, atque cum virtute (qui cùm inexpiabile bellum gerere non verentur, id vnum pro serio opere habentes, cætera autem velut obiter ac defunctoriè agentes) in gratiam redeant.

Ἱέρακι πρεσβυτέρῳ. λε.

Ἢ μᾶλλον, ἢ οὐχ ἧττον τῆς σῆς μεγαλονοίας ἐφροντίσαμεν, ὅπως τό γε ἡμέτερον μέρος, Χαιρήμων τε καὶ Ζώσιμος καὶ Μάρων μεταγνοῖεν, καὶ ἀμείνονα γνώμην ἀναλαβόντες, ἀπαλλαγεῖεν τῆς αἰσχύνης. ἐπειδὴ δὲ, ὡς ἔοικεν, εἰς ἀνανταγώνιστον ἐκπεπλωκότες κακίαν οὐδέπω ἀνενεγκεῖν ἠβουλήθησαν. διὸ καὶ παρὰ τινῶν μὲν, ὡς ταύτῃ

ἀνανήψαντες καταθρηνοῦνται· παρὰ τινῶν δ᾽ ἀπηγορεύθησαν, ὡς εἰς ἀναλγησίαν ἐξοκείλαντες· ἀλλ᾽ οὔ γε πάλιν οὐδὲν ἐλλείψει τῶν εἰς ἡμᾶς ἡκόντων, τάχα πως κἂν ὀψέ ποτε γνωσιμαχήσαντες, ἀπείσωνται πρὸς τὴν ἀρετὴν, ἣν ἀκηρύκτως πολεμεῖν οὐκ αἰσχύνονται, τοῦτο μὲν ἔργον, τὰ δ᾽ ἄλλα νομίζοντες εἶναι πάρεργα.

Χαιρήμωνι, Ζωσίμῳ, Μάρωνι, Εὐσταθίῳ. λϛ.

Εἰ κρίσιν μὴ προσδοκῶντες, δρᾶτε, ἃ δρᾶτε· ἀλλὰ τοῦτ᾽ εἰδέναι ὀφείλετε, ὅτι ἡ μὲν κακία, καὶ χωρὶς ἑτέρας κολάσεως, κόλασίς ἐστιν· ἡ δ᾽ ἀρετὴ, καὶ δίχα στεφάνων στέφανος. μάλιστα μὲν γὰρ καὶ ἐκ τῶν κἀνταῦθα κολασθέντων, ὁ περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως λόγος ἀξιόπιστός ἐστι καὶ ἀληθὴς, καὶ παρὰ πάντων ὁμολογούμενος. εἰ δὲ εἰς τοσαύτην ὑμᾶς ἡ κακία φρενοβλάβειαν ἐξεβάκχευσεν, ὡς τοῦτον ἐκ τῆς ὑμετέρας γνώμης ἀνελεῖν· ἀλλ᾽ οὔ γε, ἵνα παρῶ τὸ πολλοὺς κἀνταῦθα δεδωκέναι δίκην, μὴ μικρὰν εἶναι νομίσητε κόλασιν, τὸ ἐνταῦθα παρὰ πάντων κωμῳδεῖσθαι καὶ μισεῖσθαι, μηδὲ μικρὸν στέφανον, τὸ εὐσχημόνως καὶ σεμνῶς, καὶ μετ᾽ ἐγκωμίων τὸν ἐνταῦθα διανύσαι βίον.

Chæremoni, Zosimo, Maroni, Eustathio. 36.

Si ad ea perpetranda, quæ perpetratis, ea vos causa impellit, quòd iudiciū haudquaquam expectetis, illud sciatis oporter, improbitatem, etiam si nullum aliud supplicium accedat, supplicium per se esse: virtutem contrà, etiam citra coronas coronam esse. Ac quidē maximè, ex his quoque qui scelerum pœnas in hac vita pepēderunt, futuri iudicij dogma fidem nanciscitur, verùmque est, atque apud omnes certum & indubitatum. Quòd si vos improbitas in tantam amentiam præcipites egit, vt hoc ex animis vestris deleueritis: at certè (vt illud omittam, multos hîc quoque pœnas dedisse) ne leue supplicium esse existimetis, hîc ab omnibus suggillari, atq; odio haberi: nec rursum exiguam coronā, grauiter & honestè atque cum laude curriculum vitæ confecisse.

Ἁρποκρᾷ σοφιστῇ. λζ.

Ἀτοπώτατον εἶναί μοι φαίνεται, τὸ ἐκείνων μὲν ἐν οἷς διηνέχθησαν οἵ τ᾽ ἔξωθεν σοφοὶ καὶ αἱ ἱεραὶ γραφαὶ πολὺν ποιεῖσθαι λόγον· ἐν οἷς δὲ συνηνέχθησαν, ὀλίγον. ὁ μὲν γὰρ τῆς κρίσεως λόγος καὶ εὔλογος ὢν καὶ δίκαιος, καὶ λογικοῖς πρέπων, καὶ παρ᾽ ἡμῶν καὶ παρ᾽ ἐκείνων ὁμολογούμενος, ὀλίγους δή τινας ἐπισπᾶται εἰς τὸ τὰ δέοντα πράττειν. οἱ γὰρ πολλοὶ, καὶ μή τις

Harpocræ Sophistæ. 37.

Absurdissimum, meo quidem iudicio, illud est, eorum quidem, in quibus externi sapientes & sacræ Scripturæ inter se dissident, magnam rationem habere: eorum autem, in quibus consentiunt, exiguam. Etenim iudicij extremi dogma, tametsi, & rationi consentaneum, & iustum, & ratione præditis congruens, atque & à nobis & ab ipsis confessum ac receptum sit, tamen paucos admodum inducit, vt ea,

quæ officij ratio postulat, faciant. Plerique enim (nec verò me quisquam iracundia commotum hæc dicere arbitretur) non secus ac si nec iudicium futurum sit, nec prouidentia vlla rebus præsit, atque humanas actiones conspiciat, velut in densissimis noctis tenebris ea faciunt, quæ faciũt. At verò dubium & controuersum dogma, quãuis probabilitate carens, permultos tamen expugnat. Etenim optimam quidem & accuratam viuendi rationem contemnunt ac pro nihilo ducunt: linguam autem supra quàm par sit, acuunt. Ac temperantiam quidem nihil omnino curant: de increata autem materia, nonnullisque aliis nugãtur, quæ nec cognita magnũ aliquod ad virtutem adiumentum afferunt, nec ignorata, eos, qui in his rebus haudquaquam eruditi sunt, detrimento vllo afficiunt. Primùm igitur discant, iudicij dogma, quod & apud nos, & apud illos, extra controuersiam est, discutere, ac rectam vitam amplecti. Absurdissimum enim est illud, de quo inter vtrosque conuenit, tacere: ea autem, de quibus inter se dissenserũt, sursum deorsumque iactare, ac de iis perpetuò garrire.

Sereno. 38.

In publicis & grauissimis malis commiserationi locus non est. Omnes enim priuatas calamitates deplorantes, nõ tantum otij habent, vt ipsis alienas miserias luctu ac lamentis prosequi vacet.

Chæremoni Diacono. 39.

Impurum ac sceleratum hominem nego, non modò de fidei doctrina, sed etiam de vlla re alia os aperire debere, quoad per synceram pœnitentiam animi maculas absterserit. Nam cùm peccatori dixerit Deus, Quare tu enarras iustitias meas? multo certè ei, qui animo ita constitutus est, ac fidei dogmata perscrutari nonveretur, silentium indixit. Tanto enim dogmata iustificationibus sublimiora sunt, quanto cælum terra, & anima corpore. Quocirca cùm vitæ integritas tibi desit, de fi-

θυμεῖ, τὸ λεγόμενον, εἶναι νομιζέτω, ὡς μήτε κρίσεως οὔσης, μήτε προνοίας ἐφεστώσης καὶ καθορώσης τὰ δρώμενα, καθάπερ ἐν ἀσελήνῳ νυκτὶ δρῶσιν ἃ δρῶσιν. ὁ δ' ἀμφισβητήσιμος καί τοι ἀπίθανος ὢν τοὺς πολλοὺς χειροῦται. πολιτείας μὲν γὰρ ἀκριβοῦς ὀλιγωροῦσι, τὴν δὲ γλῶτταν ὑπὲρ τὸ δέον θήγουσι, καὶ σωφροσύνης μὲν αὐτοῖς λόγος οὐδείς· περὶ δὲ ὕλης ἀγεννήτου, καὶ ἄλλων τινῶν φλυαροῦσιν, ἃ μήτε γινωσκόμενα μέγα τι εἰς σωτηρίαν συντελεῖ· μήτ' ἀγνοούμενα καταβλάπτει τοὺς μὴ πεπαιδευμένους. μανθανέτωσαν οὖν πρῶτον τὸν παρά τε ἡμῶν καὶ αὐτῶν ὁμολογούμενον τῆς κρίσεως λόγον ἀνακρίνειν, καὶ βίου ὀρθοῦ ἔχεσθαι. ἀτοπώτατον γὰρ τὸ μὲν ἐν οἷς συνέβησαν, σιωπᾶν· τὰ δ' ἐν οἷς διηνέχθησαν, ἄνω καὶ κάτω θρυλλεῖν.

Σερήνῳ. λη.

Ἐν τοῖς κοινοῖς καὶ ἀνηκέστοις κακοῖς κλῆρον οὐκ ἔχει ὁ οἶκτος. πάντες γὰρ τὰ οἰκεῖα στένοντες πάθη, σχολὴν οὐκ ἄγουσι τοὺς πέλας ἐλεεῖν.

Χαιρήμονι διακόνῳ. λθ.

Τὸν ἐναγῆ οὔ φημι περὶ δογμάτων, ἀλλ' οὐδὲ περὶ ἄλλου τινὸς χρῆναι ἀνοίγειν στόμα, ἕως ἂν διὰ εἰλικρινοῦς μετανοίας καθαρθείη. εἰ γὰρ τῷ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ θεὸς, Ἱνατί σὺ διηγῇ τὰ δικαιώματά μου; πολλῷ μᾶλλον τὸν οὕτω διακείμενον, καὶ τὰ δόγματα ἐρευνᾶν τολμῶντα ἐπεστόμισε. τοσοῦτον γὰρ τὰ δόγματα τῶν δικαιωμάτων ἐστὶν ἀνώτερα, ὅσον οὐρανὸς γῆς, καὶ ψυχὴ σώματος. πέπαυσο τοίνυν τῷ βίῳ μὲν ἡττώμενος, περὶ δὲ δογμάτων

ἁμιλλώμενος, ἵνα μὴ καὶ τῷ δόγματι ἧτταν προξενήσῃς. εἰώθασι γὰρ πολλοὶ ἀπὸ τῆς τῶν λεγόντων δόξης τοῖς λεγομένοις ψηφίζεσθαι.

Θεοδώρῳ σχολαστικῷ. μ.

Ὁ μὲν ἀδελφὸς, ὦ θαυμάσιε, ὁ σὸς διὰ τρόπον θαυμάζεται, σὺ δὲ διὰ λόγον, ἐκεῖνος δι' ὀρθότητα γνώμης, σὺ δὲ διὰ δεινότητα γλώττης· ἐκεῖνος διὰ μετριότητα ἤθους, σὺ δὲ διὰ φράσεως ὄγκον· ἐκεῖνος ὡς καρπῷ βρύων, σὺ δ' ὡς φύλλοις κομῶν. εἰ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, ζήλου τὸν σαυτοῦ ἀδελφὸν, ἵνα καὶ ἄμφω εὐδόκιμος εἴης. οὐ γὰρ τοσοῦτον ἐκεῖνος τῶν σῶν, ὅσον σὺ τῶν ἐκείνου χρῄζεις πλεονεκτημάτων.

Τῷ αὐτῷ. μα.

Θαυμάζοντές σε τινὲς δι' ὀξύτητα νοῦ, καὶ γλώττης δεινότητα, γράφονται ὡς δύστροπον καὶ δυσπρόσιτον καὶ δύσκολον. δέον γὰρ τοῖς ὑποδεεστέροις συγκατιέναι, οὐδὲ τοῖς κρείττοσι παραχωρεῖν, οὐκοῦν εἰ ταῦθ' οὕτως ἔχει, μὴ καθύβριζε τὴν ἀρίστην παίδευσιν τῇ τῆς γνώμης σκαιότητι· ἀλλὰ κίρνα τῇ εὐφυΐᾳ τὴν εὐμένειαν, καὶ τῇ τῶν λόγων δεινότητι τὴν τῶν τρόπων ἡμερότητα, ἵνα ἑκατέρωθεν ἀοίδιμος γένοιο.

Τῷ αὐτῷ. μβ.

Σοφὸν τῷ λόγῳ ἔγωγε θείμην, τὸν σαφῶς παραστῆσαι δυνάμενον τὸ νοηθὲν, οὐ τὸν ὑπερσόφοις καὶ ὑψηλαῖς λέξεσι, καὶ τὰ σαφῆ ἐπισκιάζοντα. ὁ μὲν γὰρ τὸ λεληθὸς εἰς φῶς ἄγει. ὁ δὲ καὶ τὸ πᾶσι δῆλον ἐν σκότῳ κατακρύπτει. διὸ ἐκεῖνος μὲν ἅτε τῆς τῶν ἀκροατῶν ὠφελείας ἐφιέμενος, πολυύμνητος. αὐτὸς δὲ ἅτε τῆς ἰδίας δόξης ὀρεγόμενος ἀγέραστος.

dei dogmatibus certamen instituere desine: ne alioqui, vt dogma quoque superetur, in causa sis. Solent enim complures ab eorum, qui loquuntur, existimatione, de iis, quæ dicuntur, sententiam ferre.

Theodoro Scholastico. 40.

Frater quidem tuus, vir eximie, ob mores in admiratione est: tu ob sermonem. ille ob animi integritatem: tu ob linguæ facundiam. Ille ob morum moderationẽ: tu ob verborum fastum ac tumorem. Ille, vt fructu scatens: tu, vt foliis abundans. Quamobrem si ita est, fratrem tuum imitare: vt vtroque nomine laudem & gloriã consequaris. Neque enim tam tuis ille, quàm tu ipsius dotibus opus habes.

Eidem. 41.

Quidam te ob ingenij acumen ac dicẽdi facultatem admirantes, vt cõtentiosum atque ad audiendum difficilem & morosum accusant. Nam cùm ad inferiores te demittere debeas, tu contrà ne superioribus quidem ac præstantioribus cedis. Quocirca, si res ita se habet, ne eruditionem eam, quæ in te summa est, per animi sinisteritatem atque improbitatẽ probro ac dedecore affice: verùm egregiæ indoli benignitatem, & eloquentiæ morum suauitatẽ & facilitatẽ admisce: quò vtrinque laudẽ tibi ac nominis celebritatẽ comites.

Eidem. 42.

Eloquentem ego hunc esse statuerim, qui id, quod animo concepit, perspicua oratione demonstrare potest, non qui doctissimis & sublimibus verbis, ea etiam quę clara & dilucida sunt, obscurat. Ille siquidem, quod latet, in lucem profert: hic, illud etiam quod omnibus perspicuum est, in tenebris occultat. Eóque nomine ille, vt qui auditoribus prodesse cupiat, amplissimis laudibus celebratur: hic contrà, vt qui gloriæ suæ cupiditate flagret, honoris ac præmij expers relinquitur.